MARCI ANTONII ULMI ... PHYSIOLOGIA BARBAE HUMANAE: IN TRES...

Marco Antonio Olmo

Digitized by Google

BIBLIOTECA DE MEDICINA
EST 86
TAB. 4
NÚM. 26
MADRID

MED. 3151

612.7
V15.m

MARCI ANTONII VLMI PATAVINI,

Philoſophi, & Medici Bonon.

PHYSIOLOGIA BARBÆ HVMANÆ,

In Tres Sectiones diuiſa, Hoc eſt de Fine illius Philoſ. & Medico,

In quarum Prima declarantur nonnulla ad Barbæ Naturam pertinentia.
In Altera Opiniones Chryſippi, Diogenis, D. Auguſtini, Lactantij Firmiani, Theodoreti, Clementis Alexandrini, Ciceronis, Galeni, Arabum, & Latinorum, præſertim I. Cæſaris Scaligeri enumeratæ conſiderantur.
In Tertia proponit Autor, & aſſeuerat Opinionem ſuam.

EDITIO ALTERA.

Cui, præter ſublatos, qui in priorem editionem operarum iniuria, vel incuriâ irrepſerant, neuos, iam primùm acceſſit, APPENDIX *Hiſtorica, & Symbolica Barbæ Humanæ.*

Opus Philoſophis propter multa Naturæ Myſteria declarata, ſed præcipuè omnium ipſis Medicis apprimè Neceſſarium ad Medicinam faciendam.

Ad Illuſtriſs.mum, & Reuerendiſs.um Principem, ac D.

D. IOANNEM ADAMVM,
Sanctæ Sedis Moguntinæ Archiepiſcopum, S. Romani Imperij per Germaniam Archicancellarium, Principem Electorem &c. Patronum ſuum Colendiſs. & Mœcenatem opt.



BONONIÆ, Apud Ioannem Baptiſtam Bellagambam. M. D. CIII.
Impenſis Gaſparis Bindoni Ciuis Veneti, & Bibliopolæ Bononienſis.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO, ATQVE REVER.^mo

PRINCIPI, AC DOMINO

DN. IOANNI ADAMO

SANCTÆ SEDIS MOGVNTINÆ ARCHIEPISCOPO, S. Romani Imperij per Germaniam Archicancellario, Principi Electori &c. Patrono ſuo Colendiſsimo, & Mœcenati optimo.

PRO tantis Reuerendiſsime & Illuſtriſs. Princeps, beneficijs, Celſitudini Tuæ obſtrictum me eſſe intelligo, vt quotieſcunque ea mecum tacitè recolo, quod ſanè nunquam non facio, peccare me non minimùm exiſtimem, qui

——Si grates perſoluere dignas

Non opis eſt noſtræ——

ſaltem in id toto pectore non incumbam; ne illa appoſitè mihi, quæ à Cicerone alteri: Nihil cognoui ingratiùs, in quo vitio nihil mali non ineſt; poſsint exprobari. χάρις χάριν τίκτει aiebat ille; quod reuera dictum in me fallere potuiſſet, niſi iſtam propẽſi animi ſignificationem, quam nuperrimè, dum Oſnaburgum tranſij, nullo penitus meo merito à Celſitudine Tua retuli, hoc qualicunq; non dico munere, ſed debito muneris mnimoſirio remuneratus fuiſſem. Solent autem alij, cùm librum quempiam alicui Principi Viro inſcribunt, virtutes illius & res præclarè geſtas ad cœlum vſq;, vt verè decet, laudibus extollere, id ego ſi rudi Minerua aggrediar, vereor, ne dum oneri meis humeris impari ſubeo, ſub ipſo laborum faſce ſuccumbam. Quis enim, vt recen-

tiora tua præclarè geſta prætercam, quis illas, quas Celſ. Tua, Bononiæ quondam ſtudioſus, vniuerſæ Italiæ virtutes demonſtrauit, apto ſatis eloquentiæ flumine aſſequatur? Quis iſtas corporis animiq; dotes, quibus gradum illum dignitatis, applaudente non ſolùm Germania, verumetiam vniuerſa Italia, conſecuta eſt? Quis vniuerſitatis, totius Orbis florentiſsimæ & ſtudiorum matris, Bononienſis in ipſam obſeruantiam, communem, omnium collegarum; illam admirantium ſtuporem, ſingularem ciuium gratiam, amorem, exili dictionis genere perſtringat? Ex quibus cùm ego, Celſit. Tuæ iam ab iſtis annis ſemper addictiſsimus, honores illos Archiepiſcopales intellexiſſem, dici vix poteſt, quantum lætitia exultans, & felicibus Patroni mei Clementiſsimi ſucceſsibus applaudens, ſim gauiſus. Et tamen ſatiùs multò eſſe arbitror, ab hoc ſcribendi onere potiùs ſuperſedere, quàm vel pauca ex multis, quibus Celſitudo Tua omnium animos, & ora in ſe conuertit, attingere, vel etiam abiecta quadam Epiſtola dedicatoria, obſcurare magis, quàm illuſtrare: cùm præſertim non ſint defuturi, qui omnia Celſ. Tuæ domi foriſq; præclarè geſta, accuratiùs conquirentes, victuris illa monumentis, aptiori & loco & ſtylo, ſeræ poſteritati ſint conſecraturi. Iam verò, vt ad operis huius auctorem & materiam orationem conuertam, ſatis vnicuiq; mediocriter in diſciplinis verſato perſpectum, & luce, velut, meridiana clarius eſt; à nemine hactenus, tam antiquo, quàm neotherico, ſcribendi hanc materiam delibatam, nedum diſcuſſam eſſe; quippe ea eſt, quæ non ſolùm vario & raro argumenti genere lectorem oblectet & detineat; verumetiam ſingularem auctoris induſtriam, acumen, & variarum rerum cognitionem ab oculos ponat. MARCI autem, ANTONII VLMI PATAVINI, Viri vndequaque laudatiſsimi, laus & gloria adeò illuſtri loco ſita eſt, vt eius fama, patriæ Alpiumq; terminos dudum tranſgreſſa; tum hoc opere, tum alijs non paucis ſcriptis, in maxima doctiſsimorum quorumuis exiſtimatione & admiratione verſetur. Illi rarum operis argumentum ſuſpiciunt, exquiſitum ſcribendi genus admirantur, ſubtiliſsimarum verò difficillimarum, quæ paſsim occurrunt, quæſtionum ſolutionem obſtupeſcunt. Ego verò cùm iam dudum mecum animo voluiſſem, librum hunc nomini Celſ. Tuæ, id quod tanta in me collata beneficia iure exigebant, inſcribere, in hoc totus fui, auctori auctor vt eſſem, vt eum à mendis, quæ in priorem editionem, operarum incuria irrepſerant, expurgatiorem, & addita appendice auctiorem illuſtrioremq; redderet. Id vbi facilè obtinui, nihil iam amplius reſtare videbam, niſi vt Celſ. Tuam deprecarer, vt ea-

dem animi ſerenitate, qua aliàs ſemper in me vſa eſt, hos labores, vnà cum meis rebus omnibus, in Patrocinium ſuſceptos, tutiſsimo gremio, quæ ſua eſt humanitas, foueat & complectatur.
Bononiæ anno M. D C. III.

Illuſtriſſimæ atq; Reuerendiſſimæ Celſitudinis Tuæ.

Addictiſſimus & Humillimus Cliens.

Gaſpar Bindonus, Ciuis Venetus, & Bibliopola Bononienſis.

EGO Frater Daniel Mallonius Sac. Feſulanæ Congregationis Sancti Hieronymi Theologiæ profeſſor publicus, atque pro Archiepiſcopi Cur. Reuiſor deputatus. Opus Excellentiſſimi D. D. Marci Antonij Vlmi Patauini, quod Phyſiologia Barbæ humanæ inſcribitur ſumma eruditione conſcriptum diligenter legi, & quod nihil contra Fidem, vel probatos mores, vel ſacri Indicis regulas contineret, vt Typis mandaretur probaui.

Idem qui ſupra Frater Daniel Mallonius.

EGO Frater Aloyſius Feſta Vrceanus, Lector & Vicarius Inquiſitionis Bonon. perlegi hoc Opus, cuius Titulus eſt Phyſiologia Barbæ humanæ, &c. in quo nihil animaduerti, quod Fidem aut bonos mores, aut Catholicos Principes lædat, aut offendat, idcircò illud approbo, vt imprimatur.

Frater Aloyſius qui ſupra manu propria.

Digitized by Google

INDEX VIRORVM CLARISSIMORVM,

Quorum nomina, vel Teſtimonia in hoc Opere citantur.

A

ACTA Apoſtolorum.
Aëtius Medicus.
Ælius Spartianus.
Albertus Magnus.
Alexander ab Alexandro.
Anticlaudianus Poeta.
Apollonius Thianeus.
Archangelus Piccolhomineus Ferrarienſis.
Ariſtoteles.
Aſclepiades.
Athenæus.
Auenzoar.
Auerrous.
Alphatabius.
Archigenes.
D. Auguſtinus.
Aulus Gellius.
Auicennas.
Auguſtinus Sueſſanus.

B

D. Baſilius.
Bernardinus Scardeonius Patauinus.
D. Bonauentura.

C

Caelius Aurelianus Siccenſis Medicus.
Claudianus.
Clemens Alexandrinus.
Cœlius Rhodiginus.
Cicero.
Cornelius Celſus.
Chryſippus.

D

Dantes Poeta Florentinus.
Demoſthenes.
Diodorus Siculus.
Diogenes.
Dion Nicæus.

E

Ecleſiaſtes.

G

Gabriel Zerbus Veronenſis.
Galenus.
Gregorius Giraldus Ferrarienſis.
Giſbertus Vuoſſius Medicus.
Gilbertus Porretanus.
Gilbertus Genebrardus.

H

Haliabbas.
Herodotus.
Herodianus.
D. Hieronimus.
Horatius Flaccus.
Hieronimus Cardanus.
Hippocrates.
Hieronimus Mercurialis.

I

Iacobus Mazonius Cæſenas.
Iacobus Zenarus Chirurgus Narium Curtarum.
Iouius Epiſcopus Nouocomenſis.
Ioannes Ludouicus Buſi Canonicus Nouellarienſis.
Ioſeph Scaliger.
Io. Michael Sauonarola Patauinus.
Iulius Cæſar Scaliger.

Iunius

Iunius Paulus Craſſus Patauinus.
Iuſtinus Martir.
Iuuenalis.
Ioannes Cratto.

L

LActantius Firmianus.
Lucretius Carus.
Lucanus.
Ludouicus Arioſtus.

M

MAximus Tyrius Platonicus.
Marſilius Ficinus.
Marinius de Sancta Sophia.
Macrobius.
Martialis.
Mercurius Trimegiſtus.
Moſes.
Meletius.

N

NIcephorus.

O

OCtauius Horatianus Methodicus.
Ouidius.

P

PAulus Æginета.
Paulus Dioniſius Veronenſis.
Peri ſaulus Fauſtinus de Tradocio.
Petrus Acrodius.
Petrus Apponenſis Patauinus.
Perſius.
Philoſtratus.
Phauorinus.
Philo Iudæus.
Plato.
Plotinus.
Plautus.
Plutarchus.
Plinius Hiſtoricus.
Plinius Iunior.
Propertius.

Q

Q.Serenus Sammonicus.
Q. Septimius Florens Tertullianus.
Quintilianus.

R

RVffus Epheſius.
Rhazius.

S

SOſicrates.
Solon.
Seneca.
Statius.
Synneſius Cirenæus.
Soranus.
Stoici.

T

THeophraſtus.
Theodoretus.
D. Thomas.
T.Liuius Patauinus.

V

VAlerius Flaccus.
Virgilius.
Vgo Senenſis.

X

XAnthus Hiſtoricus.
Xiphilinus.
Xenophon.

INDEX

INDEX

CAPITVM OPERIS TOTIVS VNA CVM IPSIS RVBRICIS EORVNDEM

Sectio Prima continet Capita, XVI. & Prooemium.

Prooemium. cart. 1.
1 Cap. in quo eſt Ratio Prooemij, atque Operis ipſius Typus. 6.
2 Cap. Quid ſenſerint Maiores noſtri ad Barbæ ipſius Deſcriptionem. 8.
3 Cap. Summa eorum, quæ agenda ſunt, & Ordo. 11.
4 Cap. De Locis Barbæ Generaliter. 12.
5 Cap. De Locis Barbæ Specialim. 14.
6 Cap. De Maxilla inferiori, & Mento. 16.
7 Cap. De Pilis Congenitis, & Agnatis. 25.
8 Cap. De Pilorum & Barbæ Exortu, Perfectione, & Declinatione. 30.
9 Cap. Barbæ Poſitum non carere Myſterio. 36.
10 Cap. De Pilorum Barbæ Quantitate Diſcreta. 40.
11 Cap. De Raritate, Denſitate, & Area Barbæ. 42.
12 Cap. In quo examinantur Barbæ Loca. 45.
13 Cap. De Forma Generica Barbæ. 48.
14 Cap. De Barbæ Diuerſitate. 49.
15 Cap. Qui, & Quotnam ſint Articuli, vel Gradus Barbæ. 52.
16 Cap. Aliqua relicta, ſed indicata ad ipſius Barbæ philoſophiam. 68.

Sectio altera continet Capita Nouem, & Procemium.

Prooemium in quo ſummatim recenſentur omnes Opiniones Maiorum. cart. 81.
1 Cap. I. Cæſaris Scaligeri Opinio, & ad hanc veſtigandam Opinionis veritatem Exercitatio, 83.
2 Cap. Pilorum Caluæ, Barbæ, præterea Vnguium ipſorum Digitorum non carere Myſterio incrementum, qualecunque ſit, quomodocunque vocetur, & Phiſicum eſſe poſſe finem aliquem declarare conatur Autor. 99.
3 Cap. Marci Tullij Ciceronis Opinio, quæ legitur libro Tertio de Finibus Bonorum, & Malorum: atque ad huiuſmodi Opinionem Exercitatio. 114.
4 Cap. Opinio L. Cælij Lactantij Firmiani deſcripta ex libro vno de Opificio Dei cap. ſept. & ad Demetrianum auditorem ſuum, vna cum Autoris Exercitatione. 136.
5 Cap. Opinio Theodoreti deſumpta ex Opere de Prouidentia, & Autoris Exercitatio. 138.
6 Cap. Opinio Clementis Alexandrini, quæ legitur libro Tertio Pædagogi Cap. Tertio, & Autoris Exercitatio. 140.
7 Cap. Opinio Galeni, & ad eandem Autoris Exercitatio. 142.
8 Cap. Subſcriptio Arabum, & Latinorum cum Autoris Exercitatione. 146.
9 Cap. Opinio Antiqua, atq; ad eandem Exercitatio. 174.
Digreſſio de Cauſſa Finali Nuditatis Frontis, Malarum, atque Cephalicæ compreſſionis ad latera. cart. 167. & 171.

I N D E X.

Sectio Tertia includit Procœmium, & Capita. XIII.

PRoœmium. cart. 179.

1 Cap. Difficultates narrantur Opinionum perſuadendarum. 187.

2 Cap. Finis Barbæ Humanæ quis exiſtat ad Mentem Autoris? & Methodus, atque Ordo, quibus eius Opinio aſſeueratur. 194.

3 Cap. Facultas Humana Generatrix Maſcula, & Barba veſtigijs paribus pariter libratis Exeunt, Promouentur, Conſummantur. 199.

4 Cap. Narratio Hiſtorica, Phiſica, & Medica Eunuchorum humanæ ſpetiei: Præterea, & Appendix Eunuchorum Mulierum. Quod pertinet ad Alterum Argumentum, Nempe: ſublata Facultate Generatrice Maſcula, & Barbam auferri. 212.

5 Cap. Quintum. Si læditur Actio Facultatis Generatricis ſecundum Quid, Barba etiam ipſa læditur ſecundum Quid. 240.

6 Cap. Finis Medicus Barbæ Humanæ quis exiſtat ex Autoris mente? 254.

7 Cap. Cognitio Temperamenti Partium Genitalium, atquè præſertim ipſorum Teſtium ex Differentijs Accidentalibus Barbæ Humanæ. 281.

8 Cap. In quo Generatim recenſentur, quæ poſſunt obijci aduerſus Dogma noſtrum, iam & Narratum, & Aſſeueratum. 290.

9 Cap. In quo refelluntur Tres ex Obiectionibus propoſitis aduerſus Dogma noſtrum. 291.

10 Cap. Senes ſunt Aetate ipſa ſteriles, ijs nihilominus exiſtunt BARBATI. 304.

11 Cap. Obiectio à Mulieribus Barbatis, & eiuſdem refutatio. 305.

12 Cap. Eunuchi, qui facti ſunt poſt Barbæ, ac Pubis eruptionem, ij nihilominus Pubem retinent, ac Barbati exiſtunt. 315.

13 Cap. Cap. Mulieres habent & ipſæ Teſtes, præterea & ſanguinem ſeminalem, nec tamen Barbam obtinuere ſecundum Naturam. 317.

INDEX PRÆCIPVARVM rerum Memorabilium, quæ in hoc Opere continentur.

A

ABVSIO Figura. 280
Aetas vna nō profert oïa. 119
Aeſculap. cur Barbatus. 212
Auriculares facultates quæ ſint? 213
Aetates ex Solone. 282
Aegroti melius curantur, qui ſani cognoſcebantur. 277
Aetas cognoſcitur ex aſpectu. 97.A
Aegyptij ſuas Virgines excidebant. 227.& 228
Aetates omnes aut ad ſcientiam, aut ad diligentiam adijciunt. 256
Aetas Deſcendens,& Aſcendens. 63.A
Aetas Conſiſtens. 60.A
Aetatibus certis certa diſtribuit Bona Deus. 120
Aetas Verè declinans. 60.D
Aegyptiorum Leges in ſtupratores. 219
Aetates quot. Infans, Puer, Adoleſcens, Iuuenis, Vir, Senior. 55.C
Ἀγαθοὶ qui. 260
Agnati & Poſtgeniti pilorum ſignificans. 25.A
Albus Color Pilorum,& Cauſſa Efficiens. 173
Alfarabius ſcripſit de ordine Rerum. 88
Anatomes à nemine fuit perfectè ſcripta. 88
Album & rubrum labrum quid. 15.A
Alij ad Alia naſcuntur. 290
Anima rationalis vigere incipit circa trigeſimumquintum annum. 29.C
Anatomes quid ſit. 87.b
Appetitus Boni ſæpe labitur etiam in malum. 115
Ariſtotelis Opinio repugnat ſenſui. 237
Articulus tertius Barbæ Canities. 67.A
Arte factis nihil eſt præter artem. 118.a
Artium Inuentio. 93.b
Ariſtoteles Diſcipulus. 260
Ariſtotelis vitium peculiare. 260
Artifitialibus nihil ineſt præter artem. 151
Arbos hominis oritur, abſoluitur, declinat, moritur. 30.b
Aruncus quid. 51.a
Arma hominis. 95
Artis Fulminariæ Argumentum ab animali. 86
Ariſtoteles fuit Diſcipulus ingratiſſimus ergà Platonem. 260
Artificum Operationum Finis & Regula. 160
Arma hominis ſunt Ratio & Prudentia. 95.A
Area quid ſignificet. 44.A
Autor ſubſcribit Galeno,& renuntiat Ariſtoteli in Dogmate Officinæ Seminis. 257
Autor defendit Antiquos in Opinione Teſtiū. 258
Autoris Propoſitio nobilis. 244
Auguſtini Diui Propoſitio Memoranda. 244
Autor ait ſe inuentorem eſſe huius Dogmatis, atq; ſeſe defendit, excuſat. 255
Autoris teſtimonium de Caſtratis poſt Barbæ emiſſionem quibus Barba non decidit. 237
Audaciſſimi ſunt pleriq; in ijs, quæ maximè ignorant. 269
Autoris æquanimitas erga Scaligerum. 95
Autor excuſat ſe Lege, & Exemplo, quia formauerit noua Nomina. 289.& 290
Auerroi Elogium. 269
Auerroi Error. 160
Autoris ingenuitas. 150
Autoris Votum. 260
Auerrois Opinio expugnata de Facultate Generatrice. 248
Autoris Opinio de generationis abſolutione 20.D
Auicennæ Elogium. 267
Autoris ingenuitas. 190
Autor examinat Opinionem Lucretij de Concubitu humano. 298
Auerroi Blaſphemia. 309
Articuli ſunt obnoxij Cachochimiæ, atq; Plenitudini recipiendæ. 312
Auerſus coitus expugnatur. 298

B

BArbæ, & Facultatis Generatricis conſenſus. 201
Barba citius ꝑuenit in Adoleſcētib⁹ ex Coitu. 203
Barbæ finis ex antiquorum mente. 174
Barbæ Fines Logici. 204
Barbæ raſio à Monachis quibuſdam cur fuerit inſtituta. 207
Barba erat Indiciū Philoſophandi antiquitus. 207
Barbæ, & Facultatis Generatricis Maſculæ conſenſus. 199
Barbam vellere cur ſit opprobrium. 208
Barbam tangere alicuius cur ſit indecorum? 208
Barbam nutrire, quid ſignificabat olim? 209
Barba non prouenit à Neceſſitate Materiæ. 159
Barbæ Finis Phyſicus ex Autoris mente. 195
Barba cito adueniens: Tardè. 283
Barbæ Finis Medicus ex Autoris mente. 256
Barba neceſſariò conſequitur Facultatem Genera-

tricem noſtram Maſculinam. 257
Barbæ Finis ex Lactantio Firmiano. 136
Barbæ Differentiæ ſumptæ à Tempore. 282
Barba cita. 282
Barba Tarda. 282
Barbæ Pili differunt à Pilis Caluæ. 158
Barbam nullum habere finem credidit Scaliger. 83
Barba eſt Indicium Viri Boni. 209
Barbam alebant Romani tempore Mæſtitiæ. 211
Barbæ raſio quid indicabat apud Hebræos. 211
Barbæ ſenſus Myſtici deſumuntur à Fac. Gener. Maſcula. 212
Barbæ, atque Genitalium Conſenſus Cauſa. 247
Barba celerius procreatur in Adoleſcentulis vtentibus Coitu. 203
Barba celerius & prolixius creſcit ex Vſu alimentorum ſemen Generantium. 204
Barba obtinet certum Tempus exeundi. 242
Barbæ Canities quid indicet. 283. & 285
Barba Rara quæ. 43.B
Barba Mediocris quæ. 43.C
Barba Areata quid. 43.C
Barba iurata quid ſit. 210
Barbam Areatam dici poſſe. 44.D
Barba exareata quid. 45.B
Barbæ finis ex Galeno. 142
Barba eſt Pars Specifica Faciei. 258
Barbæ finis ex Theodoreto eſt Moralis. 139
Barbæ Finis ex Clemente Alexandrino. 141
Barbæ diſquiſitio eſt Phyſici. 3.A
Barbæ finis ex mente Ciceronis. 115
Barbæ Finis ex D. Auguſtino. 122
Barbæ Finis ex Galeno. 122
Barbæ lanugo quando erumpat? 200
Barbæ Finis aſſeritur triplici argumento. 118. & 119.
Barbatę Fortunę Templum. 209
Barba radebatur ſeruis apud Iudęos. 210
Barbæ Infantiæ tempus certum à natura præſcritum. 34.B
Buccarum Authoris deſcriptio. 23.C
Barbæ Simpliciter dicendæ Qualitates. 45.D.
Barba quando conſummetur. 58.B
Barba plena. 58.A
Barba plena. 59.A
Barbam arguit infinitam Dei Sapientiam. 4.A
Barba habet præfinitum naſcendi tempus. 27.D
Barbam habere finem quæ ſuadeant? 244
Barbæ forma. 244
Barbam obtinere formam propriã & figurã. 48.D
Barba Aequalis vel inæqualis. 51.C
Barba quando erumpat. 54.C
Barba ſecundum quid. 51.A
Barba, & Pubes quibus Tardior, & imperfectior. 241
Barba quæ ſimpliciter talis dicatur. 50.D
Barba prima. 35.D
Barbæ Articulus alter. 68.B
Barbæ, ac Pubis Pilorum Materia. 247
Barba opus Dei. 2.B
Barbę ſummus Apex quando. 65.D
Barbę Infantia quæ. 34.B
Barbam eſſe partem Corporis conſummatã. 60.A
Beſtiæ cur habeant partes quantitatis ſtatæ definitæ? 110.A
Bernardini Scardeonij Patauini presbiteri Elogium. 106.C
Boni cognitio perſpicacior quomodo nobis contingat? 84.
Breuiberbes. 284
Buccas Qui poſſint probe intelligere. 24.C
Buccarum Mutila deſcriptio. 23.C
Buccarum deſcriptio. 22.B
Barbatæ Fœminę ex Autoris Teſtimonio. 307. & 308.
Barbalium Pilorum vita duplex. 315.
Barba Eunuchorum. 316.
Barbæ Dignitatis Indicia. 291. & 292
Brutorum coitus non aſſerit noſtrum. 298

C.

Calumnia Suſurronum in Autorem. 222
Caſtrati iuxta vnum Teſtem tardius Barbeſcunt. 254
Caſtrati antè Pubertatẽ quibus pilis careant? 237
Caſtrati poſt Pubertatẽ quibus pilis careant. 237
Calumnia in Autorem. 271
Cerebri Temperies ex Pilis. 259
Calumnia in Autorem. 256
Capilli Tenues probantur in Fœminis. 280
Carnium Eſus à quibus corporibus feratur facilius? 276
Calumnia in Autorem. 261
Calumniæ in Autorem. 182. & 185.
Caput humanũ cur ſit compreſſum ad latera? 171
Canitiei cauſſa. 267
Cauillatio Plinij in ipſam Naturam. 90
Caluæ Pili differunt à Pilis Barbæ. 158
Canities Regionalis. 33.C
Canities Naturalis & præter naturam. 33.B
Carnifices Medici qui ſint. 275.
Canities in equo manifeſtior quàm in cæteris animalibus. 33.C
Calor innatus Pilorum. 34.A
Canities eſſe in cæteris animalibus. 33.C
Canities quid. 35.D
Canities à calore innato declinante. 33.A
Canities infra diem contigit. 33.B
Canitiei tempus. 33.C

Cauil-

INDEX

Cauillatio Plinij in Naturam. 90.B
Cerebri, Cordis, Hepatis, Totius corporis notæ à Pilis deſumptæ ex Aëtij teſtimonio. 263. & 264
Cerebri calidi notæ ex Galeno. 261
Cerebri Frigidi Notæ ex Galeno. 261
Cerebri Sicci Notæ ex Galeno. 261
Cerebri Humidi Notæ ex Galeno. 261
Cerebri Temperamentorum reliquorum Notæ ex Galeno. 261
Cerebri, Cordis, Hepatis, atque Corporis totius à Pilis deſumpta nota ex Paulo Aegineta. 265. & 266.
Ciliberbes. 284
Ciuitatis quis exiſtat finis? 105
Ciuitatis quis finis exiſtat Verus. 104.C
Clemens Alexandrinus quis fuerit? 140
Coitus multiplicat Barbam. 203
Color Pilorum. 271
Color Pilorum Regionalis. 268
Curioſus & ſtudioſus qui differant. 3.A
Corporis humani aliqua ſunt Occulta, & cur. 153
Corporis humani aliqua ignoramus. 153
Combali Eunuchi Hiſtoria. 224
Cordis Temperamentorum Notæ ex Galeno. 261
Corpus humanum eſt ænigma, & Mundo comparatur. 88
Canities Aetatiua quæ. 33.C
Corpus in ieiunio decreſcit iuxta ſuas dimenſiones. 103
Commoderatio partium corporis eſt propter Naturæ opera, & fit Additione Detractione. 102.B
Corpus Humanum æquipollet Mundo ſenſibili in cognitione. 87.B
Contra quam Auerroes Author cenſet ingeniorum adhuc rudium & imbecillum habendam rationem. 17.C
Ciliares & ſuperciliares pilos in Utero à Natura conformari. 25.A
Contemplatio Vitæ præſentis pars ſuauiſſima. 4.B
Canities quæ. 35.D
Commentaria Iſagogica authoris ad Vniuerſam Philoſophiam corpoream. 14.A
Columna & Philtrum quid. 14.C
Criſpitudinis Pilorum Cauſſa. 273
Criſpiberbes. 284
Craſſiberbes. 285
Crementum Pilorum & Vnguium eſt naturale. 102.
Crementum Pilorum & Vnguium non eſt damnandum occaſione ipſius noxæ quæ ſequitur. 104
Crementum Pili, & Vnguis eſt Seminarium Virtutis. 102.C
Craſſi Pili. 280
Concubitus humanus propter Generationem iuxta opinionem Lucretij Cari. 298
Concubitus Brutorum non poteſt aſſerere concubitum humanum. 298
Coitus Auerſi vtilitas. 290
Craſſi Pili quid indicent in Muliere. 287
Cutis Muliebris, & Virilis comparatio. 99
Cuiq; rei orta, ætas & peculiari inhærenda. 8.B
Cutis Raræ indicium. 276
Cutis Denſæ indicium. 276
Cura Pilorum & Vnguium ſemper creſcentium eſt propria humanæ ſpeciei. 104.D
Cultus eſt Virtus. 107.A
Curioſitas quid. 2.D

D

Dantis locus explicatur. 139
Daſypogones qui ſint. 284
Damna quæ contingere videntur Pilis Muſtaceis. 89.C
Denſitas, Raritas, Pilorum. 274
Denſes & Plantæ viuunt beneficio caloris genitalis. 34.A
Denſitatis cutis commodum & incommodum. 276
Denſæ cutis Indicium. 276
Diſcendum eſt ſemper, at etiam aliquando Dediſcendum ſi praua didicimus. 249
Dionis Nicæi teſtimonium de Barbatis qui Caſtrati non amiſerunt Barbam. 238
Diuina conſiderare, & ratiocinari oportet ſobrie. 115
Digeſtionis iuxta Prædicamenta differentiarum accidentalium Pilorum vtilitas. 282
Diſtinctio per capita eſt ſenſilis magis. 8.A
Diſtinctio per capita eſt neceſſaria. 8.A
Differentiæ à Tempore. 282
Differentia Pili barbalis conſummati ſecundum quantitatem & qualitatem. 31.D
Differentiæ Pilorum iuxta ordinem Prædicamentorum. 281
Documentum Authoris. 96
Docebit nemo niſi Deus adiuuerit. 194
Dogma Autoris vbi negatur, Doctrina communis Pilorum negatur. 261
Documentum pro cognoſcenda Temperie totius, & partium. 281
Doctrina Differentiarum Accidentalium exquiſita tradi nequit, ſed vſu percipitur, ac Experientia. 259
Doctrina noua indiget maiori perſpicuitate. 282
Documentum. 288
Autoris Dogma aſſeueratione ex Doctrina Communi Pilorum. 261
Duplex Pilorum Ordo. 48.C

Documentū prò colligenda Tēperie Partium. 295
Deo permittente multa fiunt, in quorum Contemplatione deficit hominis ingenium. 295

E.

Ecſtaſis quid. 108.A
Effectus negatiui non eſt Cauſſa Poſitiua. 152
Entia ſunt omnia propter Finem non autem ex Neceſſitate Materiæ. 160
Errare omnibus commune. 17.A
Etymon Menti. 19.A
Eunuchiſmus exercetur à Brutis. 223
Eunuchi qui ſint? 213
Eunuchi Corporei. 214
Eunuchi Rationales. 214
Eunuchiſmus Corporeus, et eius adminiſtratio. 215
Eunuchi non ingrediebantur Eccleſiam. 216
Eunuchiſmi qui fuerint Inuentores? 215.& 216
Eunuchi non habent Barbam. 236.vſq; ad 239.
Eunuchi Etymologia. 213
Eunuchi Reginæ Candacis Hiſtoria. 221
Eupogones. 286
Eunuchiſmi Cauſſę. 217
Eunuchorum Offitia. 218
Eunuchiſmi Cauſſa Tertia. 218
Eunuchi Combali Hiſtoria. 224
Eunuchiſmus medetur Elephantiaſi. 225
Eunuchi an arrigant? 234
Eunuchi Barbati. 237.& 238
Eunuchi Religioſi. 214
Eunuchorum mores. 220
Eunuchiſmi Cauſſa. 216
Eunuchorum Barba. 316
Eupogones poſſunt eſſe ſteriles. 295
Exortum cutaneum latentem & interitum Pili autor conſultò prætermittit. 34.B
Extrinſecus menti terminus leuiter cognoſcitur Decart. 17.C
Excrementa ſpecifica. 86
Excrementa verè Excrementa. 85.& 86
Excrementum ſepiæ. 86
Excrementum Bonaſi. 86
Exercitatio Autoris ad Opinionē I.C.Scaligeri. 84
Excrementorum duplex Genus. 86.A
Excrementum ſimpliciter: Excrementum Specificum. 82.A
Ex cute externa labiorum fines non cognoſcuntur. 15.C

F.

Faciei Dignitas. 118
Facies eſt quaſi ſpeculum Animæ. 118
Facultatis Generatricis Gradus. 200
Facultas Generatrix quando conſummatur? 200
Falſum omne non eſt continuò deridendum. 166
Facultas formatrix certa caloris portione ad partes ſingulas formandas non modo ſecundum ſecundum ſpeciem ſed & in Indiuiduo. 34 C
Fames eſt Decrementum Corporis. 103.A
Argumentum ab Analogia famis. 102.A
Fames eſt ſenſus Corporis decreſcentis. 102.A
Facultas Barbifica. 156
Facies, Malæ, Maxillæ, Mentum. 16.C
Finis Pilorum iuxta Galeni mentem impugnatur ab Autore. 158
Finis Barbæ aſſeritur ex triplici argumento. 118.& 119.
Finis angeſcentiū Pilorum, Vnguium ex Gal. 101 *Sed & ex mente Autoris ibidem.*
Finis eſt Regula Operationum Artificum. 160
Fines laterales labij ſuperni buccæ. 15.C
Figura Pilorum. 273
Finis Barbæ ex Mente Ciceronis. 115.A
Finis Barbæ ex Theodoreto. 138
Flos pro Barba principio. 32.A
Fœminę laudantur ex Tenuitate capillorum. 280
Fortunę Barbatæ Templum. 309
Fouecula in buccis, quæ tamen raro ſpectatur, in eam habentibus, venuſta eſt. 24.C
Fulminalium Nobilitas Dignitas. 86
Fulminalium Opus ab Autore ſcriptum eidem fuit ſurreptum. 86
Facultas Generatrix quando deſinat in Maribus, quando in Fœminis? 304
Fœminæ omnes non conueniunt propter Generationem cuicunq; Maſculo. 296

G.

Galenus deſumpſit Finem Pilorum ab Ariſtotele. 157
Galeniſtarum vitium. 249
Galeni ſententia de Nuditate humana. 94.A
Genę. 17.B
Genę quid grammaticis. 21.D
Gemelli mares optimi habitus ſeptimeſtres ſexagenarij facti. 25.B
Genæ Nomen indifferenter ſumptum. 21.C
Genitalium, & Barbæ conſenſus cauſſa. 247
Gibboſorum eſt Genus Duplex. 246
Gibboſos Lūbares qui conſequantur affectus? 246
Generatricis Facultatis & Barbæ, ac Pubis conſenſus. 246
Gibboſæ Lumbares Fœminę ſunt inhabiliores ad generandū ipſis Fœminis Gibboſis Thoracicis. 248
Græci Arabes, Latini poſteriores Galeno ſubſcripſerunt in fine Barbæ. 82.C
Gruum pennæ nigreſcunt in ſenectute. 67.B
Guttur quid. 18.B

Haliab-

INDEX.

H.

Haliabbatis opinio de Pilis. 147
Hepatis Tempericrum notę ex Galeno. 262
Hirſuties quid indicet? 278. & 279.
Hirſuta Corpora facilius ferunt carnis eſum. 276
Homo quomodo ſimilis Deo euadat. 93. A
Homo niſi obſequatur Religioni eſt Beſtia. 106
Homo quam cętera manifeſtius canceſ. it. 33. D
Homo perfectus. 85. A
Hominis conformatio laudatur ab Ariſtotele. 92
Homines Primarij qui ſint? 260
Homines Piloſi qui nutriuntur apud Sereniſs. Parmenſium Ducem. 130
Hominis duo ſunt præcipua. 115
Homo Dei Ludus quomodo explicetur ab Autore? 93
Homo quicquid in ſe habet, obtinuit proper finem determinatum. 152
Homo quare Nudus? 170. & 171
Homo non ſit ſimul indiuiduum, & indiuiduum Specificum. 199
Homo factus eſt in vltimitate Sapientiæ. 152
Hominis multa ignorantur. 152
Homo habet vitam duplicem. 204
Homines mouentur potius ſenſu, quam Dignitate Naturę. 87
Hominis arma. 95
Homo liber Naturæ. 45. B
Humana Species vt viuat indiget intellectu practico. 111. D
Humanæ ſpeciei finis. 115. D
Hydropem Teſtium qui paſſi ſunt in Pueritia, ij viri facti plerunq; ſunt ſteriles. 241
Hyporinon quid. 14. C
Helena Antonia Virgo Barbata. 307
Humanum ingenium deficit in contemplatione multorum, quæ fiunt Deo permittente. 295

I.

Iacobi Mazonij Elogium. 97
Iacobus Zenarus Chyrurgus narium reſarciendarum. 293.
Ignorantia Docta. 118
Ignorationis quorundã operũ Naturæ vtilitas. 116
Ignorantur multa ab intellectu contemplante. 152
Ignorantia peſſima.
Documentum Autoris. 89. B
Infantia pili occulta eſt ob indiuiduorum varietatem. 34
In Materia dogmatica licet vnicuique profiteri quod ſentit. 110. B
Indiuiduum quando ſit perfectum? 204
Intellectus humani imbecillitas in conſiderandis Operibus Diuinis. 160. & 161.
Ingenium noſtrum deficit in contemplatione multorum, quæ ſunt in Mundo. 152
Intellectus noſter comparatur Plebi. 153
Inuentores laudandi. 8. C
Inditia licet Exilia non ſunt negligenda. 277
Inferior Menti terminus interdum in quibuſdam linea certa oculis patet. 18. A
Infantia Barbæ cognoſcitur Mollitie, Tenuitate, Breuitate, Albedine. 34 B.
Indigentiæ vtilitas. 95
Interpretes excuſantur ab Autore. 295
Ingenuitas Autoris. 16. D
Iurata Barba quid. 33. A
Itali vt Barbam tondeant. 47. B.
Iuſtitia præcipua in hoc Mundo ſenſibili eſt ipſius Naturæ. 99. D.
Imberbes Mares poſſunt Generare. 294.
Inæqualitas Temperiei, & Conformationis. 295
Ioannis Ludouici Buſi Teſtimonium de Muliere Barbata. 307

L.

Lanugo bonos dicta. 32. D
Lactantius quis fuerit. 136
Lanugo pili Barbalis eſt gradus primus. 34. D
Lanugo Pileſcens Tarde, Citò. 283.
Lanugo cur Barbæ initium dictum. 31. D
Labij superni confinium ſupernum naſus imus, columna, Alarum exortus imi. 15. C
Labium cutaneum quid. 15. A
Labij inferni confinium eſt Mentum. 15. D
Labij inferni fines laterales buccæ. 15 D
Labiũ vtrũq; diuiditur in cutaneũ & carneũ. 15. A
Lanugo Barba prima nuncupata. 35. D
Labrum Carneum quid. 15. A
Lanugo quid ſit. 282
Lex Ephorotum. 47 B
Leucania. 16. C
Linea ſulcans non eſt confiniũ labij buccarũ. 15. D
Linea Mentalis quid. 18. A
Libri de vſu partium quibus vtiles. 70. D
Libidinoſis congeniti pili maturius defluunt, Agnati celerius recreſcunt. 26. A
Linea Labialis quid. 15. B
Libri Hippocratis Legitimi. 60. C
Longitudo Corporis in quibus conſiſtat: Ambitus Corporis in quibus conſiſtat. 103. D
Loca Barbeſcentia plerunque. 46. B
Loca Barbæ Mulſa. 45. C
Locus Perſis explicati de Barba. 29. C
Longiberbes. 284
Ludouici Arioſti Opinio non accipitur. 86

M.

Materia Pilorum Barbæ, & Pubis. 247
Maxillę inferioris Cutaneę Deſcriptio. 9.

Ma-

Maxillæ inferioris laterales termini tactu percipi. 19 C
Magis ſenſum quam verba autoris ſpectanda. 6.B
Mala & Gena Quid. 19.D
Maieſtate Naturæ, non autem noſtra ratiocinatione. 117.& 118
Maxilla duplex: Quid Mentū, quid mādibula. 16
Matrimonij intempeſtiui damna. 201
Maturitàs quid ſit. 137
Martialis primā lanuginē Cydonijs cōparat. 32.a
Maxillaris inferna quid. 16.b
Materia pilorum iuxta Opinionem communem conſideratur. 247
Maledicere non licet. 82
Materiæ Neceſſitas negatur ex Argumento Artis. 160
Maſculus eſt melior Fœmina. 133
Maxillæ, mentum. 17.b
Malæ debent eſſe pilis nudatæ. 21.c
Magni viri non ſunt abſque afflatu diuino. 190
Malum habet Cauſam deficientem. 152
Materia Pilorum. 276
Mas quando ſit verè Mas. 199
Malæ, Maxillæ, Anthereon, Leucania quid. 17.a
Madaroſis quid ſit. 84
Magnitudo Morbi à quibus cognoſcatur? 277
Malæ & mentum hominis ſunt propria. 17.a
Malæ, genæ, Labium buccarum fœmini. 22.a
Medicus contra ac natura agit. 28.b
Menti laterales termini quattuor. 17.b
Menti ſuperior terminus quid. 17.b
Medici mali. 278
Medici vt plurimum ſunt malorum morum. 278
Medicus optimus exiſtat quis? 260
Medicinæ malum. 252
Medicina cur cenſeatur Ars viliſſima? 191
Medicina addiſcitur tardiſſimè. 269
Mentes mortalium pronæ ſunt ad malum. 147
Medicorum ordines plures. 188
Medici carnifices qui exiſtant. 275
Menti laterales termini ſenſum ſubterfugiunt. 18.b
Menti termini laterales qui comprehendātur? 18.b
Methodus Autoris in aſſeueranda Opinione propria & ordo. 194
Medicus quis exiſtat Optimus? 277
Medici Hiſtorici. 253
Medicina Rationalis pendet à Philoſophia. 255
Medici Eximij qui exiſtant? 255
Minima curare Prudentem, atq; Sapientem virum decet. 104
Mileſiæ Fœmina. 229
Minuti Pili quid ſint? 280
Minutæ maculæ, Animus. 280
Motus ad abſolutionem, & Abſolutione ſenſui patent. 30
Motogeni qui ſint. 284
Motus Pili barbæ progredientis ad conſummationem. 31.B
Monſtrum barbatum Temporarium. 27.b
Monſtrum eſt homo, qui abhorret laudes Naturæ maieſtati datas. 118
Morbi caracter quomodo cognoſcatur? 277
Morbi Magnitudo à quibus cognoſcatur? 277
Motus pilorum barbæ duplex. 31.B
Motus Pili à conſummatione ad interitum, qui eſt Canities. 33.A
Monſtra quibus comparentur ab Autore, atque ipſorum vtilitates. 102
Motus Pili Barbæ quandiu ſenſibilis. 33.A
Muſtaces ſunt inutiles, & noxij, Rationes afferuntur. 89
Mulieres qui primo caſtrauerint. 226
Mundus cur datus fuerit velut ænigma. 116
Mulieres cur ſint imberbes ex Autore. 152
Myſtaciberbes. 286
Mentiberbes. 286
Motus muliebris qualis debeat eſſe in Venere. 299
Mulieres licet non reddant Menſtrua, eæ nihilominus Grauidantur. 294
Menſtrua vt Fœminæ non reddant eæ nihilominus implentur à Maribus. 294
Mammæ ſunt Organa Prima Facultatis Generatricis. 305
Morbi cognitio. 312
Motus mulierum eſt neceſſarius in Coitu. 299
Mulieres Barbatæ ex Hippocrate. 306

N

Naturæ ſapientiam non licet dimetiri ex noſtro modo intelligendi. 92
Naturæ Elogia ex Plinio. 92
Natura quid Anthori. 82.C
Natura non accipit leges à materia. 151
Nares terminus communis Barbæ, Mentum buccæ proprij. 151.C
Natura cuncta certis regulis pondere, Numero & Menſura conſtituta. 34.C
Naturæ Maieſtas elucet non ſolum in partibus organicis, ſed in accidentibus omnibus, vbi quis illa cognoſcere ſatagat. 98.B
Naturæ iuſtitia referenda eſt in Deum. 99
Naturæ Elogium ex Plutarcho. 100
Naturæ Poteſtas nō ſatis intelligitur à nobis. 100
Naturam humanam habere partes, quæ ſemper creſcerent. 112.C
Naturæ Maieſtas elucet in Organis, & in Accidentibus. 98
Natura reſpicit quid Poſitiuum. 130
Natura quid. 88.A

Narium

Narium reſtaurator quis exiſtat? 233
Naturæ Elogium. 91.B
Natura quid ſit. 2.A
Nefas eſſe à Veritate diſcedere. 99.C
Neceſſitas eſt diuerſorum Graduum ex Plotino. 86
Neceſſitas duplex. 85
Neceſſitas quomodo intelligatur ab Auerroe? 85
Nigri Pili Cauſa Efficiens. 272
Noxa in Expuitione, in locutione, & ponderis grauitate. 90.A
Noua finxiſſe Verba, vbi neceſſitas ita fiat, etiam Veterum ſuffragio licet. 5.A
Non fieri poſſe vt idem incipiat, & perficiat. 9.A
Notæ inchoationis barbæ. 34.D
Nominum formatio. 283
Nuditas à Galeno conſiderata, & probata. 94
Nuditatis Naſi, & Malarum finis ex Autoris mente. 130
Nullum naturæ opus ſuperfluum. 2.C
Nuditatis humanæ Bona. 93

O

OBiectiones contra opinionem Galeni. 158
Obiectio Platonica apparens. 60.A
Obiecta ſenſus plura circa pilum barbæ. 33.A
Occultum debet eſſe aliquid in rerum natura. 97
Occultum es debere aliquod ipſa ſuadet, clamat natura. 97.B
Offitia Eunuchorum. 220
Officia vel Vſus labiorum. 89.D
Opinio Theodoreti. 82.A
Opinio Veritati quoq; vim affert. 193
Opus hoc quomodo fuerit ab Autore conformatum? 110
Opinion. de Fine Barbæ ſummatim recēſentur. 82
Ordo Argumentorum Autoris. 196
Opinio M. Tulij Cicer & I.C.Scaligeri. 82.A
Opinio Lactantij quibus obiectionibus ſit obnoxia. 137
Opinio Diogenis, Martialis, Macrobij, Lactantij, Firmiani, Galeni. 82.B
Ornamentum Artifitiale. 152
Ortus & interitus ad punctum non eſt cognitio. 30.
Opinio Lucretij Cari circa Coitum humanum propter Generationem. 296
Obiectionum ſummariū cōtra Dogma noſtrū. 291
Opinio Autoris circa Tempus Grauidationis. 294
Offitium Philoſophi veri. 306

P

PArtes omnes exiſtūt pulcræ propter finē. 180
Patauinis proprium. 181
Pars quid ſit docetur negatiuè. 96.D
Partium ſemper creſcentium eſt, maximè humanæ. 112.B
Palatum & fauces partes oris. 14.C
Partes quomodo Turpes dicantur ex D.Aug. 126
Perſij locus explicatur. 141
Peccatum eſt aliquando vtile, & quomodo. 101
Petri Apponenſis laus. 155
Porus quid. 93. & 94
Philoſophia Indiuidualis humana ab Authore ſcripta, ei ſurrepta, quam reſcribere pollicetur. 13.a
Petri Apponenſis Elogium. 147
Philoſophi olim barbā alebāt ſapiētiæ ſymbolo. 29
Philoſophorum Barbatorum ſymbolum. 207
Phyſiologia Pilorum citatur ab Autore ſcripta. 88
Phyſiologiæ Pilorum quæ ſint Vtilitates? 276
Philoſophia Indiuidualis. 92
Phyſicus verus quis exiſtat? 176
Philoſophia corporis ſatagendà. 3
Philoſophus quis exiſtat? 243
Philoſophiæ corporeæ cognitio bona, & ex ſenſu non commentario. 14.A
Phantaſia circumquaque verſata. 66
Pilorum color Regionalis. 268
Pili indicant Temperiem ex Auicenna. 267
Pilus Barbalis mouetur ſenſibiliter ab ortu ad conſummationem. 31
Pili quando conſummati. 31
Pilus criſpus, & cauſſæ. 273
Pilorum Finem quæ ſuadeant? 87
Pili Palpebrarum, & Finis. 84
Pilus eſt ſubſtantia Ordinis poſtremi. 87
Pili non viuunt. 243
Pili creſcunt in Morbis, & Cadaueribus. 243
Pilos non eſſe partes Corporis Humani, quæ ſuadeant? 243
Pilis Pubis ſi q careāt à Natura ij ſūt ſteriles. 238
Pili Craſſi ſunt Maſculi. 280
Pilus fit tenuior in Senectute. 67
Pilorum differentiæ à quantitate. 284
Pilus conſideratur iuxta duplex Crementum. 284
Pili Genitales, vel Patrei. 204
Pilorum differentiæ à qualitate. 283
Pili Seniles. 281
Pili lumborum. 288
Pilorum Differentiæ Accidentales ab Autore digeruntur ſecūdum ordinem Prædicamentalē. 282
Pilorum Barbæ, ac Pubis Materia. 247
Pilorum Materiæ opinio cōmunis conſiderata. 247
Pili comparantur Inſectis. 89
Pilorum Differentiæ à Tempore. 271
Pilorum Differentiæ à Colore. 271
Pili Congeniti, & Poſtgeniti. 237
Pilorū Finis Galenicus impugnatur ab Auth. 158
Pilorum differentiæ à Loco. 285
Pili Craſſi quid indicent in Muliere? 281

Pilorum

Pilorum materia quæ ſit? 276
Pili oſtendunt Humores. 276
Pilorum Raritas, Denſitas. 274
Pili ſunt Indices Temperiei Corporis noſtri. 258
Pili Barbæ differunt à Pilis caluæ. 158
Pili ſunt neceſſarij. 85
Pili Barbalis ſemicirc. ſeu progreſſus, & ætas. 31
Pili Regionales. 98
Pili indicant Temperiem Partium Principum, totius, atq; Teſtium ex teſtimonio Auerroi. 270
Pili ſuperciliorum & palpebrarum, ſeu Pili ciliares, ſuperciliares qui. 25
Pili declinatio, & quando caneſcit. 35
Pilus Albus à Cano differt. 35
Pilorum differentiæ à quantitate continua. 279
Pili, lineares qui. 36
Pili ciliares omnia ſua inſignia obtinuerunt à Facultate formatrice. 36
Pilus Cadaueroſus quis. 33
Pili qui creſcunt & qui non. 48
Pilorum ordo duplex. 40
Pili quantitatis definitæ & indefinitæ. 40
Pili Barbalis numerus ſoli DEO cognitus. 41
Pilorum mutatio. 71
Pilus verus, aliquantus conſiſtens. 35
Pili declinatio. 35
Pili congeniti qui. 25
Virilitas Pilorum barbalium. 35
Pilus perfectus quando. 35
Pilus Caluæ & Barbæ ſemper in longum creſcit, cuiuſq; Phyſicum myſterium hactenus occultum. 35
Pilus Barbalis, & agnatus. 29
Pilus Barbæ myſterium naturæ non aſpernandum continet. 4
Pili Maxillæ inferioris Triplices. 69
Pili Agnati qui. 25
Pilorum tum in facie, tum in reliquo corpore non eſt vnum genus. 25
Pili non à radice, ſed parte poſtrema caneſcere incipiunt. 34.A
pili minimum caloris innati obtinent. 34
pilus Barbæ Agnatus. 27
pilus eſt Index Sexuum. 96
pilus eſt pars Corporis noſtri & Animæ facultatibus deſeruiens. 3.C
pilus Maſculinus differt à Fœminino. 96
pilus eſt Regionalis. 98
pili & Cutis proportio 98
pilorum crementum eſt Naturale 101
pilorum Morbi dandi ſunt. 119
pili Barbales, an dent formam venerandam. 131
pili Grignones qui ſint ex Petro Apponenſi? 156
pilorum Doctrinam Galenicam Auerrous habuit ſuſpectam. 157
pilorum Barbalium Dignitas. 165
pilorum Generatio ex mente Authoris. 165
pilorum Barbalium materia. 199
plantaria barba quæ. 16.A
plotini ſententia de ortu pilorum barbalium tempore. 28.A
poteſtas Naturæ haud ſatis intelligitur à Mortalibus 100
plotinus pilos Barbæ magnifecit. 29.B
pulchritudo vera, & phyſica eſt à Fine. 123
pubes, & Barba qbus Tardior, & impfectior? 241
pubis, ac Barbæ pilorum Materia. 247
pulchritudo quid ſit. 138
pueri qui paſſi ſunt Hydropem Teſtium ij ſero pubeſcunt. 241
pueri barbati Monſtrum. 30
pulchritudo Externa. 129
propoſitio cognita ab Autore ex diutina Experientia. 241
proprium eſt ineffabile. 277
problema negatiuum non eſt ſapiens. 152
principium dare rebus maximum, & difficillimũ. 9
propoſitio D. Auguſt. Memorab. 160
propria ſunt ineffabilia. 284
primarij homines qui ſint. 260
prouidentia Diuina fieri, quod omnia vno non inueniantur ſeculo. 8
pro Maxilla inferiore cutanea quid intelligẽdũ. 16
proportio Animaduertenda quædam ipſis innixa contrarijs. 102

Q

Quædam oportet dimetiri. 118
Quantum caloris obtineant pili. 34.A
Quæ augent difficultatem cognoſcendi loca Barbæ, nẽpe nomẽ, locus termini confinia. 14
Quædam Pythagoreo ſilentio inuoluenda. 6
Quantitatis Ambitus Differentiæ in pilis. 280
Quæ partes citius caneſcant. 44
Quod exiguum eſt non animaduertitur à ſenſib. 30
Qui valeant probe loca Barbæ intelligere. 14
Quæ ſenſu nequeunt ratione comprehendere conandum. 18
Quomodo Macies & carnoſitas intelligenda. 17
Quod labium, quid os. 14
Quæ ratione ira buccas in nonnullis inflet. 24
Quantitas continua pilorum, & differentię. 279

R

Raritas, Denſitas Pilorum. 274
Raritatis Cutis commodum, & incommodum. 276
Raritatis Cutaneæ Indicium. 276

Reſpiratio

Digitized by Google

Reſpiratio breuis inſtatis. 23.C
Reſponſio Authoris ad Myſtaceorum cauillationem Scaligeri. 90.A
Reſpiratio Naturalis per nares. 23
Reſponſio Authoris ad opinionem Scaligeri.
Aequanimitas Authoris erga Scaligerum. 95
Rectiberbes. 284
Religionis & Pietatis origo. 95
Rubricæ breuiſſimæ capita diſtinguentes vicecommentarij ſunt. 8

S

Sanguis Maſculinus quando perficitur? 199
Sapientiæ humanæ offitium. 88
Sapientia humana quæ. 87
Scientiæ huius Mundi imperfecta. 9
Scriptura Picturæ comparatur. 7
Scriptorum Dignitas eſt plurimi æſtimanda. 84
Scaligeri Opinio reprobata ab Autore. 95
Scaliger laudatur. 96
Scientiæ eſt pars nouiſſe dubitare. 152
Scaligeri Opinio de Fine Barbæ. 83
Scriptores Barbæ, qui, quot fuerint? 82
Scient à Sciente doctore differt. 22
Scribere quibus conueniat. 23
Scientiæ primo inchoantur progrediuntur accreſcunt, conſumabuntur in cælo. 8
Scribendo qui ſint apti? 30
Sterilitas ab Aſtris. 290
Sterilitas pendet interdum à Phallo. 299
Senectus habet Partes Decreſcentes. 281
Semiuiri qui ſint? 214
Seminalis Facultas eſt Facultas Facultatum. 258
Senarius & ternarius locorum barbalium numerus conſideratur. 12
Sententia D. Thomæ. 67
Senſus eſt ſæpe inſtaurandus. 14
Sexus cognoſcitur ex Voce. 97
Septimeſtris partus non eſt ſemper abortus. 25
Sordidati Etymon. 102
Spetierum quarundam Finis ignoratur, & Vtilitas. 116
Societas pertinet ad hominem, & cauſa. 83
Societatis Origo. 93
Sophiſtæ, obſcuritas authorum ingenia torquet & exercet. 17
Spadones qui ſint? 213
Statij locus de Barba explicatus. 210
Styli vtilitas. 265
Suilli Pili. 281
Steriles ab ortu naturæ. 238
Summa opinionum eorum qui hactenus de Barba ſcripſerunt. 82
Submentiberbes. 286
Geniberbes. 288
Stultiſſimi qui ſint homines. 88

T

Tardiberbes. 284
Teſtes Calidiſſimi. 286
Teſtes Frigidiſſimi. 286
Teſtes Calidi & Sicci. 287
Teſtes Calidi & Humidi. 287
Teſtes Frigidi, & Sicci. 287
Teſtes Frigidi, & Humidi. 287
Tempus Pilorum. 271
Temperies non colligitur ex Temperie Partis vnius. 281
Temperies Partis, nõ colligitur ex vno inditio. 281
Temperiei cognitæ Vtilitas. 275
Tenuiberbes. 285
Tempus eſt nobiliſſimum inter cohærentia rerum ſenſibilium. 244
Tempora & partes anteriores quam poſteriores citius caneſcere. 33
Teſtium Temperamentorum ſigna deſumpta ab ipſis Pilis ex Aëtio 265
Temperiei cognitæ vtilitas. 277
Teſtium Temperamẽtorum Notæ Pilares ex Aegineta. 266
Teſtium Temperierum notæ ex Galeno. 262
Teſtes exiſtunt Organum Specificum Organorum omnium. 258
Terminus proprius atq; internus labiorum. 11
Termini extrinſeci vnde dicti. 15
Tempus certum infantiæ barbæ. 34.b
Theophraſtus quid ſenſerit de Fine Barbæ. 243
Thladiæ qui ſint? 213
Theodoretus quis fuerit? 138
Tormenti bellici exemplum à Natura. 86
Torquatus Taſſus defenditur. 280
Tragus, & prima Barba, ſeu lanugo. 36
Tragus Pubes barbalis. 36
Tragus Auriculæ pars. 36
Triplex pili barbæ ſat apparet conditio, Exortus, Perfectio. & Declinatio. 34

V

Vbi incipiat & oriatur Mentum. 17
Venus buccarum quid. 24
Verus Pili exortus quis. 33
Veritas conculcatur ab hominibus vitioſis. 189
Veneris Vires. 127
Veritatem prodere nefas eſt. 99
Veritati fauere oportet, non Hominibus. 166
Verecundia quid. 126
Viri Doctiſſimi qui noſtra florent ætate. 120

Viuentia

INDEX

Vincentia omnia ſemicirculum agere. 59
Virtus Barbifica quando exit in actum. 198
Vlyſſis Aldrouandi Elogium. 130
Vmbra Gnomonis mota ſenſu non percipi. 60
Vngues dantur Sexuales. 98
Vnguium & Pilorum Crementum quale. 191
Vno ſeculo non omnia inuenta. 8.b
Votum Autoris. 269
Vox indicat Sexum, & Indiuiduum. 97
Vtilitas Differentiarum Accidentalium Pilorum quæ ſit. 282
Vtilitas perueniens ex cognitione Temperiei. 275
Vtilitates quæ oriuntur ex Cremento, & Decremento partium. 111
Vterus quid. 216
Vtilitas quæ contingit homini ex ignoratione finis quarundam ſpecierum. 116
Vterus excinditur totus. 233
Vulgi mores. 190
Vterus caleſit ex coitu. 211
Veneris nimiæ damna. 100

MARCI ANTONII VLMI PATAVINI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS,

In Librum

DE FINE BARBÆ HVMANÆ

PROOEMIVM.

C BARBAE humanæ quis finis exiſtat, Domino permittente, atque adiuuante, veluti ſperamus, ſcilicet dono & gratia illius, nunc pro modulo ingenij noſtri commentari tentamus, atque tentantes litteris mandare non erubeſcimus. Opus honeſtum eſt: quapropter neceſſarium; neque ſimpliciter dixerimus, nempe omnibus hominibus, at Phyſicis duntaxat, qui peſſimam rerum Naturæ contemplationem intelligere, vel cognoſcere quadamtenus pro iuſtitia ſatagunt. Porrò ſatagentia tunc iuſta, ſi ad Creatorem Deum Opt. Max. referatur, qui mode-
D rator eſt omnium: nam & Finis. Hanc metam attingere datum eſt, vbi homo contemplans & veritatem & humanæ ſocietatis Vtilitatem reſpiciat, qui ſunt quaſi firmi gradus ad Cælum. Verè namq; ſentit, ac ſalubriter docuit nos Auguſtinus, cuius omni nectare ſuauiora etiam nemo non intelligit eſſe iſta, ſi beneuolas & ſanas aures exhibeat. Cuiuſmodi enim libet excellant ingenio, niſi Deus adſit, humi repunt, tunc autem adeſt, ſi ſocietatis humanæ in Deum tendentibus cura ſit. Prophani itaque, ſordidi homines, vel hominum potiùs laruę, hinc amouentor. Sordidi, inquam, Phyſici, nempe ij, quorum animos, vt breui explicem, amor

Propoſitum Autoris.

Operis. Honeſtas. Neceſſitas. Auditores qui.

Hominis obiecta q̄ ſũt, vel eſſe debent. Deus, veritas. Homo, ſocietas. Auditores incpti.

Natura quid ſit. — *Defenſio Autoris.* — *Autores celebres egerunt de Barba Fine.*

quarumlibet rerum preter animum Deum & Naturæ Maieſtatem turpiſſimo detinet exemplo. Natura, quæ imago eſt Sapientiæ, vt ait Plotinus, ac ordinaria Dei poteſtas, Natura numen ſublunare, in cuius cenſu nihil otioſum, nihil deſpicabile, ſed omnia Pondere, Numero, Menſura conſtituuntur, digniſſima, pulcerrima, ſaluberrima, Naturæ, inquam, Maieſtas honeſtatem operis arguit, aſſerit, circa quod conatus verſantur noſtri, vtinam veri, quemadmodum pro veritatis aſſeueratione ſuſcepti. Si qua verò ſunt ingenia, vt mitiùs loquamur, adeò mollia & imbecilla, fracta, quæ audeant condemnare nobis hanc inueſtigationẽ propoſitam, quaſi ineptam, ſuperfluam, vel curioſam: nouerint illa, (monemus beneuoli) ſe adhuc in Philoſophia, & in Religione parum profeciſſe. Damnant ij principio viros eximios & doctrinarum laude celeberrimos, qui eiuſdem contemplationem A viderunt, neque ſupini neglexerunt, ſed attigêre, prout eis licuit, non enim omnes omnia poſſumus, atque, vt ille ait:

Virg. Geor. lib. 2.

Diuiſæ arboribus patriæ: ſola India nigrum
Fert ebenum: ſolis eſt Thurea virga Sabæis.

Opus nõ eſt ineptum. — *Opus nõ eſt ſuperfluum.* — *Perſius.*

Sed ineptum opus quis dicere non erubeſcat, niſi ineptus & ineptè? Blaſphemia eſt propemodum inexpiabilis in ipſam Naturã, & Deum Naturæ autorem, cuius opus eſt Barba. Sed nec ineptum, circa quod verſamur, quia ſub diſciplinam cadere nequeat: nam ſcire aliquatenus, id niſi ſimpliciter nobis datum eſt. Homuncio, treſſis, agaſo, B inquiat hanc inueſtigationem eſſe ſuperfluam? Næ hic ignorat,

Quid ſumus, aut quidnam victuri gignimur.

Si ſuperflua eſt commentatio noſtra, ſuperfluum eſt quoque Naturæ opus. Nam quæcunque ſunt, ea contemplanda nobis propoſuit Deus Naturæ autor. Ac intuens, & conſiderans vniuerſam creaturam, quicunque iter agit ad Sapientiam, ſentit Sapientiam in via ſe ſibi oſtendere hilariter, & in omni prouidentia occurrere ſibi, & tantò alacriùs ardeſcit viam iſtam peragere, quanto & ipſa via per illam pulchrior eſt, ad quam exæſtuat peruenire. Nonè quicquid aduertitur laudabile in rerum Natura, ſiue exigua, ſiue ampla laude dignum iudicetur, ad eccellen C tiſſimam & ineffabilem laudem referendum eſt Conditoris? Omninò veriſſimè ait, velut & in cæteris D. Auguſt. Quantacunque bona, quamuis magna, quamuis minima, niſi ex Deo eſſe non poſſunt. Atque opera in hoc mundo ſenſibili exiſtentia, ſunt qui opinentur eſſe ſuperflua? Hem prodigioſa Sapientia iſtorum hominum, ſed fortaſſe meliùs, nam & humaniùs. Heu miſerrimam inſaniam. Næ ij ſuperflui exiſtunt, nullius quippe cenſus, ſed & ſenſus, alioqui vitium ſeu malum ſit in cenſu. Sed vt ille ait;

Tentemus fauces, tenero latet vlcus in ore
Putre, quod haud deceat plebea radere beta.

Opus nõ eſt curioſum. — *Curioſitas quid ſit.* — Plutarc. lib. ſcripſit de curioſitate, ſed morali. — *Curioſitas quid ſit in genere.* — *Curioſus, & Studioſus qui*

Nimirum huius farinæ homines autumant ſuperflua omnia, quæ ad Crœſi arcas, D vel Craſſi appetitum non conferunt. iam enim eos peruaſit opinio, vt omne tempus perire exiſtimẽt, quod non lucro impendatur, nihil pulcrum, nihil honeſtum, niſi quæſtuoſum. Veritatem, Sapientiam, Bonitatem, Diuitijs metiuntur. Po- E ſtremi ſunt illi, qui forſan Curioſum hoc dicant inquiſiuiſſe talia, ſed hi Curioſitatem non intelligunt. Hæc verò inanis eſt ſatagentia eorum, quæ ſunt vltra officium: curant nempe non curanda, ſcilicet negligenda, nec aliter docent Auguſt. Plutarchus, qui licet ſcripſerit commentarium de curioſitate, non ſimpliciter, verùm de illa morali, attamen vidit eius, quæ ſimpliciter eſt, eſſentiam atque naturam, inquiens, Curioſus ſua perdit, atque dimittit circa aliena occupatus. Et in eadem materia dicebat Princeps Doctorum Auguſtinus. Curioſus & Studioſus

agitur vterque magna cupiditate noſcendi, Curioſus tamen ea requirit, quę nihil ad ſe attinent: Studioſus autem contrà, quæ ad ſe attinent, requirit. Amabo recitent mihi iſti, doceant, erudiant me (ne ab ouo repetentes cum illis agamus ad hæc vſque mala) erudiant me iſti, qui faciunt, ne intelligendo vt nihil intelligant, Barbæ commentationem hanc ad Cauſam Finalem eſſe curioſam: debebimus illis neque minima, ſed maxima; nam dedocebunt, & docebunt: nos ab ipſa inſipientia deducentes, ac ad ſapientiam ducentes.

Curioſus & ſtudioſ⁹ qui ſint, quì differant.

Nonne Barba in cenſu eſt eorum, quæ corpori inexiſtunt, ac propterea Phyſicum ad officium ſpectat? Nulla profectò eſt res (aut turpiter labimur) de qua diligentiùs & diutius inueſtigare, tra-

A ctare debeamus, quàm de Corpore, atque de ijs, præſertim quæ illi ſecundum naturam inexiſtunt. Conducit enim huiuſmodi mentis agitatio cùm ad alia plurima, tùm etiam ad cognitionem eorum, quorum corpus cæteraque eidem ſecundum naturam, veluti dictum eſt, inexiſtentia, ſunt effectus vel opera Prouidentiam ita Creatoris Omnipotentis, omniſcij, conijcientes, Animæq; præterea noſtræ vires ac facultates. Sic paremus Deo præcipienti, cognoſce teipſum. Ac ſi licet nobis effari, quæ ſentimus, hoc Philoſophiæ Corporeæ ſtudium reliqua omnia, quæcunque ſint, (omittimus interim Diuina) plurimis & præcipuis argumentis euidentiſſimè antecellit, quapropter ſi quod aliud ſolerti animo, & admodum pio tractandum eſt. Nam cùm in cæteris erraſſe ſtudijs non vacet ipſa turpitudine: quis enim eſt error abſque turpitudinis nota? Hoc tamen hominis eſt: in tali verò ſtu-

Barbam nouiſſe ad quē Philoſophū pertineat.

Philoſophia corporis eſt præſertim ſatagenda, & quorum.

Anatomes.

Phil. corp. quo ſit ſatagenda.

B dio ſcelus eſt propemodum inexpiabile deerraſſe, quia impium: emergit verò impietas, quia Deum attingit. Deerrantes enim à Veritate blaſphemi ſunt in Prouidentiam Creatoris, & ſi ars ipſa, per quam facta ſunt omnia, nedum homo paruus mundus, hoc eſt, ſumma & incommutabilis Sapientia Dei, verè ſummeque eſt, ſicuti eſt, reſpice quò tēdat, quicquid ab ipſa diſcedit, à qua diſcedit & homo, illam execrabili dementia, vel vt mitius dicatur, miſerrimo errore tollens ac negans, audiatis quicunque philoſophamini ad inueſtigationem Cauſæ Finalis. Cauete, cauete, cauete, ne in impietatem incidatis. Periculoſiſſima eſt commentatio ad Cauſam Finalem. At hæc non intelligunt prophani, ac ex triuijs ingenia.

Error turpis.

Error impius.

Quibus nos noſtra ſuè calumniantibus vigilias propter curioſitatis vmbram duo

C adhuc reſtare quaſi videntur, eorum in nos noſtraq; euomendæ malignitati ſubfugia. Sunt autem hæc. Pilus eſt abiectiſſimum quid corporis noſtri, ac ſi Deo placet, excrementum. Mox alterum exiſtit, digniora corpori inexiſtere, adhuc occulta vel dubia, circa quæ conatus forent pariter digniores. Quibus omnibus breuiter reſponſum volumus, ne de lethargicis phreneticos faciamus. Ac primò ijs, qui pilum dicunt excrementum; interim per ſuppoſitionem aimus nos omnino ab illis diffidere, exiſtimantes Pilum eſſe partem corporis humani, animæque noſtræ facultatibus deſeruientem: cuius veritatem & docere conamur ex parte, in commentario iſto quantum ad Barbam attinet, ac ſimpliciter aſſeuerare conabimur, in Phyſiologia Pilorum, cuius hæc lucubratio iam apparitor, ſeu lictor exit. Præ-

Suffugia duo.

Reſp.

D terea & nos arbitramur, ſeruire hac in diſputatione ipſius Dei Creatoris gloriæ, quam ſemper propoſitam habemus in operibus noſtris, vtinam tenere ſemper datum ſit, declarare conantes illius ineffabilis portionem Sapientiæ elucentem in hiſce partibus, quibus neoterici hactenus offudêre tenebras propriæ ignorationis. Oramus incunctanter, ſapiant aliquando homines & Deum Creatorem niſi condignis, at ſaltem quibus licet gratijs venerentur in omni re nihil aſpernantes. Qui enim negligūt opera Naturæ, aut aſpernantur, ij ſciant, iam negligunt opera Dei, & aſpernantur. Conijciant ipſum ac Naturæ vires ex Barba, ſeu Pilo Barbę, qui ar-

guit Dei Sapientiam ineffabilem, & repræſentat iuſtitiam illam Naturæ ab Hippocrate toties prædicatam, nunquam ſatis intellectam. De illius porrò Fine, quæ dicta ſunt à nobis, (docti intelligant) ea ſine præiudicio dicta volumus veritatis, quam niſi attigerint conatus noſtri, intererit doctiorum, quorum eſt infinitus numerus, & Sapientia & Prudentia cordatiori, neruoſiori, inquirere, aſſeuerare, quibus interim viris conatus hi noſtri fuerint cotes. Ac ſummatim Pilus Barbæ, vt ſit excrementum, veluti volunt, (iratis canibus eſt quandoque voce ac verbis blandiendum,) continet hic Pilus Barbæ myſterium naturæ non aſpernandum, vix effabile, quemadmodum demonſtrare conabimur. Nouerint poſtremò, qui aiunt nobiliora & dubia vel occulta ſupereſſe in corpore humano diſcutienda, nos eorum opinioni lubenter ſubſcribere ac ſcienter. Veruntamen illa ſi nolumus, vt quæ ſuperent vires noſtras, cur intrudant nobis importuni? Adhæc trahit ſua quemque voluptas, & ſua cuique Deus fit dira Cupido. Illa fortaſſe non neglеximus, interim hæc damus, daturi quoque plura, ſi ocium ſuppetet, diuino fauente Numine. At nos Ethiopem abluimus, fabulam ſurdo canentes, dum haſce obtrectatorum furias declinare, & nobis conciliare nitimur; Scitè namque illus: A

——Sed nullo thure litabis,
Hæreat in ſtultis breuis vt ſemuncia recti.

Atque fortaſſis hac in re minorem apud viros cordatos ineo gratiam, quod cum ijs mihi ſuſcepta eſt concertatio, quibus (vt de municipibus ſuis dicebat Lucilius) plus ſapit palatum, quàm cerebrum, quiq; omnino à veritate, quæ eſt Deus Opt. Max. & à Veritatis contemplatione, quæ eſt portio huius vitæ peregrinantis omnium ſuauiſſima, non abſque fœdiſſimo turpiſſimæ ſtultitiæ exemplo ora auerterunt ſua, quapropter de propoſito hactenus. Perorabimus verò ſi de phraſi, poſtquam de re nonnihil dixiſſe interea nobis videmur, quæ ſuppetunt, iam enunciamus. Sciant homines lecturi vel audituri nos hîc haudquaquam profiteri latinam linguam, quam neſcimus, & eam, ſi ſciamus, aliquatenus hâc tamen eandem veluti peregrinam omnino habemus. Quid ſperemus nos pueri niſi infantiam balbutientem, quando Iulius Cæſar Scaliger dixit, pauci ſunt qui nouerint latinè loqui. Adhuc ſi Liuio conterraneo meo priora ſæcula obiecerunt Patauinitatem, quid mihi vagienti, nedum balbutienti? An Ciceroni vetulam illam fabula eſt inſultaſſe? Rem itaque, ſenſum nempe orationis, quem profitemur, homines librent. Siquidem locutio & lingua, Babel; Turris Nembrot, ſenſus ex animo fluit, qui vt ad veritatem dirigitur, eam (oremus) ita conſequatur. Quantum pertinet ad verborum nouitatem, extorſerunt Religionem condendorum verborum Neceſſitas inſinuandi, quod ſentimus, Dignitas Horatij, qui licet ſcripſerit: B C

Phraſis. *Patauinitas Liuio obiecta.*

In verbis etiam tenuis cautusq; ſerendis

Dixit quoque iſta,

——Si fortè neceſſe eſt
Indicijs monſtrare recentibus abdita rerum
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis
Contingat, dabiturq; licentia ſumpta pudenter. D

Sunt, veluti ait Cicero primo de Natura Deorum, ſunt rebus nouis, noua ponenda nomina, vt Epicurus ipſe πρόληψιν appellauit, quam antea nemo eo verbo nominârat; nomina demum vſu ipſo molliuntur. Prudentes, pudentes exiſtant, qui nobis maledicere audeant, nec officium iudicandi, niſi poſt longiſſimam examinationem aſſumant. hoc indigitauit Galenus præceptor doctiſſimus lib. de Facult. naturalium. Qui negant neceſſitatem, eorum intererit, docere nos eam non adfuiſſe

fuiſſe, hoc intelligimus prolatis indicijs conſuetudine probatis, ac longò vſu iam
Latio iure donatis, quæ vbi adſint, nos interea illa non nouimus, & ſi aliquando
nouimus, etiam obliti ſumus. Quis audeat negare obliuionem omnium rerum pa-
ratiſſimam: hæc porrò an in verbis contingat, videant, ſentiant, qui ſubrepere il-
lam in rebus non ignorant. Liceat nobis negligere, qui non in foro tabularum, at
in Areopago Phyſicorum verſamur, ſuſpicioſam illam modeſtiam, quę pertinet ad
nouitatem verborum, vbi adſit, quemadmodum Phyſici animaduertent, neceſſi- *Quintilia-*
tas. Vſitatis quidem tutius vtimur, veluti ſapiẽter dictum fuit ab eruditiſſimo elo *nus.*
quentiæ artifice, noua non ſine quodam periculo fingimus, nam ſi recepta ſunt
modicam laudem adferunt orationi, repudiata etiam in iocos exeunt, quam peſ-
A ſimorum ingeniorum obliquam ſcurrilitatem vidit, ac etiam ſi horruerit Augu-
ſtinus, id tamen egit ad neruoſiora tranſiturus. Nonne ſcripſit Quintilianus, au-
dendum tamen, namque vt Cicero ait, etiam quæ primo dura viſa ſunt, vſu mol-
lientur. Nonnè minus nobis ſuccedit hoc dulce periculum, quia veluti fauemus
alienis, ſic & antiquis, ingrati in Cõtemporaneos, quapropter appellamus ipſam
poſteritatem.

Nunc veniamus ad ſtili varietatem, ad Satyricorum dictorum pronunciatio- *Stili varie-*
nem. Qui ſtili varietatem repræhendit, is ignorat præſertim otium, & inſtitutum *tas.*
noſtrum: in ſalo obliquis nauigationibus curſum tenemus, nec pudet canos nau-
B tas. Cur itaque dedeceat nos toties repetentes calamum, euariare aliquantulum
in huius commentationis fluctuoſo ſalo? Animus an cuiquam ſemper idem? non-
nè & mentes noſtræ aliquando veritatem minus, aliquando plus vident, vt ait Au- *Obiectio p-*
guſtinus: ſi quis neſcit hoc, is iam delirat cum pernicie. Satyrica dicta interpo- *pter frequẽ-*
ſuimus ad nauſeam vſque; teſtor conſcientiam meam Deum Opt. Max. cuius nu- *tiam dicto-*
tu reguntur omnia, me illa non ex commentarijs excerpſiſſe, at calamo præcipi- *rum Satyri-*
tanter etiam acto incurriſſe. Studemus omnino, vt cohibeamus nos ab huiuſmo- *corum.*
di conditione, at nihil minus experimur facilè; quomodo enim tam citò euane- *Reſpon.*
ſcat conſuetudo adeò radicitus affixa ingeniolo noſtro, quod in lectione veterum
C Poëtarum vniuerſum pueritiæ curriculum contriuit, intelligent Critici inſimulari
nos ab illis vanæ iniquitatis, vbi vires conſuetudinis aſpiciant, mox & hanc iſtam
conſuetudinem. Si faciliùs hærent animo, quæ numeris incluſa fluunt Poëticis,
cur & difficiliùs non excidant? Vtinam liceret nobis iſtæc obliuiſci, at patimur
condignam pœnam erratorum noſtrorum, & nunc iuuentutis ætatem egredien-
tes, cognoſcimus horas pueritiæ, ac proximæ ætatis fuiſſe à nobis interdum peſſi-
mè erogatas, quia non tenuimus modum, hunc interim nitimur aſſequi, ſed conſe
qui necne liceat ignotum. Deprecamur Criticos, amabo, ſinant ſe exoratos, con-
donent nobis hanc labeculam, ſpondentes interim nos (quod erit Dei primum,
D mox temporis beneficium & gratia) habenas & lora in dicendo forſan ſuſtenta-
turos, non effuſuros eſſe; ac quod ait Cicero, γοάλιμ fore, vt ipſi teneamus aliquan
do, iam contendimus, non audemus hoc pronunciare, ſperamus. Veruntamen ſa- *Epilogus.*
tis de Propoſito, Dignitate, Neceſſitate eiuſdem ac cæteris, nempè Calumniarum
confutatione, Stilo, ac verborum nouitate, hactenus inquam procemiati ſumus.

Cap. I. IN QVO EST RATIO PROOEMII, atque Operis ipſius Typus.

EXTORSIT mihi, homini alioqui naturâ quieto, & pacato, & quantum pertinet ad orationem, & ſermonem quotidianum non procul ab Atticiſmi imagine abeunti, talem tantamquè iam facti Procemij vaſtitatem ipſa vulgaris inſita cuicunque caprificus maledicendi conſuetudo, prurigo, ac titillatio; adeò innata eſt cuique hominum prauitas, vt ſcribit Præceptor Ariſtotel. in Politicis. Sunt qui adhuc vagiant, balbutiant, ac iudicandi Tribunal Auguſtum temerario niſu aſcendere non erubeſcant. Colluuies Homuncionum A
haudquaquàm cognouit quænam, & quot pertineant ad cenſuram in Republica ipſa litteraria ſcientiarum exercendam ſcienter, opus & offitium ſummè neceſſarium, hoc verò modeſtia ſemper ab ijs hominibus recuſatur, qui in eo genere cenſendi plurimùm valent, à nonnullis verò iuſtiſſimè ſuſceptum, inter cuius ordinis homines fuit vnus, quem intelligas manifeſtò ex eiuſdem viri operibus cenſorijs, & ad libros Theophraſti de Cauſis Plantarum, vbi præter ipſum Autorem, eius quoque interpretem Gazam cenſet in vtroque genere dicendi cùm Grammatico, tùm ſcientifico: præterea & in cenſuris illis ad Autorem libri de Plantis, in quibus omnibus patet vis eius ingenij, ſed hactenus ad excuſationem Procemij, & ſuſpicionem calumnioſam cenſuræ amouendam eſto dictum, clauſula vna B
orationis poſita, mox ad typum operis memet conuertero. Sciant homines nihil mihi dulcius, carius, & amabilius contingere poſſe, ipſa docta in rebus, non in verbis cenſura, ſenſum quippè nō indicia mentis profitemur, vt in procemio ſatis indicatum fuit. Agam ipſe gratias immortales, quandò pares omnino reddere nequeam. Cæcus enim iter monſtranti plurimùm debet, niſi deſipiat inſanus. Si verò indoctum fuit Cenſuræ iudicium, ne deſcendam in illud Comici, ceſſent maledicere, malefacta ne noſcant ſua; tacebo, quid mihi cū laruis, an intellexi minus:

Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus,

Aliqua. debent eſſe Pythagorea. Typus operis.

Surdis non canimus nos, & potiùs Aſpendium ipſum imitantes, niſi ſimpliciter, at quodammodo, veluti Cicero ait, intus nobis nempe, ac Muſis canemus, nam vt C
quædam ex proximis propiora ad ipſam Diuinitatem Pythagoreo dogmate colenda ſunt, ita nonnulla peſſimè inſana cato ſilentio diſſimulanda. Typus hic eſto operis noſtri. Duo ſunt, in quæ ipſum diuiditur. Subiectum Propoſitionis, & eiuſdem Prædicatum: illud cōtinebit Barbę declarationem, uel dicas deſcriptionem, hoc verò Finem comprehendens, circà eundem inueſtigandum verſabitur, quapropter opinionem Priſcorum, atque noſtram ad ſingulas quaſque ex illis qualeſcunque ſit continebit Exercitationem. Subinde quid ipſe ſentiā comprehendet, aſſeuerabit, ſed ne extrà triuium philoſophemur, agamus triuialiter ac tēporibus inſeruientes, niſi ex toto, quod Blaſphemia eſſet, Quāplurimi enim viri doctiſſimi D
reperiūtur occulti intra ſemetipſos latitantes, at magna ex parte, quod aiunt populo accommodantes interea noſtrū ingenium, vulgarem docendi viam inſequentes, dicimus opus noſtrum habiturum Sectiones ternario numero comprehenſas:

Prioris ſect. propoſitum. Alterius ſection. propoſitum. Tertiæ ſect. propoſitum.

Vna & prior pertinebat ad hoc nominis Barbæ declarādum. Altera autem reſpiciet diſcuſſionem Cauſæ Finis, uel Finalis, recenſitis omnino veterum opinionibus appēdicem noſtrarum exercitationum, ijs vtinam veris, quemadmodum pro veritate ſuſceptis ſecummetipſis trahentibus. Tertia verò ſpectabit, quod nos pro modulo ingenij noſtri nunc primum progredientis in hoc procemio ætatis iuuenilis tranſactæ articulo, & ſuccedentis virilis quaſi veſtibulo ſentire valemus:

præterea

præterea illa omnia ferè, quæ ad opinionis noſtræ declarationem, & aſſeuerationem videbantur neceſſaria: cuiuſmodi locum tenuerint poſt argumenta illam aſſeuerantia, quæ obijci poſſunt, vel iuxta doctrinam veterum, aut recentiorum. Et hoc ſit futuri operis delineatum, atq; adumbratum quodammodo ſimulacrũ.

Obiectio regionis, vbi homines viuant imberbes.

Neque obijciant mihi aliqui regionem exiſtere, in qua homines non ſolùm ſint natura imberbes, atque toto vitæ ſuæ (quod aiunt) tempore, ſed & iuxta corpus vniuerſum, & pilis nudati: non adeò ſum ignarus hiſtoricarum peregrinationum ipſe, qui aſſerere non erubeſco Peregrinationem neceſſariam eſſe humanæ ſpeciei, atque illius intereſſe, modò ſit homo animal rationale, quod eſt ipſo vero verius.

Reſpon.

Peregrinatio eſt neceſſaria ſpeciei humanæ.

A Plato nonnè in ſua Repub. ſanxit leges ad peregrinationem? Homo ego Italus, vel Europæus, Italis noſtris præſertim, ac Europæis profiteor me nunc ſcribere.

De diuiſion. operis per cap.

Opin. Auer.

Quatenus verò pertinet ad illam diuiſionem ſeu partitionem (vtar communi voce in cõmuni inſtituto) vulgò iam receptam ſeparandi opus in capita quędam ſingularia, tenebo conſuetudinem: non ſubſcribens in hac re ipſi Auerroi, qui in Proœmio ſuorum Collectaneorum ſcripſit in hanc ſentẽtiam, de iam dicto libro præfatus. Et diuiſi eum in ſeptem partes: & quaſlibet eius partes poſui pro vno libro. Et non expectes à me, quod ego diuidam partes ſuas ad numerum capitulorum, neque quod appropriem ei vnicuique capitulum per ſe. In illa re vanagloriati ſunt ſapientes Hiſpaniæ Andaluxij, & maior pars præteritorum Autorum. Sed pater Philoſophiæ non vanagloriatus fuit in faciendo hoc in maiori

B parte librorum ſuorum. Et fortè, quòd induxit eos ad faciendum hoc, fuit debilitas diſcretiuæ ſcholarium. Sed ille, qui habebit virtutem diſcretiuam ſanam, cognoſcet in vnoquoq; libro differentias rerum primas, & ſecũdas, & diuidet vnam rem ab alia, ſecundùm quod videbitur ei magis conueniens in hora legendi. Et qui voluerit diuidere eos ad paruas partes, vel ad capitula, faciat, & nominet, & ſicut vult.

Autor cur nõ accipiat doctrinam Auerrois.

Cur verò non accipere debeam Auerrois hanc doctrinam docuit me Plato in Phædro, ſuaſit quoque Galenus, qui primo in lib. Hipp. de Fract. iuxta Proœmij finem, iſta ſcripſit, Vido Vidio Florentino interprete ſanè integerrimo.

Opin. Gal.

Ego cùm præſens præſenti librum aperio, ad vnguem cõijcere poſſum expoſitionis modum, vbique addiſcentis ingenium conſpiciens: at cùm omnibus ſcribo,

C nec quid maximè, nec quid minimè idoneum exigat, conijcio, nam illud pleriſq; obſcurum erit, hoc iniquo animo ferunt, qui in rebus claris immorantur. Optimum igitur cenſeo, quid mediocre ingenium poſtulet, conijcere, atq; vbi non ſuccedit, magis ad te ſpectare, quod præſtantius eſt; neque enim cõmentarios legendos puto, quibus ingenium eſt inferius mediocri, quibuſcum bene agitur, ſi poſtquam eadem ſæpius de Doctoribus audierunt, alijs, atque alijs verbis expoſita percipiant.

Opinio Autoris.

Ego ita ſentio, & ſentire me veritatem cenſeo à ſcriptore quouis habendam eſſe rationem ingeniorum nouitiorum, atque imbecillium. Cuiuſmodi farrago eſt copioſa, vtinã omninò ſemper, atque in locis omnibus id præſtare poſſe liceret Autoribus. Audiat, intelligat, quicunque profitetur ſeſe ſcriptorem.

Plato in Phædro.

Graue id habet ò Phædre ſcriptura, & Picturæ reuera perſimile. Picturæ nanque

D opera tanquam viuentia extant: ſi quid verò rogaueris, verecundè admodum ſilent. Non aliter ſermones putabis, fortaſſe quaſi aliquod ipſos intelligentes dicere. Verùm ſi ſciẽdi auidus ab ijs dictorum aliquid ſciſcitaberis, idem in his ſemper, & vnum ſignificatur: omniſque ſermo, cùm ſemel ſcriptus eſt, paſſim reuoluitur æquè apud intelligentes, atque alios, inter quos minimè decet, neſcitq; dicere, quibus oportet, & quibus non oportet. Iniuria verò immeritò contumeliaque affectus Patris ſemper eget præſidio; ipſe enim neque aduerſario repugnare,

neque

neque opem ferre ſibiipſi poteſt. Conſtatnè calamitas, & ſcribentium, & eorum, quæ ſcribuntur. Nonnè propterea oporteret eſſe diſtincta, plana, apertiſſima? Fateor ego, quod ingenuè profiteri poſſum, nulla ope, nulla opera vſum fuiſſe in linguis, ſcientijs addiſcendis, modò ſi quid profeci, niſi diſtinctione, interuallo, ſpacio ſcribendi, nam ſemper ſcripſi toto tempore vitæ meæ. Atque ſcribẽs interuallo ſatis liberali diſtinguebã nomina, propoſitiones, periodos: quapropter negare non poſſum diſtinctionem per capita ipſarum materiarũ eſſe neceſſariam, & maximi vſus. Nam licèt materiæ diſtinguantur à ſeinuicem, huiuſmodi tamen ſenſilis diſtinctio præter illam intellectualem prodeſt quamplurimùm. At mens pollens Auerrois nõ reſpexit hæc minima, & horum minimorum vtilitatem: nos A qui tardi ſumus ingenio, vtimur propter comparis ingenij homines, nã vt ait ille:

Conſuetudo Autoris.

Virgil. *Haud ignara mali miſeris ſuccurrere diſco.*

Vtinam ſingulis quibuſcunque capitibus ego ſcribere poſſem rubricas breuiſſimas, ſcilicet capitis commentaria, ſed anguſtiæ ipſius temporis non concedunt: amanuenſis præſtabit forſitan, nam eſt cùm ſcientiarum doctus, præterea ingenuus. Ipſe vbi licuerit non detrectabo tale onus. At vrgeor, & quæcunque ſcribo præceps ſcribo, dicto.

CAP. II. QVID SENSERINT MAIORES NOSTRI *ad Barbæ ipſius deſcriptionem.* B

OPERAEPRETIVM nos facturos eſſe arbitrati ſumus, in veſtibulo ſi orationis noſtræ futuræ ad Barbam ipſam deſcribẽdam videamus primò, quid ſenſerint maiores noſtri, & quatenus progreſſi ſint, nõ equidem vt illis aliqua ex parte detrahamus, quaſi diminutam doctrinam hoc obijcientes pacto, ſed potiùs, vt ſenſibus ipſis cognoſcant homines aliqui duræ & obſtipæ ceruicis, vniuſcuiuſque rerum ſtare certam, ac peculiarem ætatem, neque ſæculo vno pariter omnia innotuiſſe, quod cõtingere, vel fieri ineffabilis Prouidentiæ diuinæ occulta, veruntamen iuſta diſpenſatione aſſeuerare non timeam, non erubeſcam. C Omninò ſcientiæ ipſarum rerum ſcibilium inchoantur primò, mox & quadamtenus progrediuntur, dehinc proficientes augeſcunt, vſq; ad eum propriæ conſummationis apicem (non credam abſolui poſſe) quem cognoſcendo poteſt conſequi humana facultas in hac peregrinatione à Ciuitate illa cæleſti, quam anhelare debet quiſque vir pius, veluti à Deo Creatore gradiens, in Deum regrediens creatura quaſi circulo facto. Debemus profectò, neque minimum primis rerum inuentoribus, etſi rudem, atque inchoatam contemplationem, ſiue fabricam earundem nobis tradiderunt. Nam & erudiere in cæteris, & exercuere noſtra ingenia, occaſionem inſuper tribuentes agnoſcendi veritatem, atque colophonem, (quod aiunt) addendi; & nos ita docuit communis præceptor Ariſtoteles dicens D lib. 2. Metaphyſ. cap. 1. Non ſolùm illis agendæ ſunt gratiæ, quorum opinionibus quis acquieſcit, ſed illis etiam, qui ſuperficietenus dixerunt: conferunt enim aliquid etiam iſti: habitum namq; noſtrorum exercuerunt. Si enim Timotheus non fuiſſet, multum methodicè nequaquam habuiſſemus, ſi tamen Phrinnis non extitiſſet, ne Timotheus quidem ſimili modo. Simili modo, & de illis, vt qui de veritate aſſeruerunt. A quibuſdam enim aliquas accepimus opiniones: quidam verò vt hi fierent, cauſa fuerunt. Quam eandem ferè ſententiam retulit Galenus,

Scientiæ inueniuntur, augẽtur, ſucceſſu atq; non conſummantur, niſi ſecundum quid.

Inuentores laudandi.

lib. 2.

lib.2.de Facult.Natural.cap.vlt.vbi ait. A claudare quidem par eſt, tùm eos, qui explanarunt, quæ rectè ſunt dicta, tum verò, qui, ſi quid omiſſum eſt, ſupplerunt: non enim fieri poteſt, vt idem incipiat, atque perficiat. Contrà culpare & eos, qui adeo ſunt delicati, vt nihil diſcere eorum, quæ commodè dicta ſunt, ſuſtinent; & qui adeò ſunt ambitioſi, vt ſtudio nouorum dogmatum ſemper aliquid aſtutè texant, & cauillentur, partim ſponte aliquid prætereuntes, qualiter Eraſiſtratus in ſuccis fecit; partim callidè oppugnantes, veluti tum hic ipſe, tum alij iuniorum non pauci. Et ſanè inuentio habet ſemper aliquid ruditatis & manca exiſtit, rarique admodum ſunt ij viri, qui & inuenerint, & conſummarint aliquid; præſertim quando illud funditur latiùs, niſi ijs diuinitas aliqua ſuperior intellectu humano cooperetur. Sit vobis argumento clariſſimo præceptor Ariſtoteles, qui nullibi ſuorum operum omnino perorauerit, niſi in logicis, vbi aſſerit ſe huius artis primum ordine ſcriptorem extitiſſe, admonens omnes hac periodo ſemper memorabili. Reliquum erit omnium veſtrum, vel eorum, qui hoc opus audierint, ſi qua ad conſummationem artis omiſſa ſunt, venia dignari, inuenta autem multa proſequi gratia; & de principio loquens in eodem capite perorationis eiuſdem ait: Eorum quæ inueniuntur omnium, quæ quidem ab alijs ſumpta ſunt, prius elaborata, paulatim incrementum ſumunt ab illis, qui poſtmodum accipiunt. Quæ autem ab initio comperiuntur, paruum in primis ſumere ſolent incrementum, attamen vtilius multò eo, quod poſtea ab alijs fit, accremento. Maximum enim fortaſſe principium omniũ, vt dicitur, quare & difficillimum. Quanto enim poteſtate validiſſimum, tanto mole minimum, difficillimum perſpectu eſt: Eo autem comperto facilè eſt adijcere, coaptareque reliquum. Hucuſque Ariſtoteles. Quid ſcripſerit Auerrois hoc in loco, vnicuique promptiſſimum eſt vidiſſe. An ſatis fuerit cauſæ propriæ Ariſtoteles, qui in alio nullo ſuorum operum, quod meminerimus nos, perorauit? An inuentoribus gratiæ tribuendæ, an illa conſummentur ab ijs, qui inuenerunt? Reſpicite fulminalium artem (placuit Iulio Cæſari Scaligero nuncupaſſe hoc nomine bellica tormenta vniuerſim cuncta & rotarum & manus, atque placuit rectè) maximorum minimorum, & eorum, quæ ſunt media inter hæc extrema, typographiam: præterea & artes reliquas; Omninò ſi artes non perficiuntur ab ipſis inuentoribus earum, neq; ſcientiæ perficiantur. Nam illa ſunt opera intellectus practici, hæ verò ſunt operæ intellectus contemplantis: pertinent namque cùm ad opera Dei Creatoris, tùm ad mentis agitationem creaturæ, quæ nũquam intelligendo æquipollet ijs, quæ diuina Sapientia ineffabiliter producendo conſuluit: illius namque bonitas immenſa diuitiarum altitudo cũcta, quę voluit, gratiſſimè nobis effudit: qui ſumus ferè omnes ingratiſſimi. Ceſſent itaque credere homines, aut ſtultè adeo ſibi fauere, ut audeant aſſerere ſcientias rerum huiuſce mundi ſenſibiles eſſe conſummatas, atq; adeo de authoribus optimis inaniter iudicare, vt opinentur illos tam ſtultæ temeritatis fuiſſe, & euſque ſibi pueriliter illos perſuaſiſſe, conſummaſſe ſeſe aliquam ſcientiam. Profectò vnus ego hoc fateor, (& ſum quoque intra Phyſicorum minimorum ordinem minimus) me, vt annos reliquos vitæ meæ, ſi aliquot modo futuri ſunt, erogarem totos, totos, integros in Barbæ phyſiologia contemplanda, nec mediocrem partem aſſecuturum fuiſſe, non dixero conſecuturum, illius diuinæ Sapientiæ, qua dictante, inſinuante Barbam conformauit virtus ipſa Formatrix humana. Sed qui turgent faſtu ſcientiæ ſecularis Homunculi, aliter ſentiant, nobis hoc & hucuſque indicaſſe forſitan ſufficiat. Nunc rem ingreſſi videamus, quid ſenſerint antiqui, maioreſque noſtri de ipſa Barba; Quantum pertinet ad illam

Galenus.

Inuentio.

Ariſt. in quo ſuorum operum perorauerit.

Ariſtoteles.

In Commēt. ad lib. Ariſtot. de Plāt.

Argum. ab intell. Prac. ad intellect. contempl.

Scientia huius mundi ſunt imperfecta.

A B C D

indicandam & deſcribendam. Fuerunt ſanè plures, quos nobis vidiſſe contigit in hora Callirhoes, nam vt ait Perſius:

Sat. prima. *His manè edictum; poſt prandia Callirhoen do,*

Autores qui ſcripſerunt de Barba. Atque Ariſtoteles, Ruffus, Epheſius, Meletius, Author libri, qui inſcribitur medicus: quorum ſententias referemus iam ſigillatim, nihil addentes, & ordiemur à Meletio; nam is contendit nobis dare etymum Barbæ: Scripſit hæc in libello, cuius eſt titulus index, de Natura hominis, quem interpretatus eſt Nicolaus Petreius Corcyræus. *Meletius. Cap. de antribus.* Fides appellet illos: audite. Pili, qui ſub naribus ſuperioribus labijs inhærent, Græcè μύϛαξ, ſeu μύϛαξ ἀπὸ τοῦ μύϛυθαι τρίχων, quòd pilis perſertos eſſe interpretareris. *Muſtachia. Moſtaccio dictio vnde.* Et hæc quidem vulgò muſtachiæ dicuntur (unde fortaſſis noſtræ Italiæ nomen moſtaccio pro tota facie, & apud noſtros Marchiæ Taruiſinæ moſtaccione, qui ſunt veluti ait Poeta: A

Iuuenal. *Nos colaphum incutimus lambenti cruſtula ſeruo.*

Nam percutitur il muſtaccio) atqui Barba ipſa Græcè πώγων καὶ ὑπήνη nominatur: πώγων quidem, quòd in lanuginis egreſſu ætatis ſtabilimentum quod ab illis πῆξις nuncupatur, denotet, ὑπήνη verò pili illi, qui ſub Barba ſunt, ij dicuntur ἀπὸ τοῦ ὑπῆναι καὶ ὑποκεῖσθαι τῷ γενείῳ, hac videlicet de cauſa dictos conſtat, quòd Barbæ ipſi ſubiecti viſuntur. Lanugo autem, quæ ab illis ἴουλοι, pili ſunt, qui primi hominis faciem veſtiunt, ab Iulo verme, qui numeroſo pedum ordine fertur, quem centipedem dictitant, cognomen ſumentes, vel ἀπὸ τοῦ λέγειν, quòd illos cùm primùm oriri incipiunt, ad dicendum audentes reddant. Illa enim ætas B effari quæ deceant, idonea aptaque eſſe incipit. In ſumma totam hanc partem nonnulli παγρεῖν καὶ πρόσωπον, hoc eſt, genam, faciemque dictitant ἀπὸ τοῦ προσώπου ὄψεως οἴρειν, quòd aſpectum, quò anteriora proſpiciant, ex aduerſo geſtent. Quapropter hoc faciei nomen hominis naturæ tantummodo congruit, quum in cæteris animalibus faciem dicere piaculum habeatur. Hucuſque Meletius. *Ariſtoteles.* Ariſtoteles lib. 3. de hiſtor. animal. cap. 11. Gaza vertente. Qui norunt, legant Græcum contextum, quem etſi breuem, nolumus apponere. Barba pari modo effunditur omnibus, ſed alijs tam maxillæ, quàm muſtax, & mentum pilorum fre- C quentia teguntur: alijs mentum leue & muſtax, maxillæ piloſæ cernuntur. Sed vos legitote Græcam Orationem. Scripſit alibi idem Ariſtoteles, ſed non faciunt ad hunc locum. Audiamus Ruffum Epheſium, cuius interpres eſt Iunius *Ruffus Epheſius.* Paulus Craſſus Patauinus conterraneus meus, qui lib. 1. de Corporis humani partium appellationibus, cap. 7. Barbæ prima ſub temporibus germinatio Iulus à Græcis, à noſtris lanugo dicta eſt. Primus eius in ſuperiori labro exortus Græcè Propogonion, Latinè probarbium, ſi fingere liceat, dicito. Qui pili poſtea adaucti myſtaces appellantur, ſed in ſummo mento pili Pappus, ſub mento autem hypena Græcis vocibus dicuntur, latina nomina deficiunt. Et idem author altero lib. D 1. cap. 3. In temporibus pilorum exortus Iuli Græco vocabulo, Latino lanugo: poſteriores occipitis pili à Græcis Chetæ, à noſtris crines dici poſſunt. *Herodotus.* Author libri, qui inſcribitur Medicus, cap. 10. ex interpretatione Ioan. Andernaci, & recognitione Bartholomæi Syluani ait. Superna pars labri ſub naribus μύϛαξ, Homero, ὑπήνη.

CAP.

CAP. III, SVMMA EORVM, QVAE agenda ſunt, & ordo.

NVNC in arenam quaſi deſcendentes, aggrediamur iam tractare pro viribus, de ijs primò, quæ ad Barbæ cognitionem pertinere videntur, vt Barba ſimpliciter exiſtit. Hoc autem nihil aliud eſt, ſi logicis terminis vti velimus interea, quàm indicare, & declarare ſubiectum propoſitionis ipſius, vel quæſtionis à nobis in inueſtigationem ſuſceptæ. Illa verò talis eſt. Barba cuiuſnam finis aut
A offitij gratia humano generi, ſeu hominibus dicas, tributa fuerit à natura: Conſtat primùm ſenſu iudice & indice (nam ab euidentibus noſtra incipiet, ac in vniuerſo ferè tractatu progredietur ſemper oratio) conſentientibus propterea hominibus Barbam eſſe Pilum inexiſtentem faciei quidem, at non omnibus eiuſdem locis, veruntamen quibuſdam certis, ac determinatis. Faciem (vt iunioribus interim conſulamus) eam capitis partem intelligimus, quæ caluæ ſubiecta eſt, nam quæ capillis intecta eſt, càlua nuncupatur. Horum doctrina ſumitur ex Ariſtotele lib. 1. de Hiſtor. animal. neque ſibi perſuadeant iuniores, quia Pilum ſingulari numero dixerimus, ex Pilo propterea ſingulari Barbam conſtitui & conformari. Nã ſecus contingit, cum ex iiſdem pluribus, & ad numerũ ferè indefinitis. nam ſenſus noſter illum non attingit vſquequaque, ſaltem aſpectu primo, vt illos tot nu-
B mero definito eſſe cognoſcat, Barba componatur, conſtituatur, vel conformetur, ſed Pilum diximus numero ſingulari, eſſentiam ac naturam Barbæ aliquatenus conſiderantes, non autem ſimpliciter, quæ adhuc numerum, ſeu multitudinem Pili ſibi adſciſcit. Hanc Pilorum quantitatem diſcretam, non infinitam, ſed indefinitã, quia ſenſui ea noſtro ſeſe offert ſub multitudinis incerta ſpecie (ſi metaphoricè loqui datum ſit nobis per Grammaticos & cenſores Orbilios) nuncupare forſitan haud inconueniens fuerit ſyluam, congeriem ſeu cæſariem cum additamento nominis alterutrius, vel Barbæ, vel Barbalem. Nouimus cæſariem à Grammaticis comam ſeu Pilum capitis dictum eſſe à crebra cæſione, cui cum ſubijciatur, & Pilus Barbæ, non ſatis video, cur non liceat hominibus Phyſicis hos Pilos
C Barbæ iam dictos Cæſariem Barbalẽ appellare. At moroſos, & delicatulos hoſce homines in puerulorum ſcholis regnantes valere iam ſinamus, & Phyſicum filũ denuò ſumentes progrediamur. Atq; cùm dixerimus Barbam ex communi conſenſu eſſe Pilorum quantitatem diſcretam, ſyluam ſeu multitudinem & copiam locis quibuſdam certis & conſtitutis faciei inexiſtentem, omiſſo interim Pilo de locis eiuſdem agamus. Nam hæc ſunt priora, ſaltem ipſo tempore, diu namque viuit homo imberbis, catulo cæco adhuc, (quod per figuram dictum ſit) ferè conſimilis quantùm ad Barbam pertinet ad futuram; in ſeminarijs rationibus (vt interim Plotini verbis vtamur) adhuc exiſtentem. Subinde loca Barbæ quandam ſpeciem generis efficientis & conſeruantis obtinent. Veruntamen has logicas relinquamus conſiderationes.
D

Propoſitum in hac priori ſectione.
Propoſitio totius operis diſcutiendas
Conſentiens humani generis teſtimonium de Barba.
Barbæ rudis deſcriptio.
Facies quid ſit.
Pilus numero ſingulari.
Pili quant. diſcreta.
Cæſaries.
Pilus Barbæ Cæſares barbalis.
Barbæ deſcriptio.
A Mater.
A loco.
Cur de loco Barbæ pri agendũ ſit.

CAP. IIII. DE LOCIS BARBAE GENERATIM.

Quod eſt cõmune pilis omnibus.

SED, antequam loca Barbæ illi ipſi maximè peculiaria narranda
ingrediamur, operæpretium cenſuimus admonere iuniores id, in
quo communicant omnes quicunq; ſint ſecundum naturam Pi-
li; hoc autẽ tale exiſtit, naſci illos è cute ſeminario, & quaſi vbe-
ri ſolo ipſorum. Hæc verò quidnam ſit, Naturam ſcilicet, vel eius
eſſentiam, atq; vſus, officia, fineſuè dicas, Phyſici corporei inter-
eſt, vniuerſam Philoſophiam corpoream tradere ſatagentis. Nos, qui particulã A
duntaxat vnam eiuſdem prouinciæ, ſeu negocij, enarrandam interea ſuſcepimus
(quod vtinam præſtare valeamus) ineptè ſimus importuni, ſi cutem definiẽdam
ingrediamur, cunctaque ad ipſam ſpectantia explicare nunc audeamus. Opus
enim foret, (vtcunque id Attica breuitate perageretur) faſtidioſæ cuiuſdam co-
piæ, & hoc propter controuerſas grauiſſimorum virorum ſententias; pręterea ve-
luti diximus, importunum: confundit enim, non docet, ſtilus habens vel commi-
ſcens materias diuerſas: quapropter conſultò ſuperſedemus id generis narratio-
ni doctrinæuè, ac inter pomeria nos noſtra orationem noſtram ſuſceptam conti-
nentes, monemus, quicunque legerint, ſi intelligere ac iudicare velint, quæ à no-
bis interea ſcripta ſunt, oportere illos, aut Philoſophiam corpoream (quam ana- B
tomen dici vulgaris obtinuit conſuetudo) nouiſſe penitus, aut ex hypotheſibus
cenſere, atque definire. Supponant itaque vera, quæ non à dogmatibus, verun-
tamen à Principibus illis, vel dictatoribus ratiocinio ac ſenſu deſumenda erant,
à quibus etiam ipſa dogmata leges accipiunt, ac vires, & præfecturas. Loquimur
de ijs dogmatibus, quæ ſubſcribenda ſunt à Phyſicis ingenijs, verè Phyſicis, non
autem à perſonatis quibuſdam, & ventoſis mancipijs: quorum putidos ac lutu-
lentos greges vtinam paucos videremus, ac perrarò. Sed ne Satyram ſcribere vi-
deamur, ijs valere iuſſis, proſequamur. Loca verò ipſa, in quibus veluti aruo
quodam læto ac pingui ſuccreſcit Barbæ Pilus, & germinans, florens, plàntaria
vocauit Satyricus dicens:

Philoſophia corporea quid ſit.

Loca Barbę & ſummatim pilorum dicitur Plãtaria.

Perſius.

Tu cùm maxillis balanatum Gauſape pectas C
Inguinibus quare detonſus gurgulio extat?
Quinque paleſtritæ licet hæc plantaria vellant,
Elixaſq; nates labefactent forcipe adunca,
Non tamen iſta Filix vllo manſueſcit aratro.

Quod generatim dictum eſt de locis cutaneis Pilorum, transferre ad loca cuta-
nea pilorum Barbæ cur inhibeamur? Hæc porrò tot ac talia ferè cõſentur ex com
muni ſententia: Nam res, qua de agitur, ſenſui expoſita iacet, ac ab eius cenſura
omnia propemodum ſunt deſumenda: Barbeſcunt labia cutanea, ſeu extrinſeca
vtraque: maxillæ ambæ: mentum, præterea ſubmentum. Quapropter ſupputan
tibus loca Barbę, ſi generatim ac preſſiùs res agatur, veluti propoſuimus, exit Nu D
merus locorum ternarius, nempe maxilla, labium, quo nomine vtrumque ſuper-
num, infernum additamento cutaneum intelligimus, veluti & maxillam dextrã
& ſiniſtram: poſtremò ipſum mentum, ſub qua ſignificatione & ſuperiorem, &
ſubiectam bronchij caput inueſtientem partem accipimus. Quod ſi rem hanc la-
tiori quadam norma, at nihilominus & ſummatim velimus conſideraſſe, nume-
rus prouenit ſenarius. Nam ſunt maxillæ binæ, vna dextrorſum, altera ſiniſtror-
ſum, adhæc labeum cutaneum duplex, vnum ſupernum naſo deſinenti contermi

Loca barbeſcẽtia, ſeu pilorũ barbalium. Numerus.

num,

num, alterum infernum ad menti oras enaſcentis deſinens. Poſtremò quòd iam
diximus, mentum & illi ſubiectam cutaneam regionem inueſtientem collum
anticum: ſed hactenus de numero locorum Barbalium ſeu Barbæ Cæſariem emit
tentium ſummatim à nobis dictum eſto. Nunc ad horum locorum deſcriptionẽ
ſigillatim vel ſpeciatim tradendam veniamus: quæ omnia in iuniorum gratiam
præſtare non grauamur, & omnino eorum, qui philoſophiam corpoream non co-
gnouere, aut ſummis (quod aiunt) labris eam duntaxat delibarunt. Erit autem
horum locorum traditio hiſtorica, non autem methodica: quia non concludetur
vi aliqua illatrice, at dicetur duntaxat nuda poſita narratione. Quod enim dictu-
A ri ſumus, petimus non probamus. nam id, ſi tentaretur à nobis, tranſcenderemus
iam nos propoſitum noſtrum, confundentes inepti cuncta. Deſumpſimus porrò
iſtæc à commẽtarijs Philoſophiæ noſtræ indiuidualis ad caput externum iam in-
ſtitutæ, quam, vt retardauerint homines iniuſti, qui aduerſaria noſtra nobis peſſi-
mo exemplo ſurripuere, non diſiecerunt penitus: nam Diaria noſtrorum ſtudiorũ
habemus, vnde promptiſſimum nobis fuerit per otium cuncta forſan eruere, di-
gerere, & conformare. Fateor, ægrè tuli tantam iacturam iniquitate hominum
malè feriatorum, & rabie quadam viperina, mihi contingentem; ſed illa duo me
valdè conſolantur, nullum iniuſtis hominibus fructum euenturum (quæcunque
illa ſint ingenia; mala enim eſſe oportet, ſi ſuffurentur) ex tam execrando latro-
cinio: nobiſque relictum eſſe ſeminarium opus, vniuerſam denuò conficiendi, &
B conſummandi philoſophiam, in qua cùm duos fermè annos in ſolitudine oppi-
dana poſuerimus procul ab vrbe ſemoti, vt primitias noſtrorum ſtudiorum, Deo
Optimo Maximo daremus, quas interim liceret, maximas: opinamur pro-
pterea nos, & noſtra ab ipſo diuino Numine ita cuſtodiri, & cuſtodienda, vt con-
cedatur nos frui aliquando laboribus, ac vigilijs noſtris. Caueant itaque, ni re-
ſipiſcant, latrones vigiliarum noſtrarum, & iram vindicem Dei tandem expaue-
ſcant. Sed ſtilum intermiſſum reſumamus, & venia dignentur nos, qui legerint,
aut audierint, cognoſcentes extorſiſſe nobis hanc digreſſiunculam, iniuriæ illatæ
memoriam recrudeſcentem. Nouerint quod ſcripſit Auguſtinus, Impaſſibilitas
non eſt huius ſæculi. Nam omnino non dolere, dum ſumus in hoc loco miſeriæ,
C profectò ſicut quidã etiam apud ſæculi huius litteratos ſenſit, & dixit, nõ ſine ma
gna mercede contingit, immanitatis in animo, ſtuporis in corpore. Quocirca il-
la, quæ ἀπάθεια Græcè dicitur, quæ ſi Latinè poſſet, impaſſibilitas diceretur:
ſi ita intelligenda eſt (in animo quippè, non in corpore accipitur) vt ſine his affe-
ctionibus viuatur, quæ contra rationem accidunt, mentemq; perturbant, bona
planè, & maximè optanda eſt: ſed nec ipſa huius eſt vitæ. Non enim qualium-
cumq; hominum vox eſt, ſed maximè piorum, multumq; iuſtorum, atque ſancto-
rum. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus, & ve-
ritas in nobis non eſt. Tunc itaque ἀπάθεια iſta erit, quando peccatum in ho-
mine nullum erit. Nunc verò ſatis bene viuitur ſi ſine crimine: ſine peccato au-
tem qui ſe viuere exiſtimat, non id agit vt peccatum non habeat, ſed vt veniam
D non accipiat. Porro ſi ἀπάθεια illa dicenda eſt, cum animum contingere omninò
non poteſt vllus affectus, quis hunc ſtuporem non omnibus vitijs iudicet eſſe
peiorem? Atq; D. Hier. Tomo 1. epiſt. 45. cuius eſt rubrica Hieronymus ad An-
tonium de Modeſtia. Sed quoniam & iraſci hominis eſt: & iniuriam non facere
Chriſtiani. Cæterùm hic terminus eſto.

Digreſſio in eos, q ſuffurati sũt Philoſophiã indiuidualem humanã ab Autore ſcriptam.

Aug. Lib. 4 de Ciu. Dei cap. 9.

Cic. 3. Tuſc. quaſt.

CAP.

CAP. V. DE LOCIS BARBAE SPECIATIM.

Qui valeāt intelligere probe loca ipſius Barbæ.

DE locis Barbæ ſpeciatim, vel ſigillatim dicas, nunc agendum eſt; neque adeò promptum fortaſſis exiſtit, quemadmodum aliqui prima fronte conſiderantes, ac inexperientia ducti (nam ſi Deo placet, dulce, eſt bellum inexpertis) arbitrantur, docere, ac intelligere Loca, ſeu Plantaria Barbæ, ac ſi quis obtineat facilitatem huiuſce rei, fatemur ingenuè, quæ ſentimus; ea interim nobis eſt occulta: nec ita præmonentes incutimus terrorem, errorem potiùs excutimus A legentibus, negligentiam expectorantes, diligentiam inſinuantes. Procul eſto ſupinitas omnis in legendo; nam ſi catè legas, catè intelligas, ac è contra. Certum illud & omninò verum ſit notitiam, plenam quippe, ſolidam, atque diſtinctam horum locorum, ijs duntaxat contingere poſſe, qui anatomen, Philoſophiam ſcilicet corpoream harum partium cognouere, non ex commentario, at ſenſu, ac eodem ſępè repetito. Nam ſenſuum quorumuis obiecta niſi repetantur, frequenter illa tenuem imaginem lubricam ſanè reddunt ſui ipſius, ſenſu itaque cognoſcendę ſunt hę partes neq; icones ſufficiunt, niſi ad reminiſcentiam, non autem memoriam: ſed planius ac plenius hac de re ſuo loco dicimus in commentarijs nempe noſtris iſagogicis ad philoſophiam vniuerſam corpoream. Nunc poſita ſequentes, ſubiungimus aliud, & alterum quod adfert difficultatem in intelli- B gendo huiuſcemodi negocium, non contemnendam: iſta verò ſunt & nomina & locorum ſeu partium termini, vel confinia mente potiùs quàm ſenſu comprehendenda. nam illa fortaſſe intelligas, ſenties verò tenuiter, neq; in omnibus & omnino. Nomina inuehunt difficultatem, quòd à ſcriptoribus interdum confundantur.

Philoſophiæ corporeæ cognitio bonā eſt ex ſenſu; non ex cōmentario.
Senſus eſt ſæpè inſtaurādus.
Cōmentaria iſagogica autoris ad vniuerſam philoſophiam corpoream.
Quæ augēt difficultatē cognoſcendi loca Barbæ.
Nomen.
Locus, termini, confinia.
Labium.

Deſumpta hæc ſunt ex commentario noſtro philoſophiæ indiuidualis externæ, quam ad caput ſcripſimus, atque ſub rubrica de labijs, & eorum accidentibus, capitis hoc eſt initium.

Labra mox à naſo habentur, caro permobilis; quod autem intra maxillas, & la- C bra deſcribitur, os eſt. Cuius partes palatum, & fauces. Hæc de labijs teſtata poſteritati reliquit Ariſt. Lib. 1. de Anim. cap. 11. Gaza interprete. Ruffus autem Epheſius ita ſcribebat Iunio Paulo Craſſo Patauino conterraneo meo vertente, ac Lib. 1. de partium corporis humani appellationibus capite ſexto rubrica de faciei infra oculos partibus. Sub columna, in ſuperiori labro cauitas philtrum Græcè vocata eſt, quaſi amatorium, ſiue amabile dixeris. Sed totum ſub naſo ſuperioris labij hyporinon Græcis eſt, Latino vocabulo caret. Deinde labia duo, quorum extrema Græcè Prochyla, Latinè Prolabia dici poſſunt, qua parte autem committuntur, Proſtomion vocant. Inferioris labij cauitatem Nympham. Et alterius libri primi capite quarto ſcribit eodem interprete in hanc ſententiam. Sub columna ſubſidens cauitas ſupra labium, Philtron Græcè, Latinè amato- D rium dicitur. Totum verò quod infra naſum ſupra labia eſt, hyporinon appellant, deinde labia duo, quorum ſumma prochyla Græci dicunt. Tu prolabia, ſi lubet, dicito. Quà committuntur autem proſtomion eſt. Nunc hæ doctiſſimorum virorum ſententiæ manuducere poſſunt nos ad exactam (quantum interea nobis cognoſcere licet) labiorum deſctiptionem; hanc uerò vt obtineamus, primò nouiſſe oportet, Labium vtrumq; ſuperum & infernum diuidi à nobis, atq; do-

Philtrum.
Hyporinon.
Prochyla.
Proſtomion.
Nympha.
Labiorū loca Barbę deſcriptio ad mētem Autoris.

ctrinæ gratia clarioris, in cutaneum,& carneum : ferant hæc nomina critici Or-
bilij,quibus non ſcribimus,verùm tyronibus,& modicis,non immodicis plerũq;
ingenijs. Intelligimus labium cutaneum , ſeu labij cutaneam portionem , quic-
quid extrinſecus viſitur,albicans,& cuti externæ reliqui corporis eſt continuum
quidem,at homogenium,ſiue conſimile . Pręterea labium carneum,ſeu carneam
portionem appellamus,quicquid muſculoſum in labijs , partim extrinſecè , par-
tim intrinſecè latet,ac viſitur ſecundum naturam,rubens, cute quidem, vel pel-
licula inueſtitum, eademq́ tenuiſſima, atque ſui generis,& ipſi propria. Nec mi-
rentur homines dixiſſe nos labium carneum , partim latere intrinſecè,partim vi-
A deri extrinſecè ; nam , vbi legerint ipſorum labiorum confinia , vel terminos ad
partes circumpoſitas,cognouerint hæc à nobis haud temerè ſcripta fuiſſe : inte-
rim ferant hanc doctrinam ; quia , etſi noua , tamen cùm rationem , tùm ſenſum
duces obtinuit ; ſed proſequamur. Cutanea regio,& carnea labiorum differunt,
ſenſu,ac ratione docentibus,Colore,ſubſtantia,officio,cõfiguratione, ſuperficie,
ac ſi qua ſunt alia . Coniunguntur inuicem labij vnius hæ differentes portiones,
vel regiones,quarum cutaneam album labrum,carneam rubrum labrum etiam
nuncupamus (loquimur nunc de labijs iuxta naturam conſtitutis , & ſanorum
corporum,ne Sophiſtæ impingant nobis hominibus interea nouis carneam por-
tionem in aliquibus albicare,liueſcere,ac id generis calumnias futilitate adhuc
futiliores) coniunguntur inquam,ſibimet continuè alba,& rubens labei portio-
B nes,ſeu regiones ; Et huiuſmodi confinium lineam labialem dicimus ; videntur
enim iam dictæ ſubſtantiæ coeuntes lineæ ſpeciem quandam efformare , quam à
ſubſtantia ſeu loco,cui ineſt, labialem propterea nuncupauimus . Huius perplu-
ra ſunt accidentia, & vnus eſt ex fontibus accidentium indiuiduãtium labij non
aſpernandus,veluti in eius phyſiologia docebimus , atque hic eſt labij terminus
proprius internus. Nunc ad proprios & externos labij terminos veniamus . Di-
cuntur porrò externi termini non tantùm,quia in extrinſeco ſeu externa facie,&
parte ponantur, ſed quia & reſpiciunt partes alias à labri ſubſtantia , & adiacen-
tes. Hæc autem ſunt cenſus triplicis : Nares, Mẽtum,Buccæ; hic terminus com-
munis,illi verò proprij . Labij ſuperni , confinium quoque ſupernum ad mediam
C ſui regionem eſt naſus imus,columnæ,alarum exortus imi,pręterea dictarum par
ticularum intercapedines ſeu interſtitia in cute ſuperficie ſedẽtia,cuiuſmodi ter-
minos dijudicant ſenſus viſus , tactus cùm extrinſecè tùm intrinſecè,ſed non eo-
dem modo . Fines adhuc ſi obtinet alios laterales labium ſupernum,hi ſunt buc-
cæ,qui non ita ſenſui patent,ſed intellectus rerum eſſentiam conſiderans virtute
aliqua ex internis aliquatenus,& per figuram attingit: quapropter oratione con-
notare tentaſſe periculoſum, & ſuperfluum forſan exiſtit in præſentiarum · atque
hæ ſunt illæ anguſtiæ difficultateſuè in exordio ſermonis , aut veſtibulo à nobis
indicatæ. Nam ſi cutem extrinſecã attentè lynceis adſpicias oculis,nulla (æuum
ſenſui impendas) nulla,inquam,duxeris momenta ex illa, etiam ſi attentiſſima,&
intentiſſima,quid ſi intenſiſſima inſpectione,vnde tibi fines dictos confingas. Li-
D nea certè quædam nonnunquam viſitur in quibuſdam ſulcans cutis ipſam ſu-
perficiem à naſo extrorſum in maxillam procurrens, quæ tamen,modò vera ſen-
tiamus,longè abeſt,vt ſit confinium labij, & buccarum. Mox ſequitur labij infer-
ni cenſus eiuſdem termini proprij nempe, at externi . Principiò labij huius confi-
nium infernum,ſeu terminus eſt mentum,ac ille tactui & oculo , qua extrinſecè ,
quà intrinſecè patet. Fines prætere a laterales vtrinq; reliqui ſi ſunt buccæ,veluti
ſuprà diximus , in labio ſuperiori , ſenſum ſubterfugiunt , & ratione comprehen-
duntur.

Quibus ſcribit Autor.

Labium cutaniũ, quid ſit.

Labiũ carneum, quid ſit.

Autor aſſeuerat ſuam doctrinam allectam de labijs.

Linea labialis qd ſit.

Autoris philoſophia indiuidualis.

Terminus proprius atque iternus labiorum.

Termini proprij atq; interni qui ſũt labiorum.

Labij inferni humani terminorum propriorum qui ſunt. Externi. Interni.

Terminus infernus.

duntur. Atque ni fallimur, hæc eſt, labiorum vera deſcriptio à finibus omnibus circumiacentium partium, & eorundem naturæ portione deſumpta, quam liceat *Autoris modeſtia.* vnicuiq; mouere ducibus ratione, ſenſu: Proponimus noſtra, non aſſerimus, quia homines labi poſſumus. Plantaria Barbæ ſunt vtraq; labia externa, vel vtriuſq; labij ſuperni, inferni cutánea alba regio, ſeu portio: diximus Plantaria Barbę eſſe labia non ſimpliciter, at quatenus pertinet ad vnum, vel alterum ex locis eiuſdem Barbæ, qui ſunt & alij. Nunc ad Maxillam, & Mentum veniamus, cætera Barbæ loca. Leguntur autem hæc, quæ dicentur, in eodem commentario noſtro philoſophiæ indiuiduális externæ, capitis ſub rubrica de Maxilla inferiori, ac Mento, & eorundem accidentibus. A

CAP. VI. DE MAXILLA INFERIORI, & Mento.

NON alienum à ratione viſum eſt nobis vnà coniungere Maxillæ inferioris, ac Menti hiſtoriam, quia hoc eius particula, ſiue portio exiſtit, veluti in deſcriptionibus apparebit. Intelligant porro iu- *Hiſtoria Maxillæ, ac Menti.* niores nō eſſe acturos nos hîc de oſſe ipſo, quā uera ſignificatione Maxillā omnes inferiorem appellare cōſueuerunt, at de cute ſolummodò ipſam talem veſtiente, ſeu cooperiente Maxillam, à quo oſſe ſibi ſubiecto cutis deſumpſit hoc nominis: quemadmodum Cæſariei B pars anterior, ſeu cutis cephalicæ caluæ regio antica, ſinciput dicta fuit. Agemus itaque de Maxilla inferiori non oſſea, at cutanea, cutis nempè regione illa id ge- *Maxilla inferior, atq; cutanea.* nus oſſis inueſtiente: cuiuſmodi nuncupationem ſcilicet Maxillæ inferioris cutaneę nomen, ſi concedant interim nobis phyſica ingenia, quod nō deſperamus, Grammaticorum Orbiliorum tyrannicas minitationes, ac ferulas minus timebimus, at ſi anxio arbitrio phyſica ingenia quatiantur, (vt ſunt moroſæ, ac difficiles quorundam puellares mortalium mentes) ab ijſdem velint nolint (nam analogia conceditur) extorquebimus nomen proportionale. An quemadmodum Pilos alis ſubnaſcentes vocamus alares, ſeu ab axilla axillares, ita cutim iam pro- *Menti hiſt.* poſitam dicere timeamus Maxillarem infernam ſiue inferiorem. Optio veſtrum C eſto. At hoc, quiſquiliæ præ ipſa re, quam prout licet, indicare iam tentemus, à mento cutis Maxillaris infernæ portione, ſiue particula exordientes. Ariſtote- *Ariſtot.* les lib. 1. Hiſt. animal. cap. 11. Gaza interprete de huiuſmodi parte ita ſcribebat. Eſt præterea Maxilla duplex, cuius pars prior mentum, poſterior Mandibula eſt. *Ruffus.* Ruffus Epheſius. De corporis humani partium appellationibus Iunio Paulo Craſſo conterraneo meo interprete cap. 7. libri primi ita ſcribebat. Tota capitis prior *Facies.* pars, facies dicitur. Malæ ſub oculis faciei eminentiæ ſunt, vbi pudoris ſedes eſt: *Malæ.* maximeq; ibi rubor oſtenditur. Poſt malas autem Maxillę habentur: quarum al- *Maxillæ.* tera ſuperior, altera inferior eſt, inferioriſq; Maxillæ acies mentum eſt. Sub eadem inferiori Maxilla carnoſa pars Leucania Græcè dicitur, ſed nonnulli hanc *Mentum.* quidem carnoſam partem Mentum, Leucaniam verò cauum iugulo proximum D *Leucania.* appellauerunt. Retulimus hæc omnia commodum tyronibus ingenijs, non libri molem reſpicientes. Dignitas quippè operum & vis, vnde authoris dignitas, vir- *Ingenuitas Autoris.* tus, & gloria Creatoris, non à quanto ſimpliciter, ſeu libri mole, verùm à quali ſeu rei veritate ducitur. Subrepant ne mihi in ſcribendo ambitioſæ oſtentatiunculæ momenta aliqua, negare non audeam. Aſſero quidem hæc mea non eſſe, quia exhorreſco vana, vera autem colo, ſuſpicio, amo, & veneror. Illud indico multas

Digitized by Google

multas ingenijs quoque bonis inhæreſcere ſordes, quia turba eſt ſordidorum, & lutulentorum ſcriptorum, quos velit, nolit, ſtudioſus legere tenetur: nam & hyacinthus in fimeto latitat plerumq; iuxta Plinij ſententiam, dicentis nullum eſſe ſcriptorem adeò malum, vt ex eo non eruatur aliquid boni: quid ſi barbari ſoli ſapere videntur, quemadmodum ſenſit Scaliger. Præterea homo ſum nihil humanum à me alienum puto. Nemo homo euadit ab errore dicebat Auerroes in lib. deſtructionum Algazelis, niſi is, cui D. Glorioſus tribuit rem diuinam præter naturam hominis, ſicut ſunt Prophetæ qui ſapit, capit; inertia, ignaua ingenia curent cuticulam, hic enim litterarius arenæ phyſicæ puluis eorum ſtrangulabit fauces. Idem Ruffus alterius libri primi cap. ſexto in hanc ſentētiam ſcripſit eodem conterraneo meo interprete. His inſurgentes, vt nouitia intelligant ingenia, pronomen refertur ad materiam ſuperni proximi capitis, vbi locutus eſt de oculis, eorumq; partibus. His itaque inſurgentes eminentiæ ſubiacent Malæ vocatæ, quæ per pudorem erubeſcunt. Sub his Maxillæ, ſeu Mandibulæ, quarum inferioris extremū in acutum deſinit, Mentumq; eſt, à quo vſque ad inferius labium os fit rotundum, atque prominēs. Sub Mento carnoſa pars à Græcis Anthereon, ſeu Leucania dicitur, Verùm alij Anthereona hanc partem, Leucaniā vero cauitatem iuxta iugulum appellant. Plinius hanc partem homini propriam cognouit inquiens: Mentum nulli præter hominem, nec Malæ. Autor libri, qui inſcribitur Medicus, hæc nobis reliquit. His autem (loquebatur de ſubcauo oculorum vtroque) ſuperiores inter Naſum, & Aures priſcis etiam Genæ dicuntur, quæ benè coloratis, & ingenuis pudore ſuffuſis rubent. Hinc Maxillę ad mentum vſque deſcendunt, & hac in mucronem deſinunt. Mentum id omne eſt, quod labro inferiori longa orbiculari figura ſubiacet. Hactenus priſci, quorum diligentiſſimam curam ſi velimus pro uirili imitari, in rerum cognitione poſitam, conemur & nos partis huius deſcriptionem afferre, quæ conſtabit, ſi ponantur illius termini. Porrò hi ſunt laterales bini, iuxta dextri, & ſiniſtri differentiam: Adhæc bini alij iuxta differentiam ſuperioris, inferioris, & ſupernè, infernè vnus Menti terminus prodit duplex. Superior terminus, qui cenſetur, is eſt ad Nympham, ſeu labij inferioris confinium infernum, vbi enim deſinit labium iam dictum, ibi enaſcitur iuxta anteriorem & ſuperiorem regionem ipſum Mentum, qui coitus ambarū partium optimè dignoſcitur ſenſibus, oculo, præterea tactu. Extrinſecus verò tenuiter admodum cognoſcitur à ſenſu, niſi eidem ſuppetias ferat intellectus, & ratio, cuius veſtigium vnde incipiat, nempe mentis agitatio, eſt Nympha, ſeu Nymphæ nota. Huic alter oppoſitus terminus Menti & infernus, (nam de ſuperno iam eſt dictū) tactu internuncio habetur, atque percipiemus, vel habebimus hunc terminū ità inueſtigantes, quæramus digito, pollice ſcilicet maxillę infernæ oram poſtremam Tracheæ proximam, vel inferiorē, & ſubiacentē, quicquid cutis digitum, & oram illam interiacebit, non abſq; ratione terminū infernū vocabimus, in excarnibus, & emaciatis prompta eſt huiuſmodi cognitio, atque parata, ſecus enim exiſtit in carnoſis, vel pinguibus, & ſucculētioribus hominibus: quæ omnia circumſpecto, & benigno animo intelligitote, non maleuolo, ſophiſtico, calumnioſo. Macies, tenuitas, craſſities, pinguedo, carnoſitas, intelligātur de parte, qua de loquimur. Hui ſcribentium calamitas, rotis, ſaxis, aquis comparanda. Vrgentur vndiq; miſerię authores, hinc beſtiæ calumniantes, ſophiſtæ, muſcæ, canes, hinc rerum obſcuritates. Erigitur ab his, contorquetur ab illis ipſum ingenium. Væ vobis ſtudiorū, ac ſtudioſorū peſtes, non fruſtrà hæc dicuntur à nobis. Noui, noui ego turbā iſtorum fucorum, quibus homuncionibus, niſi laruis, quemadmodum Satyricus ait,

Margin notes: *Prouerbiū.* — *Errare omnibus eſt cō mune.* — *Auer. diſp. Sexta cōtra Algazelē.* — A — *Mala.* — *Maxillæ.* — *Anthereon.* — *Leucania.* — B — *Genæ.* — *Mentum.* — *Menti termini.* — C — *Nympha.* — D

—— *Pati re videntur* *Vnguenta, atque Roſa.*

Monſtra hæc ſuperciliosa tuentur ſeſe phalangibus eiuſdem farinę bambalionum quos innumeros euomit Charybdis infamis ſtultitiæ, inſidiātur verbulis iſti verberones peſſimis adhuc peiores: intellexerint, quorum intereſt, vlcera non mouemus Chironia. Repetamus iam filum intermiſſæ orationis, parcant ingenua, integerrima ingenia rogamus, & condonent nobis bruma rigente lucubrantibus; in eorum gratiam hunc iræ iuſtiſſimæ liberalem quoque excurſum. Inferior Menti finis, vel terminus quandoq; nam in aliquibus innoteſcit lineæ cuiuſdam beneficio, cutem exarantis, quam ſeduli inſpectores faciei animaduertunt in fæminis præſertim, & ephœbis; vnde ijs gratiſſima venit commēdatio. Nomine caret hęc linea, ſed à nobis interim dici forſan poſſet Mentalis, quia pertinet ad mentum. A

Linea mentalis.

Conſuetudo exuet nouitatis labem ſuſpitioſam, & lubricitatem, noua quippè omnia quaſi germina molleſuè ſeminum nuper enatorum, uel adhuc enaſcentium prægerminationes exiſtunt, leuiſſimæ cuilibet iniuriæ parata ſubſtantia, quæ mox beneficio temporis robur acquirens mediocres vtcumq; aſpernatur vires, ac ſæuiores etiam impetus. Quod reliquum cutis ab hoc termino ſubmentum dicito, Leucaniam, vel Antereona, nihil officit, quantum interea iudicare valemus, dummodo rem intelligas. Hæc autem eſt regio vniuerſa illa cutis, quæ ſuccedit proximè deſinenti inferno Menti confinio, & in anteriora ſubiectos muſculos, vaſa, trachæam adhuc in latera fertur, & deorſum verſus, & Guttur latinè dicitur, quapropter Iuuenalis ait ſat. 6. B

Submentū.

Guttur qd.

Qua tamen exarſit forma? qua capta iuuenta eſt
Hippia? quod vidit propter quod Ludia dici
Suſtinuit? Nam Sergiolus iam radere guttur
Caperat, & ſecto requiem ſperare lacerto.

Hippiæ amor.

Obijcit ætatem Sergioli prouectā, nam hæc pars poſtremo barbeſcit. Quapropter indicat rabiem veneream Hippiæ amantis non florē ætatis, at robur Phalli depereuntis veluti apparet in ſequētibus carminibus. Nunc ad terminos Mēti laterales accedamus, qui ſenſum omninò ſubterfugiunt, veruntamen ipſa mente comprehenduntur, quos ita percipies. Animo concipias vtrimq; à labiorum angulis rectā lineam deorſum verſus cadere (angulos vocamus labiorum ſuperioris ac inferioris deſinentiū coitus, vel coniunctiones) quæ in collum vſque feratur anticum, vel ad oram vſque infernam ipſius Maxillæ inferioris oſſeæ: conſtituet namque huiuſmodi cadens linea terminos laterales menti, inter quos cùm comprehenſum ſpacium, ac reliquos terminos ſupernos, infernos, ſpacium inquam, vel regio illa cutis vniuerſa Mentum dicitur. Si anatomen cognoſcis, ex peculiari pinguedine huiuſce partis cuti ſubſtrata Mentum optimè diſtinxeris, ſed cùm ab angulis labiorum laterales terminos Menti inueſtigauerimus, noſcant qui legerint, vel audiuerint, nos hîc de Ore commenſurato, ſeu labijs commenſuratis, prætereà & Mento Polycleti verba feciſſe, ac talis eſt veluti diximus, vniuerſa menti regio à terminis proprijs circumſcripta, ijs partim ſenſu, partim conſideratione acceptis; quos enim ſentire nequimus, illos intelligere debemus, nam & homines exiſtimus, alioqui mens & ratio fruſtra foret in nobis. oportet quandoq; tranſcendere ſenſum, & quaſi mutata velificatione, curſum obliquare, vt portū veritatis tenere poſſimus. Regionis huius Mentalis quod prominet, ad lineam ſabrilem ſub columna ipſius Naſi poſitum, vbi diuiſura, & fouecula, ſeu foſſula quoque viſitur apex Menti, vel vmbilicus Menti, Mentumuè medium à nobis appellatur. Hactenus deſcriptio partis huius, quantum licuerit, indicata ſit: nunc etymologiam, vel nominis ori-

Menti termini laterales. C

Mentum.

Mēti apex.

Mēti vmbilicus.

Mentum medium.

D

ginem ineamus, ac quaſi deambulatiumcula non inſalubri, iniucundauè animum reficientes, fouentes. Obnoxia eſt originatio pluribus opinionibus. Nonnulli quòd emineat hæc pars, Mentum proinde nūcupatam eandem voluerunt. A motu alij nomen duci exiſtimauere. Hanc opinionem Iulius Cæſar Scaliger feſtiua ingenij æmulatione non accepit: cuius opinio legitur, quæ talis, Illud animi gratia excutiendum. Mens non à motu dicta eſt, ſicut nec Mentum, vt eſt triuialibus perſuaſum, ſed παρὰ τὸ μηνύω, vnde & μνήμη. Eſt enim mens indicatrix rationum, ſi Mento pueri demonſtrant, & muti, & qui alijs rebus intenti ſunt, neque libenter edunt vocem. Quod ſi faceta ingenia facilis admittis: euocabuntur è Germania ſubſidia ad Grammaticorum munitiones. Dicimus enim Mentum Kin,
A quaſi igitur à Græco ſit παρὰ τὸ κινῦσαι. Quo illi ſuam foueant ſententiam, nunc integrum ſit vnicuiq; ex iam enarratis originibus vnam ſelegiſſe. Monebimus duntaxat non ita ſupinis calculis explodēdas eſſe fortaſſe reliquas à motu & poſitu deſumptas, nam etymologiam poſitus etiam ſumpti metaphoricè nō reſpuit eruditiſſimus Auguſtinus doctorum Fax Eccleſiaſticorum & Sol, qui libro de ſpiritu, & anima, vbi de mento loquitur, ait: Mens enim ex eo dicta eſt, quòd in anima emineat, præſtantior ſiquidem vis animæ eſt, à qua prodit intelligentia. Hæc auctarij vice ſcripſit vir ſanctitate, omniſcioq; ingenio conſpicuus, data prius alia mentis etymologia. Subinde Mentum indicare non poteſt & ſi quieſcens, niſi motu præeunte: huius amœniſſimi viridarij flores carpant ingenui pollices, vt
B ſua quęq; trahit voluptas. Nunc ommiſſa nominis diſquiſitione rei alterius proſequamur hiſtoriam, & maxillæ inferioris cutaneæ reliquam partem, ſeu portionem deſcribamus: cuius termini ſunt inferius, infra, ſupra, & in lateribus poſiti: cæterùm ſuperior terminus ad Tragum extitit, ac Lobum, auriculæ particulas; veluti capite proprio docuimus; infernus verò vtrimq; eſt ad lineas illas ab angulis labiorum deorſum cadentes, quæ ſunt ipſi termini laterales Menti proximè deſcripti, haudquaquam in ipſa cute conſpicui, ac ſenſui propterea occulti, ratione tamen comprehenſi: mox laterales termini in maxilla ſunt bini, vnus & interior, ad faciem: alter & exterior, ad poſteriora, & oppoſita loca faciei. Hic eſt conterminus cuti ipſius colli, & ceruicis, ille verò eſt conterminus buccis, & ma-
C lis, atque intra hos terminos latitudo maxillæ, quemadmodum inter ſupernum; & infernum eiuſdem terminum ſtat longitudo. Huius partis termini laterales, niſi oculo, ſaltem ipſo tactu percipiuntur; viam docuimus inueniendi terminos id generis intentionales, quando Mentum deſcribebamus. Tu ex analogia diſcas; niſi enim vel hanc, vel rerum conſequentiam, (vt optimè animaduertit Galenus hoc poſtremum in libris de facult. naturalib.) es parum aptus, ne ineptum dicam te ad intelligendos, & legendos non dixerim authores grauiſſimos, ſed & cuiuſcumq; generis. Nunc operæpretiū videtur, doctrinę facilioris cauſa in Tyronum gratiam addidiſſe quandam conterminarum in facie partium ipſi maxillæ iam dictæ declarationem ſcilicet Malarum, & Buccarum. Quæ ſunt regiones in facie Malæ nnncupatæ, accipiant legentes ab ijs, quæ diximus paulò ſuperius ex men-
D te Ruffi, Plinij, & Authoris eius libri, qui dicitur Medicus. Mala ſiquidem eſt regio illa faciei, quæ intra Naſi latera ſub cauum oculi, & Maxillæ inferioris exortum terminumq; internum eiuſdem ab Auribus prominens, ac rubens viſitur ſedes: hæc ingenuis & pudore ſuffuſis, præterea & benè coloratis veluti eſt indicatum, rubet: quam partem Cicero, Plinius, Lactantius nomine Genarum quandoq; ſoliti ſunt nominare. Ac vt Plinij teſtimonium afferamus. Legitur illud lib. vndecimo cap. 37. his verbis: Infra oculos malæ homini tantùm, quas priſci ge-

Mens vnde, & quid.

Maxillæ inferioris deſcriptio.

Mala quid.

Pudoris ſedes. nas vocabant, duodecim tabularū interdicto radi à fæminis eas vetantes. Pudoris hæc ſedes, ibi maximè oſtenditur rubor. Et hîc obiter indicare non pigebit *Radere qd veteribus.* pro nouitijs ingenijs, ac in veterum lectione haud gnauiter exercitatis, quid ſibi *Zerbi Veron. laus.* velit hoc verbum Radere. Gabriel quippè Zerbus Veronenſis vir in Philoſophiç totius, ac Medicinæ ſtudijs ad miraculū vſque verſatus (cuius eruditiſſima opera conſiderans, non poſſum non deſiderare in Paulo Iouio Nouocomenſi Epiſcopo modeſtiam prudentiorem, alioqui ipſi familiarem, atque eiuſdem ingenij vim acerrimam, qui in Elogio ad M. Antonium Turianum, niſi mea me fallit memoria, circumſpectè parum locutus eſt de Zerbo clariſſimo ſuæ ætatis, & ad omnem poſteritatem viro, vniuerſiſq; gratiſſimo futuro, ſed Iouius in præceptoris ſui gratiam ita locutus fuit, nec opus emendare potuit. Fuit enim Iouius noſtri cenſus A Medici, & à Turiano præceptore, quemadmodum ipſe recitat, ſcientia imbutus, *Zerbi error.* atque inſignibus cōdecoratus, magiſterij Phyſici, & Medici) Gabriel hic Zerbus in ſignificatione huius verbi Radere, haud leuiter fuit hallucinatus, quemadmodum legitur in opere ſuo philoſophiæ corporeæ, vel, vt aiunt, anatomes ſub rubrica pomorum faciei, & genarum: credidit enim vir doctiſſimus Radere eam actionem, ſignificationemuè importare, quā barbitonſor exercet, nouacula pilos ad cutim ſtrictim excindens, atque tollens: quapropter dicebat explicans hoc Plinij dictum, ex duodecim tabulis, Mulieres genas ne radunto, explicans, inquio in hanc ſententiam, ne ſcilicet raſa amplius creſcat Barba; cuius tamen verbi alia eſt germana acceptio, & intellectus, veluti legere vnicuiq; licet apud Cice- B ronem lib. 2. de legib. vbi recitat hoc interdictum duodecim tabularum. Hæc ſunt Ciceronis verba. Diſcebamus etiā pueri duodecim vt carmen neceſſarium, quas iam nemo diſcit. Extenuato igitur ſumptu tribus ricinijs, & vinculis purpuræ, & decem tibicinibus tollit etiam lamentationem. Mulieres genas ne radunto, neue leſſum funeris ergò habento: Radere verò genas quid ſit, explicaſſe exactius videtur lib. 3. Tuſc. Quæſt. quando ait. Ex hac opinione ſunt illa varia, & deteſtabilia genera lugendi, pædores muliebres, lacerationes genarum, pectoris, fæminum capitis percuſſiones. Quod voluimus adnotaſſe, ne cura triſtiori vexarentur ipſi tyrones, cuius acutiſſimis ſtimulis aliquando, & aliquandiù nos quoque anxij fuimus in ſenſu expiſcando, & hæc peſſima conſuetudo à veteribus priſcis C damnata lacerandi, ſcindendi, aperiendi partem faciei iam dictam, genas ipſas vnguium acie, quod hoc vno verbo Radere indicabāt priſci, viget adhuc in fæminis noſtra tempeſtate, dum vrgentur impotentibus affectibus, vel vrgeri volunt videri; Harum enim partium laceratio, diſciſſio, apertio, quç ſunt ſubſellia pudoris, violare quodammodo videtur (& per figuram dictum ſit) ſanctiſſimum animæ ius, vel conturbari; quā re tetrius nihil poteſt excogitari. Ludouicus Arioſtus Ferrarienſis poeta celeberrimus hunc affectum lacerationem, vel raſionem Genarum doctiſſimè, ac lepidiſſimè, vt omnia vir diuini ingenij indicauit lib. 10. oct. 22. ſui poematis Rolandi, vbi loquitur de Olympia Birenum fugientem inſecuta.

E corre al mar graffiandoſi le gote,
Olympiæ lamentatio. *Preſaga, & certa hormai di ſua fortuna,* D
Si ſtraccia i crini, e il petto ſi percote.

Quam eandem lacerationem genarum tacitè indicauit lib. 24. eiuſdem poematis oct. 88. vbi ait:

Sopra il ſanguigno corpo s'abbandona,
E di copioſe lacrime lo bagna,
E ſtride sì, ch'intorno ne riſuona

E molte

A molte miglia il boſco, e la campagna,
Nè à le guancie, ne al petto ſi perdona,
Che l'vno, e l'altro non percota, e fragna.

Vbi illud verbum percutere omninò eſt referendum ad pectus. Eſt enim vnum earum lamentationum genus, quas retulit Cicero in proximè allata ſententia: alterum verò, & aliud verbum frangere pertinet ad Genas, & earum lacerationem, vel raſionem: quam intelligere voluit Propertius in ijs carminibus, quæ leguntur lib. 1. Eleg. 6. ad Tullum: *Percutere pectus, eſt lamentationis genus.*

An mihi ſit tanti doctas cognoſcere Athenas,
A *Atque Aſia veteres cernere diuitias:*
Vt mihi deducta fuerint conuiuia puppi
Cynthea, & inſanis ora notet manibus.

Quippè Genarum lacerationem, vel raſionem timebat, ne Cynthia ſibi faceret. Hoc manifeſtè magis indicauit Claudianus lib. 2. in Eutropium, ita canens.

Mentitoq; ferox incedit barbara greſſu,
Carbaſeos induta ſinus, poſt terga reductas,
Vberibus propior mordebat fibula veſtes,
Inq; orbem tereti mitra redeunte capillum
Strinxerat, & virides flaueſcere iuſſerat angues.
Aduolat, & niueis reducem complectitur vlnis,
B *Infunditq; animo furiale per oſcula virus.*
Principe quàm largo veniat, quas inde reportet
Diuitias, aſtu rabiem motura, requirit.
Ille iter ingratum, varios deflere labores,
Quos ſuper Eunuchi faſtus, quæ probra tuliſſet.
Continuo ſecat vngue genas, & tempore pandit
Arrepto gemitus.

Quæ omnia in tyronum gratiam dixiſſe voluimus, & hactenus de Malis: quod nomen ad Maxillam quoque inferiorem pertinet iam deſcriptam, veluti apparet ex Lucretij verſu:

C *Et pariter mollem Malis demittere Barbam.*

Vbi nomen Malarum intelligi debet pro regione maxillæ inferioris, cùm alioqui Malæ debeant eſſe nudatę Pilis, & leues, vbi ſunt ſecundum naturam, veluti inferius loco proprio declarare conabimur, ipſam adducentes rationem veram, quam Galenus præceptor non agnouit. Adhæc Genæ nomen indifferens eſt, atque vſurpatur ab authoribus indiſtinctè, cùm illo vſi fuerint ad palpebras oculorum indicãdas: Palpebras intelligimus nunc pilos ciliares cutaneis tectorijs oculorum inexiſtentes. nam Plinius, quantum nobis iudicare conceditur, indiſtinctè quandoq; vtitur, vtroq; nomine Palpebrarum, cùm ad indicanda cutanea tectoria oculorum, tùm ipſos pilos ciliares. Hæc voluimus adnotaſſe, non ad oſtentationem lectionis multiplicis, cui doctrina non ineſt, niſi ſenſus intelligatur, ſed potius ad turbam amouendam ex nouitiorum ingenijs etiam candidatis, quæ omnia locis poſitis Plinianis, & aliorum quoque authorum indicauimus vberiori ſtylo in capite proprio palpebrarum libri philoſophiæ noſtræ indiuidualis. Genas, Maxillam inferiorem vocari vocabulo rectè impoſito contendunt Grammatici, ſubijcientes originationis teſtimonium, quod (vt aiunt illi) Pili in ea regione generentur. Lubrica originatio. Sed his leuioribus argumentationibus conſultò interim omiſſis teneant iuuenes indifferentem harum vocum vſurpationem, ac memo- *Genæ nomẽ indifferẽter ſumptum.* *Genæ quid Grammaticis.*

(D marks the passage beginning "tionem lectionis multiplicis".)

memoriæ non pigeat eandem mandaſſe. Pertinet namque iſtius vocis cognitio ad alteram illarum cauſarum, quæ veluti anguſtiæ reddunt perceptionẽ locorum Barbę oſcuriorem. Alloquimur nunc ingenia ſtudijs verè, ac ſimpliciter addicta non autem illa inhiantia lucro, cuiuſmodi nunquàm dari vellem ſcriptis meis, niſi vt,

Virtutem videant, intabeſcantq́; relictâ.

Potior alia cauſa fortaſſe in oratione locorum Barbæ videntur eſſe termini partium illi addictarum, & ſenſibus noſtris haud ita conſpicui, ſed obſcuri, vel occulti, atque cogitatione ipſa comprehendendi.

Buccæ. Buccæ, ſeu Buccarũ iam venit declaranda, ſeu indicanda regio, aut ſedes, quam rem, niſi vt volumus, ſaltem vt poſſumus: tentabimus, legentes boni conſulant. A
Monemus principio Tyrones hanc partem cogitatione potius, quàm ſenſu cognoſci, ſi cutem ſpectes. Nam deſcribimus iſtam; non muſculos ſubſtratos, quorum cutanea ſuperficies non configuratur forma aliqua peculiari, veluti Naſus, *Buccarum termini.* Labium, Auricula, atque id generis alia. Dicam itaq; tibi Buccarum terminos, at non hos, ſed tales. Exiſtunt itaque Malæ, Genæ, Labium. Turbaberis: noui. Occaſio turbulentiæ, eſt vſurpatio illa communis nominum, & perceptionis modus qui cõtingit beneficio cogitationis, non ſenſus. Quod habeo, tibi do, ait ille. Sed Plinium audiamus, qui ab affectu corporeo hanc regionem docere conatur, & contermina parte. Hæc autem ſunt verba, quæ leguntur lib. vndecimo cap. 37. Infra malas hilaritatem, riſumq; indicãtes Buccæ. Fuerunt latini cenſus alij, qui B
Buccarum deſcriptio. Buccas ita deſcripſere: Bucca, quæ Gręcis γνάθος dicitur, vtrumq; faciei latus eſt, quod ſpiritu retento inflatur. Quæ deſcriptio innititur & ipſa accidenti Buccarum interraneo proprio, eam tamen ſi indicauere iſti viri, hoc tenuiter, obſcurè, niſi & ex parte dicas, egerunt. Omninò, ſi nos haud hallucinamur, hanc partem, non explicauere, docuere. Scitiſſima quidem eſt Ciceronis ſententia (digrediemur parumper) at fructus inerit, non pompa ocioſa tenens aciem popelli, acuet quin imò digreſſio noſtra & exercebit vires ingenij doctiorum quoque, vbi vti, nouerint. Cicero ſcribit alloquens Atticum lib. 2. de legib. in hanc ſententiam. Sed Iureconſultus ſiue erroris obijciendi cauſa, quo plura, & difficiliora ſcire videatur, ſcire quod ſimilius veri eſt, in oratione docendi. Nam non ſolum ſcire C
aliquid artis eſt, ſed quædam ars etiam docendi, ſæpè etiam quod poſitum eſt in vna cognitione, id in infinita diſpertiuntur, velut in hoc ipſo genere quam magnum illud Scæuolæ faciunt Pontifices ambo, & ijdem iuris peritiſſimi. Diſcant hinc iuuenes ſeneſq; munus docendi, vel officium non eſſe cuiusq;, non cuiusq; *Sciens differt à ſciente doctore.* ſimpliciter dixerim, populum, & patres reſpiciens reipub. ipſius litterariæ, ſed non cuiuſq; etiam ſcientis: differt enim plurimum ſciens à ſciente doctore: multi fortaſſe ſciunt, at id, quod ſciunt, docere neſciunt: plura in doctore requiruntur quàm in ipſo ſciente. Hæc autem non dixerim explicare, ſed & plenius indicare alterius eſt negocij, atque ocij longioris: noui ego eruditos quidem viros in Lyceis ambulantes, crepantes, at docere neſcientes, vtcumq́; digna cedro quædam D
pronuntient: Sciunt quidem, at neſciunt docere, verum autem ſcientis indicium eſt referente pręceptore in Metaph. docere poſſe, quibus verbis intelligebat cùm ſcientiam, tùm ſcientiæ inſinuandæ tradendæ viam: cui malo, ſi principes obuiam irent, felicius omninò ageretur, & cum ipſorum Genere principe, & cum vniuerſo mortalium grege: quæ vna eſſet via ſatis compendiaria, atque certa ſcientiarum augẽdarum, quas torpida ingenia, & veterno mollia blaterant erecta facie, at nulla fronte, eſſe abſolutas, perfectas: nihil à neotericis ſcribi, niſi ad perniciem

veterum, in quos ego Satyricum illud exclamem oportet.

O curuæ in terris animæ, & cæleſtium inanes.

Sua decempeda homines iſti metiuntur diuina opera. Contemplentur vel Platonica, vel Ariſtotelica norma, quicunq; fuerunt, ſunt, extiterint, nunquam intellexerint numerum, pondus, atque menſuram huiuſce mundi ſenſibilis, atque ſingularum eiuſdem ſpecierum, cuius portionem aliquam tentauit fortaſſe declarare Alpharabius, cùm referente Auerroe in libro, qui inſcribitur deſtructio deſtruct. Algazelis, ille ſcripſerit opus de Ordine mundi ſenſibilis, quod an ſit expertum iniuriam temporis, neſcio; illud ſcio ad manus meas librum non perueniſſe, cuius tamen lucubrationis index illuminauit valdè animum noſtrum, quemadmodum & index libri de artibus, quem refert à ſe ſcribendum Auerroes, nobis adhuc incognitus. Regrediamur in diuerticulum, nemo vnquã cognouit (quantùm pertinet ad humanam rationem, excludo afflatus diuinos) nemo inquam cognouit mundum ſenſibilem, atque eiuſdem ſpecies in menſura, numero, & pondere fabricatas, nemo cognouerit, quinimo ſemper, vt ait ille,

Alpharabij opus de ordine mundi ſenſibilis. Auerr. lib. de artib.

Semperq; aliquid erit vltrà.

Eſt ars aliquid ſcire: eſt ars ipſa docendi, quam tenent rariſſimi, qui tamen illam cognouerunt, eam & ſcribere norunt, vtinam hi ſoli ſcriberent, ſed

Tenet inſanabile multos
Scribendi cacoëtes.

Nam, vt ait idem

Scribimus indocti, doctiq; poëmata paſſim,

Dilectum ſcriptorum volo, quæro, non autem modum, ſcribant qui ſciunt ipſam rem, & eandẽ ſcribere ſciunt. Modum quærere hominis eſt non ſolùm ſe neſcientis, at Deum quoque ignorantis, & ipſam Naturam, in cuius operibus enarrandis curtum ſemper eſt ſcriptorum, & ſcribentium genus. Hæc intelligent, qui rebus, non uerbis uacant ſolertes homines, quorum genus exiſtit,

Scribere quibus conueniat.

Rara auis in terris, nigroq; ſimillima Cycno.

At repetamus intermiſſam hiſtoriam Buccarum, quam diximus ex mente cuiuſdam ſcriptoris eſſe, vtrumq; faciei latus, quod ſpiritu retento inflatur: ſed hęc deſcriptio eſt mutila, vel obſcura: Buccarum quidem regio cognoſcitur ex inflatione earundem, ſed non ſemper in tumorem ſublatis Buccis retinemus nos ipſum ſpiritum. Nam inſpiramus, & expiramus Buccis inflatis, veluti poteſt vnuſquiſq; in ſemetipſo experiri; reſpiramus namque ſecundum naturam per ipſas nares; Commodius, veluti arbitror, deſcriberentur Buccæ hoc pacto, eſſe nimirum eam cutis regionem in lateribus faciei, infra malas, ſupra mentum, inter maxillam inferiorem, atque labia poſitam, quæ riſus, vel hilaritatis eſt indicatrix, & quæ turgeſcit ſpiritu amandato à pulmonibus, vel extrinſecus recepto liberaliſſimo concluſis labijs, nihilominus naſo reſpirante: nec turbentur hominum ingenia ex tali tantaque deſcriptione, conſulant potius ipſum ſenſum, ac iudicent, an hæc omnia requirantur ad explicandas Buccas non ſimpliciter, at ex parte. Adhuc videant aliquid ne ſuperfluè dictum, aut relictum fuerit; Buccarum meminere inter Satyricos Horatius, atque Perſius clariſſimi authores, ambo deſcribentes hominem ira vehementi percitum, ac præcordijs exæſtuantibus exagitatum. Audias Horatium,

Buccarum mutila deſcriptio.

Reſpirationis via.

Buccar. vera deſcript.

Ne te morer, audi
Quo rem deducam: ſi quis Deus, en ego, dicat.
Iam faciam quod vultis: eris tu, qui modò miles

Mercator: tu Conſultus, modo ruſticus: hinc vos
Vos hinc mutatis, diſcedite partibus. Eia
Quid ſtatis? nolunt, atqui licet eſſe beatis.
Quid cauſa eſt meritò quin illis Iupiter ambas
Iratus Buccas inflet? neq; ſi fore poſthac
Tam futilem dicat, vobis vt præbeat aurem.

Deſcripſi ſentẽtiam, niſi vniuerſam, at ſaltem eam portionem, ex qua valerent ingenia elicere ſenſum abſque codicis Horatiani neceſſitate. Calumniabitur forſan aliquis ſuſ palpo hæc noſtra dicens olere Grammaticam. O miſeri ſtultitia quauis omninò ſtultiores, vbi vobis perſuadeatis abſque litterarum humanarum ſtudio, & cognitione profectum facere mediocrem, ne dicamus in ſcientijs ſummum. A

Poetas etiã legẽdos eſſe.

Sic eſt: ingenuus quiſque vir delectatus fuit aliquando hoc genere humaniorum litterarum, legant eruditiſſimos heroas noſtræ religionis Auguſtinum, Hieronymum, omitto alios conſultò & complures, qui non auxilio harum ſecularium quidem litterarum ad illum apicem eximium peruenere, ſed beneficiò grauiorum ſtudiorum, atque præſertim gratiâ Creatoris, qui haud ſunt aſpernati in ſerijs, & ſeueriſſimis ſcriptis ſuis nonnunquam huiuſmodi floſculos intermiſcere, vel ea ſaltem cauſa (nam oſtentatio procul erat de eorum ingenio) vt huiuſmodi ſęcularium ſtudiorum ſirenibus delinitos, deceptos homines proprijs veluti telis confoderent. Audias Perſium amuſe, qui mihi inter greges veſtros muſcitantes in angulo turpiter, turpis, ocioſe, detrahis, adlatras canis. B

Neſcio quid tecum graue cornicaris inepte
Nec ſclopo tumidas intendis rumpere Buccas.

Ira buccas inflat.

Experiamur, num ex hoc Grammaticiſmo, quem tu ais, valeã eruere aliquid Phyſicum, aculeos tibi daturum. Ambo hi authores dum Buccas deſcriberent, affectum iraſcibilis potentiæ exprimere voluerunt, qui ſanè affectus impotens, & vehemens, vbi vrgeat, in nonnullis Buccas inflare ſolet, quaſi nimiopere thoracicis partibus exæſtuantibus. Attamen Plinius dixit infra Malas hilaritatem, riſumq; indicantes Buccæ. An videntur tibi ſciolo iſtæc Grammaticam olere, aculeum hunc lubens, ſciens, tibi relinquo, equuleum dabit alius. Buccæ interdum conſpicuæ ſunt gratiſſimo ſpectaculo foueculæ, quam ad ſui ipſius mediam regionem obtinere interdum ſolent, altius quodammodò ſubſidente cute, quæ foſſula, vel fouecula nomine caret, nos illam Venerem Buccarum dicimus, ab amore quem ſibi conciliat hominum omnium huiuſmodi cauitas, niſi quid præter naturam contingat. Summa ſummarum nõ intelligit Buccas, vel Buccam, niſi quis animaduertat inflantes tibicines, vel conſideret, experiatur illud Satyrici. C

Venus buccarum.

Domus interea ſecura patellas
Iam lauat, & Bucca foculum excitat.

D

CAP.

CAP. VII. DE PILIS CONGENITIS, ET AGNATIS, *Barbaleſq; Pilos eſſe agnatos.*

CVM egerimus hucuſq; de locis pilorum Barbæ,nunc ad illos ip-
ſos Pilos indicandos,iuxta ea,quę ijs contingunt cùm generatim,
tùm ſpeciatim,oportet iam deuenire,vt certiùs quantum per nos
fieri poterit,dirigantur,& quaſi manuducantur ingenia legentiũ,
A vel audientium ad cognitionem Barbæ perfectiorem. Principio
Pilorum haud eſt vnum,atque ſimplex genus,veluti nemo neſcit,
atque non dixerim in corpore vniuerſo, ſed & in facie quoque ipſa,cuius cenſus
diximus eſſe iam Pilos Barbæ ſenſu indice, & iudice. Inexiſtunt ſiquidem faciei *Pili cũ additamento.*
atque ſenſibili documento maximè ſecũdum naturam Pili ſuperciliorum,& pal- *Vibriſſæ qui pili.*
pebrarum,quos ego nuncupare ſoleo pilos cum additamento,vel ciliares,vel ſu-
perciliares. Adſunt & vibriſſæ Pili inexiſtẽtes narium intrinſecæ ſuperficiei deor-
ſum ad os,& extrinſecus quandoq; propendentes, propterea conſpicui. Verun-
tamen his omiſſis, dicimus ciliares & ſuperciliares pilos ſtatim nobis conforma-
tis plenius in vtero materno dediſſe naturam : cuius veritatis illa ſunt apertiſſi-
B ma teſtimonia,& in infantibus ſecundum Naturæ ſtatos ordines ab vtero exeun- *Septimeſtris partus non eſt abortus.*
tibus apparere. Præterea & in abortibus ſeptimeſtribus,octimeſtribus,neq; abor-
tum dicimus ſeptimeſtrem,quia non ſit hoc tempus legitimum pariendi humanę
ſpeciei. Vidimus enim nos gemellos mares ſeptimeſtres,proceros,bene corpora-
tos,optimorũ viſcerum adhuc ſexagẽnarios,& erant Vicentini fratres, ex Arcio- *Septimeſtres gemelli.*
num familia,quorum vnus Ioſephus nomine erat Atrienſis Illuſtriſs. Comitis, &
Reguli Camilli Gonzagæ Nouellarienſis; cui Principi dum inſeruirem ego,Me-
dicus habui familiarem Ioſephum hanc hiſtoriam mihi narrantem,virum omni-
nò fide dignum,& voluimus cõſultò poſteritati dare hanc Vicentinorum gemel-
lorum fratrum hiſtoriam,conſulentes bono Phyſico, & Medico. Nunc reſumen-
tes filum diximus abortum ſeptimeſtrem, quia contingit, vel contingere poteſt
C fœtum nouimeſtrem exire ab vtero materno in menſe ſeptimo. Huius ordinis pi- *Pili congeniti qui.*
li vocantur congeniti. Alter eſt ordo pilorum nũcupatus poſtgenitotum, quòd hi
Pili,poſtquam puer ab vtero materno exierit,poſtq; certum ſtatum tempus appa- *Pili poſtgeniti q ſint.*
reant,atque generentur,niſi quid præter naturam contingat. Hac voce congeni-
torum Pilorum vſus eſt Plinius author non contemnendus, vel ipſius viri digni-
tate,vel hiſtorico opere multijuga rerum naturalium doctrina refertiſſimo, vnde
iſta deſumuntur. Scribit enim hic author Pilos conſiderans alios eſſe cõgenitos, *Pili Agnat.*
alios poſtgenitos,vel agnatos, hac enim voce vſus quoque fuit ad indicandos id
generis Pilos, qui non ſimul generantur cum ipſo puerulo intra vterum mater-
num, quaſi adnaſcantur Pili aliqui, non conaſcantur; adnaſcantur verò, qui *Ad præpoſitio quid ſignificet.*
D poſteà naſcuntur,ſiquidem præpoſitio Ad inter cæteras ſignificationes,quas ha-
bet,illam quoque obtinet, nonnunquàm apud Latinos, vt idem ſignificet,quod
poſt: veluti habemus,ex Grammaticis legem,vſuſque obtinuit in compoſitione
ipſum Ad, quando iungitur dictionibus ab elemento N (ſunt & aliæ literæ) in G
ipſum mutari,gratia dicunt ijdem euphoniæ, Exemplũ eſt in dictione hac agna-
tus,quę habet originem ab ipſo verbo Adnaſcor,quam dictionẽ volunt ij Gram-
matici etiam pertinere ad ea,quæ non ſunt neceſſaria: quapropter edicunt ſuis

quibuſdam legibus ea etiam agnoſci, quæ in re aliqua naſcuntur, ad eius perfectionem minimè neceſſaria, vt ſextus in manu digitus: qui ſenſus vbi exiſtũ verus, non eſt nobis nunc accipiendus. Hac eadem voce vtuntur etiam Iureconſulti in gentilitate diſtinguenda, & qui ſint apud illos agnati, vnuſquiſq; videre poteſt. Certum illud ſit, agnatos pilos nunc eodem ſenſu accipi, quo & poſtgenitos, vtrumq; ordinem pilorum vidit Ariſtoteles ab ipſo ſenſu admonitus temporis differentiam intelligente, & alios dixit Pilos συγγενεῖς, alios verò ὑστερογενεῖς: quem fortaſſe Plinius reſpiciens ita interpretatus eſt: nam ab ipſo Ariſtot. multa A
deſumpſiſſe eorum, quæ leguntur in hiſtoria animalium, & in proprios hiſtoriarũ libros tranſtuliſſe certum eſt, atque manifeſtò conſtat omnibus in horũ virorum lectione acriter, & memoriter verſatis. Dixit Plinius lib. 11. cap. 39. Pili in homine partim ſimul, partim poſtea gignuntur. Congeniti autem non deſinunt ſicut nec fœminis magnoperè. Atque paulò inferius. Quibuſdam poſtgeniti viris ſpõte non gignuntur. Mox nonnullis interpoſitis ait. Libidinoſis congeniti maturius defluunt: agnati celerius recreſcunt. Vbi ex ipſo ſenſu cognoſcere licet vnicuiq; ſana mente conſideranti, agnatos pilos idem eſſe, atque poſtgenitos: nam hos inuicem comparat. Quam interpretationem Plinianam vir eximiæ volũtatis Theodorus Gaza in Ariſtotelicorum librorum interpretatione lucubrãda, cui propterea debet plurimum ætas noſtra, poſteriq;, ipſi debuerint non ſequitur omninò. B
Scribit hic vir, Ariſt. vertens in hanc ſententiam: Pili in homine animalium omnium vno partim ſimul, partim poſtea per ætates gignuntur. Congeniti ſunt pili capitis, & ſuperciliorum, & palpebrarum, poſtgeniti, pubis primum, mox alarum, poſtremò menti. Hæc leguntur in tertio lib. hiſt. anima. cap. 11. Quæ verò de pilis poſtgenitis ſub nomine agnatorum pilorum ſcribens Plinius à præceptore tranſtulit, ponuntur in eodem loco iuxta finem capitis iam dicti à Theodoro ita vertente. Libidinoſis Pili congeniti maturius defluunt, poſtgeniti celerius ſeſe promunt, Græcus autem cõtextus ſic habet: Ῥέουσι δὲ μᾶλλον αἱ τρίχες τοῖς ἀφροδισιαστικοῖς, αἱ συγγενεῖς, αἱ δὲ ὑστερογενεῖς γίνονται θᾶττον. Quæ verba poſteriora, ſeu dictiones idem ſonant, ac generantur celerius: quod (ipſis de Pilis poſtgenitis C
intelligito) Plinius vertit γίνονται recreſcunt, Gaza vertit, promunt ſeſe. Quis horũ caſtitati Ariſtotelicæ dictionis, vel puritati propior acceſſerit, cenſeãt Scaligeriana ingenia, vtinam legiſſemus Iul. Cæſ. Scaliger. cõmentaria in hoſce libros Ariſtot. de hiſt. animal. quæ ipſe citat à ſe conſcripta fuiſſe. quantis & qualibus ex anguſtijs liberarẽtur homines philoſophantes, næ hoc licet conijcere ex Scaligeri commentarijs, & animaduerſionibus in ſex libros de cauſis plantarũ Theophraſti editis, in quibus heros clariſſimus oſtendit ſeſe omninò Cæſarem eſſe, atque regnare Auguſtum in vtroq; idiomate Græco, Latino, præterea & in ſcientiarum encyclopedia: quapropter non poſſum nõ dolere, atque ingemiſcere talem tantamq; iacturam, ſeu damnum, quod vniuerſa patitur reſpublica Phyſica, & Me- D
dica Latinorum ex tam vaſtiori comperendinatione cudendi hoſce commentarios: audite, qui legitis, intelligite, quę ſcripſerit clariſſimus noſtri temporis Ioan. Crato à Craffthcim Archiatrus Cæſareus Ioſepho Scaligero Iulij Cæſaris filio. Cum Ariſt. ingenio, ſi quis verè certauit, & laudem tulit, à patre tuo hoc factum. Eum igitur apicem philoſophiæ attigit, ad quem aſpirare magis, quam peruenire mediocribus ingenijs conceditur. Quæ ſi extarent, haberemus fortè in Ariſtotelem ea haud dubiè commentaria, quæ, & ſummi Philoſophi ſenſum exprimerent, & totius naturæ veram effigiem repręſentarent.

Pili congeniti, & poſtgeniti vt differant.

Iul. Scalig. ſcripſit com. in lib. Ariſt. de hiſt. Animal.

A te autem peto, vt commentarios in libros Ariſtotelis de animalibus diuulges, & Robertum Conſtantinum virum doctiſſimum ſeriè horteris, id quod & nūc publicè multorum precibus adductus facio, vt caſtigationes in libros Theophraſti de plantarum hiſtoria exprimendas potius quam diutius ſupprimendas putet. Hactenus Crato. Nunc appello, rogo iterum ego te ò Ioſephe, audiat me Auguſta gens veſtra, ipſe Cæſar pater audiat, ſupplex quoque rogo, cures omni diligentia, Latium hoc tibi debeat munus tale: ſed quid aio ego Latium, vniuerſa Latinorum reſpublica phyſicorum, cura vt huiuſmodi cōmentaria, ſed & reliqua opera patris edantur, atque ad nos tranſmittantur. Nunquam mihi perſuadeo degenerare potuiſſe quenquam ex Scaligera gente à ſolo, & cælo latino, ſed proſequamur, hoc vnum admonentes, cùm nunquam in hoc opere noſtro poſituri ſimus contextum Græcorum authorum, oportere qui legerint, aut audiuerint illum adire ſat habeant, hoc ſemel à me illis fuiſſe indicatum in ipſo totius operis veſtibulo; afferam ſemper duntaxat orationem Latinam, & nomen interpretis, niſi aliquando me tranſuerſum agat ſcribendi impetus, calor, & ardor, qui ſuperat omnem velocitatem manus huiuſce meæ. Nunc Pilorum congenitorum, & agnatorum ſequentes hiſtoriam, & inter horum nonnullos pilum Barbæ ponentes proſequamur. Quod autem Pilus barbalis ſit agnatus, nemo non nouit, quia ſenſus hanc veritatem docet, multò enim diutius poſt exitum ab vtero materno is Pilus apparet, cuius ne veſtigium aliquod tenue prius extabat, niſi quid præter naturam contingat, quod rei nunquam audiuimus, aut vidimus contigiſſe, licet multa de monſtris humanis, & audiuerimus, & legerimus, præter illum Puerum ab Hieronymo Cardano allatū, cuius verba ponentur ad cap. finem, modo ſi quis exiſtat, qui aliquo pacto habuerit puerum ab vtero matris exiſſe barbatum, & barbatum ſimpliciter iuxta leges Barbæ proprias, quam videmus in hominibus: is in medium proferat, doceat remp. litterariam, & hoc eſſet monſtrum temporarium, vt ego dicere ſoleo in doctrina mea de monſtris per cauſam finalem: dicitur verò temporarium, quia tempus natura conſtitutum anteuertat, breuiter iuxta differentiam temporis: veruntamen iſtæc preſſius definire ſunt alterius negocij, quemadmodum & illa propoſitio, quam ſcribit Pręceptor, loca ſcilicet quibus pili proueniant, totidem eſſe congenitis deputata, quot poſtgenitis, de qua agetur à nobis in Phyſiologia vniuerſali Pilorum: interim obiter admonemus iuniores de congenitis Pilis locutum fuiſſe Ariſtotelem ſectione quarta problemate decimonono, quo in loco refert ſeſe ad libros de animalibus, vt admoneantur etiam hoc teſtimonio, qui negant ex recentioribus, hos eſſe Ariſtotelis libros, quos aſſeruit Sabinus Medicus referente Galeno, & ipſemet Galenus ſubſcripſit pluribus in locis præter alia eiuſdem Ariſtotelis teſtimonia. Nunc his poſitis ſcilicet: Barbam eſſe in cenſu poſtgenitorum, vel agnatorum pilorum, reliquum eſt docere non ſimpliciter, at quadantenus tempus enaſcendi conſtitutum, ac præfinitum eſſe, in cuius rei veritatem ipſa teſtimonia Plotini, T. Lucretij Cari poetę referre non pigebit. Hic enim lib. 5. ſui poematis phyſici ita canebat:

Pilum Barbæ eſſe agnatum.

Monſtrum Barbatum temporariū.

Libri probl. Ariſt. ſunt Ariſtot.

Barba habet præfinitum naſcendi tempus.

Teſtimoniū T. Luc. Cari.

A B C D

Nec tamen illud in his rebus mirabile debet
Eſſe, quod hæc ignis tam certo tempore poſſint
Semina confluere, & Solis reparare nitorem:
Multa videmus enim certo quæ tempore fiunt
Omnibus in rebus: floreſcunt tempore certo
Arbuſta & certo demittunt tempore florem,
Nec minus incerto dentes cadere imperat ætas

Tempore, & impubem molli pubeſcere veſte,
Et pariter mollem malis demittere Barbam
Fulmina poſtremò, nix, imber, nubila, venti
Non minus in certis fiunt in partibus anni,
*Namq; vbi ſic * fuerunt cauſarum exordia prima*
Atque ita res mundi cecidere ab origine prima:
** Conſequa natura eſt iam rerum ex ordine certo.*

** Fuerint.*

** Conſequitur quodq; eſt.*

Plotini ſententia de certo pilorum barbal. tempore.

Hiſce Pilis Barbalibus non fuiſſe promiſcuum, & indifferens tempus naſcendi tributum ab ipſa natura omnium architectatrice, quin immò certum definitum, atque peculiare conſtitutum fuiſſe docuit etiam Plotinus vir clariſſimus, & dogmatis Platonici ſectator eximius: Is enim lib. 3. Ennead. 4. cap. 15. in hanc ſententiam ſcribebat Ficino interprete. Quod igitur de ineuitabili lege diuinoq; iudicio dicitur, ſic in natura conſiſtit, continente atque imperāte, vt vnumquodque procedat ordine, ad quod factum eſt vnumquodq; ſimulacrum prælectionis, affectionisq; principalis. Eſtque illa vniuerſa animæ ſpecies illi congrua, & propinqua, erga quod in ſe concipit affectionem, ſpectatque ad illud, quod tunc mittit, quò oportet, & introducit, non quidem vt eat tūc in corpus, vel in corpus tale, ſed quando præſcriptus iam inſtat terminus animæ, velut vltrà deſcendūt, quò oportet, & intrant: ſtat enim ſua cuique dies, qua deniq; imminente quaſi citante præcone labuntur, corpusq; ſibi congruum intrant, atque fermè perinde ſe habent, ac ſi Magorum viribus tractibusq; potentibus moueantur, atque ferantur. Præterea ſic ſe habent, ſicut in quolibet viuentis totius perficitur diſpenſatio, mouens ſcilicet certo quolibet tempore, atque producēs velut pilos, & Barbam, cornuaq; ſimiliter: & certo quodam tempore ad talia quædam impetus, atque vigores: Item flores in plantis nequaquam antea germinantes, cæteraq; in his ſimiliter ordinatis quibuſdam regulis diſtributa. Cuiuſmodi ferè ſententiam repetit lib. 4. Ennead. 4. cap. 11. vbi ait ex verſione eiuſdem Ficini. Eſt enim gubernatio mundi tanquam animalis vnius, ſed hæc ipſa gubernatio animalis partim tractat extrinſecus, atque partes, partim verò ab intrinſeco regit, atque principio. Medicus quidem incipiens ab extrinſeco, per parteſq; procedens incedit ſæpè dubius, & conſultat. Natura verò cùm ab intimo ducat principio, conſultatione non indiget: oportet autem mundi totius gubernationem, atque gubernatorem in diſpenſando non medici, ſed Naturæ more procedere. Multò verò magis illic ſeruari ſimplicitatem, quo magis ibi intus comprehenſa ſunt omnia, velut animalis vnius membra, omnes namq; naturas vna natura complectitur, reliquæ verò ſequuntur dependentes inde & prodeuntes; atque ita quaſi pullulantes, quemadmodum naturæ ramorum ab ipſa arboris vniuerſa natura. Quænam igitur ratiocinatio, vel numeratio, vel memoria? quum adſit Sapientia ſemper & agat, & dominetur, atque ſemper eodem tenore gubernet. Non enim ex eo, quòd varia ſunt, & diuerſa, quę fiunt, putandum eſt etiam effectorem cum ipſis eorum quæ fiunt, mutationibus habere communionem. Quatenus enim varia ſunt, quæ fiunt, eatenus effector ipſe eodem tenore conſiſtit. Multa enim ſunt quæ gignuntur in vnoquoq; etiam animalium naturaliter, neque ſimul omnia; Diuerſæ ſimul ætates, & in certis temporibus germinationes certæ velut cornuum, Barbæ, papillarum, item augmenta certa, floreſq; ætatis: rurſus præſcripta propagatio prolis, qua generantur alia, prioribus interim ſeminarijs rationibus nequaquam deficientibus, ſed alijs præterea genitis. Nouerint, qui legunt, vtramq; Plotini ſententiam conſultò fuiſſe à nobis relatam non fucum aliquem vanæ oſtentationis,

Medicus contrà, ac Natura agit.

Autor cur Plotini ſententiā de Pilor. Barbal. tempore citarit?

A B C D

at rei veritatem ipſius,ac certiorem,planioremq; notitiam reſpicientibus. Arbitramur nos Plotinum declarare legem diuinam animis inſitam ex œconomia naturæ particularis,nimirum diſpenſatione illa,& adminiſtratione,quæ in quolibet viuentis totius perficitur. Argumenta namque ducit Plotinus à tempore præſcripto,quod apparet ſenſui in animalibus: à tempore,inquam,præſcripto Pilorum, Barbæ,cornuum,atque in uegetalium nonnullorum genere floris eorumdem,volens hæc omnia,quæ ſucceſſu progredientis temporis apparent, conſummantur in entibus particularibus obnoxia eſſe regulis certis à naturæ peculiaris imperio promanantibus. Nec mirum ſi hanc analogiam teneat, cùm dixerit paulò ſuperiùs entia particularia eſſe, quaſi exiguos quoſdam mundos, & hæc eſt prioris ſumma ſententia. Quæ ſequitur,illam Ficinius ita exponit: Qua proportione ſingulę naturæ partium ſingularum in quolibet viuente dependent ab vna quadam viuentis totius natura communi, eadem omnes mundanæ naturæ ab vna totius communi mundi natura. Declarat (hoc nos iunioribus dandum cenſemus) mundi gubernationem ex gubernatione entis, vel animalis vnius, in quo conſiderat numerum eorum,quæ generantur,præterea tempus eorum quæ generantur,ſubijciens in exemplum cornua,Barbam,papillas. Hinc apparet Heroem id generis Platonicum cenſuiſſe pilos Barbę non eſſe parui faciendos,quin imò plurimi æſtimandos,quando ab ijſdem analogię duxerit argumentum in declarationem mundi totius,nec erronea eſt analogia: nam & hi pili quemadmodum & reliquæ corporis partes ab anima,ſeu facultate formatrice, quam diuinam omnes fermè veteres aſſeruere,fiunt,oriuntur,eiuſq; imperio ſubiacent ac dictaturæ,veluti demonſtraturos eſſe ſperamus,vbi ocium detur exarandi commentarium de cauſa efficiente eorundem, cuius cõmentarij ſemina,& ſchema tenemus in diarijs noſtrorum ſtudiorum. Pilus itaque Barbalis eſt in cenſu poſtgenitorum, ſeu agnatorum,non incerto,at certo potius tempore prodeuntium, notam verò magis peculiarem huiuſce temporis docere conabimur ſuo loco: admonebimus interim hos pilos reſpexiſſe Perſium Saty.4. ita canentem.

Expoſitio Autoris ad loca Ploti. A *Plotinus pilos Barbæ magni fecit* B *Pilus Barbalis in quo cenſu.*

Rem populi tractas? Barbatum hoc crede magiſtrum
Dicere, ſorbitio tollit quem dira Cicutæ,
C *Quo fretus? dic hoc magni pupille Pericli.*
Scilicet ingenium, & rerum prudentia velox
Ante pilos venit, dicenda tacendaq; calles.

Qui locus etſi à Poeta ſit pronunciatus,attamen phyſicus merus,merus eſt:quapropter illum Grammatici nequeunt explicare, niſi ſecundum proprias leges, ſenſum autem verum intereſt phyſici aſſerere. Nos itaque dicimus Pilos id generis eſſe Barbam, conijcientes ex eodemmet Perſio agente de ingenio, & prudentia,quæ ſecundum naturam viget,quando anima rationalis vigere incipit, quod contingit circiter annum trigeſimum quintum, oſtendente tunc illa peculiare quidpiam ſui roboris inditium veluti habemus ex Platonis ſententia, atque Ariſtotelis: hoc ſcribente in Eticis,& Politicis,illo verò in libris de legibus, D quæ ratio potiſſima fuit,cur philoſophum profitentes alerent Barbam, atq; ſummitterent, ita ſymbolum corporeum animi ſapientis, vel ſapientię incumbentis dare inſpicientibus volentes, iuxta quem ſenſum intelligere quoque oportet, (licet aliter ſentire videatur grauiſſimus quidam Autor) Iuuenalis dictum illud.

Perſius explicatur. *Barbã qui alerent.*

Credebant hoc grande nefas, & morte piandum
Si iuuenis vetulo non aſſurexerat, & ſi
Barbato cuicumq; puer: licet ipſe videret

Plura

Plura Domi farra, & maioris glandis aceruos.

Monſtrum pueri Barbati.

Relinquitur modo hîc ſubiungere verba Hieronymi Cardani, quæ ſcripta reliquit ipſi poſteritati, & in ſuperiore oratione noſtra loco proprio diximus à nobis fore deſcribenda, hæc verò talia exiſtunt. Conſtantij tempore natus infans, duplici ore duobus dentibus, quatuor oculis, duabus exiguis auribus, Barbaq; .

CAP. VIII. DE PILORVM, ET BARBAE EXORTV, *perfectione, & declinatione.*

Autoris lib. de ſemicirculo humanarũ ætatũ.

Autoris opinio de generationis abſolutione.

SVMIMVS adhûc ex Phyſiologia noſtra Pilorum, quod commune eſt non ſolùm vniuerſis viuentibus, nempè animalibus, & plã- A
tis, ſed eorum quoque partibus: nimirum quod ait Salluſtius in hiſtorijs orta occidunt, & aucta ſeneſcunt. Viuentia enim omnia (loquimur ſemper de mundo ſenſibili) ſemicirculum agunt, (quod per figuram dictum ſit) veluti declarare ſategimus in opere noſtro ad ætatum cognitionem, vel declarationem conſcripto, cuius eſt index ſemicirculus humanarum ætatum. Omnia viuentia, & illorum partes oriuntur, abſoluuntur, declinant, intereunt. Veruntamen iſtæc intelligere non adeò promptũm fortaſſe exiſtit, quemadmodum ſibi perſuadent nonnulli, præterea neque facilè contingit docuiſſe: pertinent enim iam dicta à nobis quà ad ſenſum, quà ad intellectum; nam omninò niſi ſecundum totum, at ſaltem ſecundum partem B
tranſcenſa per cogitationem omni viſibili eſſentia pergere oportet ad ea, quæ ſola Mentis agitatione percipiuntur. Exempla declarant, ſed non vſquequaq;: arbos, homo fit, vel oritur, abſoluitur, declinat, moritur. Motus duplex eſt, à non eſſe ad eſſe (Romani concedant interim hæc ſcholarum, niſi fori nomina) & ab eſſe ad non eſſe. Ortus & interitus ambo extrema latent aliquatenus, vbi punctum reſpicias: nullius enim rei habemus cognitionem punctualem, nam quod eſt exiguum, vix animaduertitur à ſenſibus, & quod exigui momentum eſt, minutula ſcilicet portio, non percipitur à ſenſibus, cui veritati ſubſcribunt ferè Doctores omnes. Motus ad abſolutionem conſequendam, & motus ab ipſa iam abſolutionis conſummatione ad interitum ambo patent ſenſui: nam diutini ſunt motus, C
& aliqua ſenſus obiecta interponuntur, vel occurrunt in vtroq; motu cognito. Nec turbentur hominum ingenia, quia non meminerimus ipſum ſtatum, confinium nempè illud, quod vtrumq; motum interiacet, aſcenſus, deſcenſus, illius ad conſequendam abſolutionem, huius ab ipſa abſolutionis conſummatione, ſiquidem prætermiſſum eſt à nobis conſultò, nam eſt indiuiſibile punctuale, ac ſola mẽtis agitatione percipitur. Fateor ingenuè neſcire me, quibus opportunioribus verbis, & orationibus declarare valeam quod ſentio: non deſunt ſimilitudines à natura, & ab arte petendæ, at non ſatisfaciunt genio, quia & à gregaria opinione longè abſum, argumento ſit, quod nunc ſum dicturus. Opinantur Phyſici hominis generationem intra vterum abſolui, & puerum ſeu fœtum eo tempore decurſus vterini perfici, Formatricéq; vim deſinere. Ego verò generationem diutiùs D
protrahi arbitror, & hominem tardiſſimè perfici, quo etiam tempore facultatem formatricem ceſſare exiſtimo, longeq; multos annos poſt exitum ab vtero protrahi eius generationem, tunc deſinentem, quando iam omnes numeros ſibi requiſitos obtinuerit, non omnium facultatum animæ, ſed illarum duntaxat, quæ addictæ ſunt corpori, vt indigeant eius miniſterio, & opera, à qua labe ſecedit lõgiſſimo interuallo ipſa Mens. Veruntamen impoſſibile eſt cognoſci hæc, niſi ab

his

Digitized by Google

his,qui ſeſe altius euehere poſſunt ſupra ſenſus anguſtos terminos ad auguſtos illos Naturæ intelligibilis,& qui non renunciarunt brutæ parti,iacent in huiuſmodi contemplatione, vereq; in eos illud Vergilianum dici poteſt.

—— procul ô procul eſte profani.

Sed in Pilo,niſi vt volumus, ſaltem vt quimus,declarare iſta conemur. Pilus Barbalis oritur, progreditur ortus ad ſui conſummationem, mox recedit, vel declinat ab ipſa,poſtremò occidit,emoritur.Doceamus hęc quemadmodum licet,nec falsò ſibi aliqui perſuadeant,hanc operam fruſtra à nobis fuiſſe ſuſceptam : eius namq; neceſſitatem doctrinę, quę ſequentur, veluti ſperamus,docuerint apertè. E moritur Pilus vnà cum corpore, cuius eſt pars, vel particula: quod temporis punctum ſenſui eſt occultū in parte, quin & in toto,argumento ſunt, qui elati (vt aiunt) reuixere. Hic idem naſcitur,ſed inſenſibiliter etiam,dum ſcilicet intra cutem latet omninò:quam particulam omninò haud temerè addidimus, atque illam explicare non eſt præſentis negocij,ſat eſt enim nobis nunc indicare aliquatenus hoſce motus & motuum terminos, quæ omnia pleniori ſtylo tractantur in phyſiologia communi Pilorum, referimuſq; iſta per ſuppoſitionem, quatenus videlicet auxiliari poſſunt ingenio contemplanti & inueſtiganti huius propoſitionis prædicatum finem Barbæ, quæ propoſitio eſt materia vniuerſi operis, ſcilicet Barbæ humanæ quis exiſtat finis, motus Pili ab exortu ad ſui ipſius conſummationem & alter huic oppoſitus declinatio ad interitum, ambo niſi ſimpliciter, ſaltem quadantenus patent ipſi ſenſui. Modo veniamus ad indicandum motum Pili Barbæ,ſeu barbalis progredientis ab ipſo exortu ſuperficiali cutaneo (nam de ortu intrinſeco cutaneo nunc non loquimur) ad ſui conſummationem, dein de ad motum alterum oppoſitum tranſituri. Pilus Barbalis mouetur ſenſibiliter ab exortu ad ſui ipſius conſummationem,quando tenuis eſt,paruus aut breuiculus, mollis, & albicans. Hęc vox ſeu dictio poſtremò addita quatenus pertinet ad ſignificationem, & neceſſitatem: rogamus legentes, vt ęquo non ſummo iure accipiant. Ego quod ingenuè fateri poſſum, quotquot Pilos inchoantes, obſeruare potui, illos cognoui ſemper albicare,niſi quid præter naturam cōtingat aut ſimpliciter,aut regionis,& hoc eſt neceſſitatis.Quod verò eſt dictionis, & pertinet ad ſignificationem,colorem inchoati, ſeu inchoantis Pili,voce oportuniori qua ſignificem, hucuſq; ignoro· cenſores addant, nam hoc eſt ipſorum officij. Certum eſt Pilos dum progrediuntur,vel mouentur ij,ab exortu ad ſui ipſius conſummationem,& breuiculos eſſe,præterea tenuiſſimos;exiſtant nec ne tenelli, molles,propter ſubſtantiæ modum, vel quantitatis dimenſionem ſi qui ſunt dijudicare volentes,& valentes, hæc illorum ſubijcimus cenſuræ libenter. Omninò conſtat Pilos tunc eſſe conſummatos, vel abſolutionem fuiſſe conſecutos, quando iam obtinuere peculiares,atque ſibi proprias differentias quantitatis,& qualitatis: nimirum vbi iam facti ſint vel euaſerint longiores, craſſiores, duriores,& illius coloris,quem proprium habent,in ętate virili,atque ſecundum naturam. Hic motus quòd eſt veluti inchoamentum, ſeu inchoatio, rudimentum, ac tyrocinium meditatioq; ſenſilis Pilorum, patet cùm ratione pluriū obiectorum ſenſus,tùm ratione temporis longioris, quod percurrit,vel tranſigit Pilus ſub his obiectis, nempè tenuitate,breuitate,mollitie,atque,ſi licet,albedine.Romani homines Pilorum Barbalium huiuſmodi inchoationem tranſlatitia dictione ſignificarunt, Lanuginem dicentes,veluti,ſi vera ſentimus,lanulam ſeu lanam puſillam dicere volentes, niſi origo ſit à compoſito nomine,quod eſt, ago & lana,quaſi lanam ago:hanc lepidiſſimus poeta Martialis ſignificanter innuit, canens lib. 10.

Tam

Margin: A; *Pilus quādo emoritur.*; *Phyſiologia Pilorū lib. Autoris.*; B; *Motus pilor. barbæ.*; C; *Pili quādo conſūmati.*; D; *Lanugo cur barbæ initium dictum.*

Tam dubia eſt Lanugo tibi, tam mollis, vt illam
Halitus, & Soles, & leuis aura terat.
Celantur ſimili ventura Cydonia lana,
Pollice virgineo, quæ ſpoliata nitent.
Fortius impreſſi quoties tibi baſia quinq;
Barbatus labris Dyndime fio tuis.

Ex qua ludicra Martialis cantiuncula intelligimus primum Barbæ inchoamentum, ſeu inchoationem (loquimur ſemper de externa) dum inter natales proprios, & ſenſiles adhuc obuerſatur, & agit rudimenta Pilus Barbalis, habere multiplicē conditionem: ſcilicet Mollicici, Tenuitatis, Breuitatis, Candoris, declarat hæc omnia Martialis exemplo à Cydonijs petito, quam ſententiam rerum hortenſium periti ſatis intelligunt. Hanc pilorum poſtgenitorum, & Barbalium eruptionem primam ſatis eleganter florem dixere, Poetę veluti legimus apud Virg. lib. 8. dum refert Euandri ſententiam colloquentis cum hoſpite Aenea: A

Flos pro Barbæ principio.

Dixerat Aeneas, ille os oculosq; loquentis
Iandudum, & totum luſtrabat lumine corpus.
Tunc ſic pauca refert: vt te fortiſſime Teucrum
Accipio, agnoſcoq; libens: vt verba Parentis,
Et vocem Anchiſæ magni, vultumq; recordor:
Nam memini Heſiones viſentem regna ſororis
Laomedontiadem Priamum Salamina petentem B
Protinus Arcadiæ gelidos inuiſere fines.
Tum mihi prima genas veſtibat flore iuuenta:
Mirabarq; duces Teucros, mirabar & ipſum
Laomedontiadem, ſed cunctis altior ibat
Anchiſes, mihi mens iuuenili ardebat amore
Compellare virum, & dextra coniungere dextram.

Si qui ſunt à Muſis adeò alieni, vt ægrè ferant nos retuliſſe vniuerſam Poetæ ſententiam, cùm vnum duntaxat carmen ſuffeciſſe illis videretur, nouerint ij me plebeculæ nunc non ſcribere, cuiuſmodi homunciones libenter ſubmouerem à lectione mearum vigiliarum: ſed multi legunt, perpauci omninò intelligunt. Argumento ſit latere in relatis carminibus philoſophiam egregiam, præſertim indiuidualem vtrāque & capitis, & vocis, quam nos alibi explicare commentario proprio ſategimus, vtinam ſufficienter. Exerceant ſeſe ingenia doctiora, nam hoc non intelligunt ipſa pedaria, atque ex triuio ingenia. Claudianus Poeta inchoationem horum Pilorum Barbalium hiſce carminibus deſcribebat, in libro de Probini, & Olibri fratrum conſulatu. C

Autor opus ſcripſit de indiuidualite capitis, & vocis.

—— Primordia veſtra
Vix pauci meruere ſenes, metasq; tenetis.
Ante genas dulces quam flos iuuenilis inumbret
Oraq; ridenti lanugine veſtiat ætas.

Statius ſecundo Syluar. in Epicedio, quod conſcripſit in Glauciam Melioris deplorans mortem pueri præproperam, circunſcribit lanuginem epitheto honoris, eiuſque carmina hæc ſunt. D

Lanugo honos dicta.

Nil veris affingo Bonis, heu lactea colla
Brachiaq;, & nunquam domini ſine pondere ceruix.
O vbi ventura ſpes non longinqua iuuenta
Atque Genis optatus honos? iurataq; multum

Barba

Barba tibi? cunctæ in cineres grauis intulit hora.
Hoſtiliſq; dies. Nobis meminiſſe relictum.

Quid ſit iurata Barba ſatis intelligunt, qui legerunt Auguſtinũ de Ciuit. Dei ſexto cap. 1. vbi loquitur de Fortuna barbata, cui ſupplices vota dare conſuerãt, vel Ephæbi, vel eorum alumni, ſibi aut illis precantes vitam longæuam, & Barbam ſpecioſam. Quæ voluimus dixiſſe in gratiam iuniorum. Nunc ſeriem orationis reſumentes dicimus motum Pili Barbæ ab exortu extrinſeco ad ſui ipſius conſummationem eſſe ſenſibilem. Nam ſenſus dijudicare poteſt eundem propter obiecta plura, quæ recipit, & ſub quibus apparet Pilus Barbalis, ac propter longitudinem temporis, quod protrahit in ſui ipſius natalibus extrinſecis, nam verus Pili exortus intra cutis ipſam latet ſubſtantiam poſitus, quemadmodum alibi dictum eſt. Alter huic iam oppoſitus motus, qui eſt à cõſummatione, vel abſolutione Pili ad interitum, & declinatio nuncupatur à nobis, ſiue deſcenſus, patet ſenſibiliter beneficio coloris mutati, quæ coloris mutatio canities dicitur, & huiuſmodi colorem vbi Pilus obtinuerit, eum nos Pilum cadauerosum dicere ſolemus, non quod emortuus iam ſit Pilus, ſed quia prænuncius exiſtat iamiam futuri cadaueris. Promanat enim color hic à calore innato declinante, veluti pluribus in locis Ariſtoteles præceptor doctiſſimè nobis teſtatum reliquit. Hãc metaphoram duriores critici, & cynico tabo fluentes, veluti nouam, atro ſignabunt calculo expungendam: adeò ſibi fauet, atque regnat lutulentus hic grex homuncionum, ſed prudens conſilium fuerit Cerberos id generis conſopitos non excitare; offas enim non habemus. Admonentor legentes loqui nos hic de canicie naturali, non autem de morboſa, quæ plurimis intra diem quoque contigit propter vehementem animi paſſionẽ, veluti legimus hiſtor. à Scalig. in Exercit. ad Cardan. recitatam ſub Franciſco Gonzaga Mantuę Principe. Is affinem ſuum ſuſpectum coniurationis cùm in turri portæ Cæſareæ ad quęſtionem, aut ſupplicium ſeruari iuſſiſſet, nunciatum eſt manè totum repentè canum factum, quod quaſi prodigium flexit principis animum, qui ei propterea & veniæ & vitæ fecit gratiam. Canities adhuc alia eſt regionalis, de qua non loquimur, ſi vera ſunt, quæ leguntur apud Aul. Gellium lib. 9. cap. 4. vbi verba facit de Barbararum gentium prodigioſis miraculis, quæ forſan vera eſſe poſſe ſuadent peregrinationum hiſtoriæ: breuiter dicimus interea nos hic de canitie ætatiua, ſeu ætatili (ſi licet per latij ſermonis cenſores hoc verbo vti) quam nempè inuehit, ſeu adducit canitiem ætas decrepitæ proxima in corpore ſecundum naturam conſtituto, & ſecundum Naturę ſtatas leges alterato. Huius caniciei tempus ex præceptore Ariſtotele ſubiunxiſſe non pigebit. Scribit lib. 3. de hiſt. cap. 11. generatim de canitie in hanc ſententiam Gaza interprete. Mutatur color pilorum in ſenectute, candidiq; pili efficiuntur in hominibus, quod vel cæteris animalibus accidit, ſed nõ ſatis apertè, præterquàm in equo. Et paulò inferius: Tempora hominum & partes primores quàm poſteriores celerius canitiem ſentiunt. Mox ait, pubes nouiſſimè caneſcit. Et lib. 5. de gener. Animal. cap. 1. ſcripſit in hanc ſententiam. Mutationes per ætatem aliæ omnibus æquè animalibus veniunt, aliæ contrà, vt in uocis coloriſq; Pilorum ratione videre licet. Cùm enim cætera nõ caneſcant manifeſtò in ſenectute, homo maximè omnium ita afficitur, & capite 3. eiuſdem lib. Viri procedente ætate caluì euadunt, necnon capite homines ſeneſcentes caneſcunt, quod nulli ferè ex cęteris animalibus accidit manifeſtè, quamuis equus euidentiùs, quàm cætera ita afficiatur: caneſcunt primò temporibus. Et cap. 4. eiuſdem lib. Aetatis vero illa canities inopia & exilitate caloris contrahitur. Omnis enim ætas labitur in frigiditatem

Iurata Barba.

Motus pili à cõſummatione.

Pilus cadauerosus.

Canities eſt dupl. ord.

Canities morboſa.

Canities ætatiua.

Canit. tps.

Idem ſenſit Clem. Alexandr. Lib. Pedagog.

ditatē, cùm iam corpus inclinat, & cōſeneſcit. Senectus autē frigida eſt & ſicca. Conſtat itaque canitiem eſſe indicium caloris innati iam declinantis, quam notam primò ſentiunt non abſque ratione partes illæ, quæ minimam portionem huius caloris innati tenent, quales exiſtunt pili, quæ tamen portio caloris tanta eſt, vel talis, quanta vel qualis conuenit illorum naturæ. Dicuntur autē Pili exiguam portionem caloris innati obtinere, nō conſideratione facta iuxta naturæ propriæ characterem, ſed collatione ad partes alias facta, quæ ſenſibiliter calorem in ſeſe obtinent innatum, ſenſibiliter inquam, nam is eſt noſtro ſenſui conſpicuus. Nec rideant laruæ Phyſicorum ſi dixerimus Pilos calere calore innato, deſtruentes hanc propoſitionem, quia non ſentiatur: nam & calor dentium, & plantarum noſtro ſenſui non eſt manifeſtus, attamen hæc viuunt, & vitam agunt beneficio caloris genitalis innati, ſed hæc pertinent ad phyſiologiam Pilorum, quó in loco noſtram aſſeuerare conabimur opinionē, ſubiungētes caneſcere pilos, non à radice incipere, ſed à parte ſui poſtrema, ſeu extrinſeca veluti docet ſenſus experientia, & annotauit præceptor Ariſt. lib. 3. de Anim. cap. 11. vbi Gaza interprete dicebat. Candeſcunt Pili à parte ſui poſtrema, nempè qua deſinunt forinſecus in apicem. Cùm hæc iam ſcripſiſſemus, venit in mentem latius eſſe pro iunioribus, ac ijs, qui contemplationi minus idoneas ingenij vires obtinuere, vel corpore, vel vſu inepti, ſecludere ab eiuſcemodi inſtituta Pili conſideratione duo, nimirum exortum illum latentem cutaneum, & interitum Pili: hæc enim ambo ſenſus non attingit, ſed mens analogię cuiuſdam ſimulacro. Dicemus itaque pili Barbæ triplicē eſſe, ac ſenſui ſatis cōſpicuā, cōditionē, Exortū, Perfectionē, & Declinationē. Exortus pili Barbæ (quē translatitijs vocibus nuncupare forſan poſſemus infantiam, & pueritiam nominibus ab ætatibus quas vocant deſumptis) eſt, dum obtinet, vel omnes vel aliquas ex iam dictis conditionibus, Mollitie, Tenuitate, Breuitate, Albedine. Tempus quoddam certum huic infantiæ principio, ſeu inchoationi Barbæ à natura conſtitutum fuiſſe vnuſquiſq; iure ſibi perſuadeat, ſiquidem Natura ſapientiæ diuinæ ſimulacrum cuncta certis dimetitur regulis, & omnia conſtituit in pondere, numero, & menſura. Veruntamen quamdiù perduret, aſſerere non audemus. Hæc enim ſunt obſeruanda ſenſu duce, & diutius, id autem hactenus præſtare nequiuimus, difficultatem auget in hac obſeruatione facienda indiuiduorum varietas: ſiquidem vnicuiq; indiuiduo ſua debet eſſe cōſtituta, ac peculiaris temporis norma, ſub quo Pilus decurrit hanc ſuam infantiam, nec iniuria vnicuiq; indiuiduo datum eſt certum, ac peculiare temporis curriculum, & ſpacium, in quo conſiſtit pilus lanuginoſus, vbi conſideremus peculiarem, & certam caloris naturalis portionem, vel naturam vnicuiq; fuiſſe tributam, quo veluti organo vtitur Facultas Formatrix ad partium corporearum conformationem, atque totius non ſolùm Specificam, vt dicimus nos, ſed & Indiuidualem: quorum terminorum doctrinam explicabimus in opere noſtro de Philoſophia indiuiduali, ſi Deo placuerit. Alterum quod ſuadet, eſt connata varietas, quæ ſenſibiliter inexiſtit naturæ humanæ, quam connatam varietatē vniuerſam, & eius finalem cauſam alibi declarare conati ſumus. Veruntamen his omiſſis, quę ſunt alterius negocij ad ipſa delati rerum affinitate dicamus primā conditionem pilorum Barbæ eſſe lanuginem, quod & principium, & infantiam huiuſce pili Barbalis nuncupamus, quemadmodum inchoationem, & rudimentum atque natales peculiaribus ijs quaternis notis conſpicuos, nempè mollitie, tenuitate, breuitate, albedine. quo autem vitæ humanæ ſoleat anno erumpere poſtea dicemus. Altera conditio pili Barbæ vel ordo, quæ ſi perſiſtamus in dictionibus aut nomini-

Partes primò caneſcētes.

Pili calent calore innato.

A

B

Infantia Barbæ.

C

Infantia pili occulta eſt propter indiuiduorum varietatē.

D

Varietas cōnata humanæ naturæ.

Lanugo pili Barbas & eſt Gradus primus.

bus ætatum tranſlatitijs virilitas pilorum Barbalium,ſeu conſiſtentia dici poſſet, quam pilus conſequitur, vbi & craſſitiem ſibi debitam, & longitudinem ſatis conſpicuam, præterea colorem, atque duritiam propriam obtinuerit, breuiter exutis prioribus qualitatibus,infantilis quando flos, & lanugo vocabatur. Pilus itaque quando pertranſit à tenuitate in craſſitiem, à breuitate in longitudinem aliquanto conſpicuam à colore illo albicante in eũ,qui fuerit ſibi proprius à mol- *Virilitas pilor. barbal.*

A litie in duritiem,tunc dicitur pilus iam perfectus,abſolutus,conſummatus, & verè atque verè pilus,& verus. Nunc illud quantitatis aliquantæ nomen paulò ſuperiùs à nobis pronunciatum declarabitur ſuo loco,atque vt indigitetur interea (fieri ſiquidem poteſt,vt calore ſcribendi rapti obliuiſcamur) erit Pilus aliquantus,ſcilicet quando obtinuerit quantitatem haud nocentem actionibus, quæ iuxta vulgarem doctrinam naturales nuncupantur. Qui ſi nominibus tranſlatitijs inſiſtere velimus, atque ætatum, nuncupari commodè poſſet conſiſtens pilus: nam & in hac ætate conſiſtente ſcilicet pilus iuxta dictas conditiones omnes cõſummatur. nulla eidem additione facta præter illam,quæ eſt quãtitatis continuę atque eius dimenſionis, quæ dicitur longitudo. Nam pilus admonente ſenſu, & *Pilus perfectus quãdo. Pilus verus. Pilus aliquantus. Pilus conteſtens.*

B Galeno quoque ſentiente,atque cæteris Phyſicis omnibus,pilùs inquam caluæ, & Barbæ ſemper ferè in longum creſcere videtur, quod habet Phyſicum myſterium prorſus eximium,& hactenus receptæ Philoſophiæ occultum,quod ſuo loco declarabitur à nobis,ſi gratia Creatoris conceſſerit. Tertia ſuccedit pili conditio à nobis declinatio vocata, & mutatione coloris conſpicua ſatis, quando Pilus exuens colorem proprium ſuperioris iam dictæ proximæ tranſit in albedinem non illam lanuginalem (ferant amabo critici) pilis adhuc infantibus ſeu primò erumpentibus propriam, ſed in eam albedinem,quæ canities vocatur. Albet quidem pilus exoriens lanugo, & de hic declinans, veruntamen diſſimiliter, quia gradu Naturæ inæquali. Et ſi qui non ſuperficietenus philoſophantur, ij nunc experiuntur veritatem dicti à Fauorino Philoſopho, Aulo Gellio referente:conſi- *Pili declinatio. Pilus albus differt à cano.*

C derans namque Phauorinus colorum varietatem in re vel natura exiſtentem, atque eorundem variorum nomenclaturam ab hominibus inuentam, egregiè admodum pronunciauit. Plura ſunt in ſenſibus oculorum,quàm in verbis vocibuſque colorum diſcrimina. Cui ſubſcripſit Plinius lib. 21. nat. Hiſt. cap. 1. vbi conſiderans multiplicem colorum faciem ipſarum rerum natura exiſtentium ait. (Referemus vniuerſum caput, nam ſi quid ſentimus eius oratio nectarea prorſus eſt.) In hortis ſeri,& coronamenta iuſſit Cato inenarrabili florum maximè ſubtilitate: quando nulli poteſt, facilius eſſe loqui quàm rerum naturæ pingere laſciuienti præſertim & in magno gaudio fertilitatis tam variè ludenti. Quippè reliqua vſus alimentiq; gratia genuit, ideoq; ſæcula annoſq; tribuit ijs, flores uerò

D odoreſq; in diem gignit: magna vt palam eſt admonitione hominum,quę ſpectatiſſimè floreant, celerrimè marceſcere. Sed ne pictura quidem ſufficiente imagini colorum reddendæ,mixturarum varietati ſiue alterni atque multiplices inter ſe nectantur,ſiue priuatis generum funiculis in orbem,in obliquum,in ambitum, quædam coronæ per coronas currunt. Ad quam ſententiam(ni fallimur)etiam Auerroes in Lib. Ariſt. de ſenſu,& ſenſili verba fecit ſubſcribens & ipſe,quemadmodum vnicuiq; videre licet apud eundem. Et hęc iucũdæ peregrinationis cauſa dicta ſunto, vt declararemus differre plurimùm albedinem pili enaſcentis, & infantilis ab albedine pili deſinentis, ac ſenioris iam facti, cuius poſtremi colorem nomine proprio canitiem voce populari dicere ſolemus. Lanuginem ſeu Barbæ inchoamentum Satyricus Aquinas Barbam primã nũcupauit,cùm ſcripſerit. *Canities. Barba prima.*

Defenſor culpæ dicet mihi, fecimus & nos
Hæc iuuenes. eſto, dixiſti nempè, nec vltrà
Fouiſti errorem, breue ſit quod turpiter audes
Quanam cum primâ reſecentur crimina Barbâ,
Indulge veniam pueris.

Tragus. Martialis Poeta vocauit primam hanc Barbam, ſeu lanuginem alio nomine, & Græco, quod fuit Tragus. Eſt enim nomen Latio iure donatum, veluti legitur 23. Epigram. lib. 11. in pediconem maſturbantem, quando ait. A

Mollia quod niuei duro teris ore Galeſi
Baſia, quod nudo cum Ganymede iaces.
Quis negat hoc nimium? ſed ſit ſatis: inguina ſaltem
Parce fututrici ſollicitare manu.
Leuibus in pueris plus hæc quam mentula peccat,
Et faciunt digiti præcipitantq; virum.
Inde Tragus celereſq; pili, mirandaq; Matri
Barba, nec in clara balnea luce placent.
Diuiſit natura mares pars vna puellis
Vna viris genita eſt, vtere parte tua.

Tragus pubes barbalis Quo in loco intelligendus eſt Tragus pubes barbalis nomine translatitio ab hirco, qui laſciuiſſimus eſt inter animalia, atque ſalaciſſimus, & niſi talis exiſtat, ſaltem recepta opinione talis eſſe cenſetur. Sciò poſſe exponi locum hunc iuxta Ariſtotelis mentem de libidine ſupercreſcente, aut inualeſcente, ſed cùm legamus Hippocratem lib. 6. Epid. pubeſcentes iuuenes ſeu adoleſcentes vocaſſe τραγυς exiſtimo locum Martialis de Pubeſcentia explicandum potiùs quàm de libidine. Interim admonemus iuuenes partem quoque eſſe in auricula à Ruffo Epheſio *Tragus auriculæ pars.* Tragum nuncupatam veluti legimus lib. 1. de corporis humani partium appellationibus cap. 6. vbi dicit oppoſitam verò conchæ eminentiam iuxta temporum fines Tragum, Latinè hircum dixeris. Quam partem fuſiùs, & diſtinctè magis docuimus nos lib. 1. Philoſophiæ noſtræ indiuidualis cap. de auricula, & auriculæ accidentibus. At ſatis de huiuſmodi pilis hucuſq; dictum eſto, admonemuſq; iam dicta carmina perpendenda eſſe Phyſicè, non Grammaticè, nam opinio noſtra de fine Barbæ illis inniti poteſt. B C

CAP. IX. BARBAE POSITVM NON *carere myſterio.*

POSITVS pilorum Barbæ non caret myſterio, & requirit mentis humanæ acerrimam contemplationem, atque vtinam intelligeremus: veruntamen docere conabimur. Intelligimus autem poſitum pili Barbalis, vbi referamus, & mentem, & ſenſum ad cilia ſupercilia, caluam. Pili namque ciliorum, palpebrarum exeunt à cute, vt lineáris æſtimatur cutis, ad eius nempè margines, & confinia extrema ſuprà oculorum intrinſecè ſubditorum ſubſtantiam, veluti ſenſus docet, atque hi pili quantitate minima ferè, ſi cæteros longiores aſpicias, conformati viſuntur: analoga tamen ad actionem oculi viſoriam, veluti docuimus lib. 1. Sect. 2. Philoſophiæ noſtræ indiuidualis, in quibus hæc ſunt inſignia præſertim, quantitas continua, diſcreta, qualitas, tùm ſubſtantiæ modus, tùm eorundem poſitus. Quatenus enim pili ciliares hęc omnia obtinuerunt à facultate formatrice, D

Pili lineares qui?

eatenus

eatenus conferunt ad actionem viſoriam atque ſenſibiliter. Ipſe namque ſenſus manifeſtus detorſit ſuperiorum phyſicorum ingenia à celebri illa philoſophia pilorum, quæ adhuc viget generica, vt exiſtimarent, à fuligine excrementitia licet generarentur pili ciliares, nihilominus prouidentia Naturæ factum eſſe, vt inſeruirent actioni viſoriæ: quapropter dixerunt nobili illa ſua diuiſione hoſce pilos eſſe ex prima intentione. Quam prouidentiam Naturæ auſi ſunt negare in cæteris ferè omnibus pilorum ordinibus, cui tamen ſubiacent omnes, non dixerim ſoli pili, ſed & quæcunq; accidentia viſuntur in corpore noſtro: Hanc blaſphemiã

Veterũ de pilis ciliaribus iuditiũ.

A physicam turpemq; notam inflictam Naturæ, præterea & diuinæ Maieſtati, niſi rapiamur præmatura morte, omninò tollere tentabimus, atque adeò ſenſibilibus argumentis, vt vel Pueruli eijciendam, exibibilandam cenſeant, neque patiemur ineffabilem diuinam ſapientiam naturæ totius parentem, cui omnia debemus, tam fœda calumnia lacerari, ſed hæc tranſcendunt limites negocij noſtri, & in ipſa rerum affinitate deuoluti ſumus: præterea odioſis calumnijs, quas ferre non poſſumus, ducti. Pili ciliares exeunt à cute lineares, quia ipſius cutis ſuperficiem non cooperiunt, cuiuſmodi ordinis reliqui pili non exiſtunt, nam à cute ipſa enati per eius feruntur ſuperficiem, ab ijſdem progredietibus tectam, & coopertam. Quemadmodum videmus in pilis caluæ ſeu capillis, pilis ſuperciliaribus, & bar-

Pili ciliares vt exeant.

B balibus, atque cæteris, qui fruticant in corpore noſtro, & hæc eſt diuiſio propoſita à nobis in pilorum Barbalium conſiderationis gratiam, vt euidentiùs pateat eorum fabricatorum prouidentia. Erunt itaque barbales pili non lineares, veruntamen ſuperficiarij, vel ſuperficiales (concedant interim ipſi Mathematici hæc ſua nomina: aptiora enim quibus mentem noſtram explicemus adhuc præter hæc nomina videre non poſſumus: Scientię concedunt ipſas propoſitiones aliquas, moroſi non ſint in terminis) in gratiam iuuenum clariùs dicemus, repetentes, Pili ſuperficiales ij exiſtunt, qui à cute orti, & ipſa vt ſuperficies eſt conſiderata, cooperiunt illam, horum pilorum ſunt plures ordines, inter quos præcipui viſuntur ipſa ſupercilia cùm propter qualitatis ſpeciem; figuram, tùm pro-

Pili ſuperficiales qui ſint.

C pter quantitatem continuam, longitudinem ſcilicet, certa lege conſtitutam. Superciliorum enim pili à cute prognati per eius ſuperficiem ita feruntur, vt ſtrati ſtrictim illam cooperiant admirando prorſus exemplo ortus, nam ab angulo domeſtico in ſyluestrem feruntur: cauſam verò cur introrſum orti extrorſum ferantur, & finalem huiuſce poſitus dare conati ſumus lib. 1. Philoſophiæ noſtræ indiuidualis, opus toties adſerre cogimur, quaſi inculcantes, ac propterea timentes, ne impingant nobis oſtentationis cuiuſdam labeculam, at optima ingenia cognouerint occaſionem, breuiter, boni bene conſulent viri, è contrà verò mali homines malè conſulent, prioribus habebimus gratias immortales, reddimus paria legentes, poſterioribus verò mentem ſaniorem optamus; Nouimus quidem in ſupercilijs eſſe interdum pilos, quaſi ſectas vel haſtilia proſtantia, quorum etiam

D eſt finis alius à fine generico ſuperciliorum, & ſui proprij cuiuſdam generis. Præterea conſiderato capillos poſticæ partis capitis, laterum, atque anticæ partis, animaduertes poſitum horum pilorum cuiq; parti congruum, qui pili ſi modicam quantitatem habeant longitudinis, oſtendunt nobis poſitum illis proprium. Feruntur enim pili poſticæ caluæ ad humeros, ſi longiſſimè progrediantur, reliqui laterales antici ad aures ad faciem, vbi longiſſimi exiſtũt: quapropter credimus, niſi componantur, & caput ædificetur, quemadmodum aſſolet præſtare ſexus muliebris Italiæ noſtræ, neceſſariò tondendos eſſe, atque propter nocumentum ex tanta proueniens longitudine, & omninò hic eſt cultus fœminarum pręcipuus,

in

in quo nonnullæ modum haudquaquam tenent, veluti & in antiquis fæminis legimus extitiſſe, Quapropter Satyricus exclamauit.

— Altera læuum
Extendit: pectitą́ comas, & voluit in orbem
Eſt in conſilio matrona, admotaą́ lanis
Emerita quæ ceſſat acu, ſententia prima
Huius erit, poſt hanc ætate, & arte minores
Cenſebant, tanquam fama diſcrimen agatur, A
Aut animæ, tanti eſt quærendi cura decoris
Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altis
Aedificat caput, Andromachen à fronte videbis
Poſt minor eſt, aliam credas, cedo ſi breue parui
Sortita eſt lateris ſpatium, breuiorą́ videtur
Virgine pygmæa nullis adiuta cothurnis,
Et leuis erecta conſurgit ad oſcula planta.

Nazaræorum mos in geſtanda coma.

Eccas mulierum vanitates priſcas inſpicito, quibus profectò noſtræ tempeſtatis mulieres haudquaquam inuidere debeant. Nazaræi, quibus erat intonſa coma, videntes, & ſenſu cognoſcentes capillorum verticis inclinantem poſitum ad anteriora, & ſuperficiem cutis, conuerterunt ipſos ad latera non ſolùm, ſed poſt aures ac poſticas partes capitis, ita parcentes capillorum quantitati, & obuiam euntes nocumento, quod contingit actionibus oculi, & auris organorum, ſi cooperiantur pilis. Huic noxæ conſulentes diuiſerunt capillos verticis ad mediam frontem, & portionem dextram dextrorſum, portionem ſiniſtram ſiniſtrorſum in latera, & occiput, veluti diximus. Hinc diſcreti pili occaſio data eſt diſcerniculo organo diuidenti pilos, & viç illi, quæ apparet in mulieribus noſtris, artificiali, non autem naturali, quia fit arte, licet propter finem naturalem, qualis eſt actio dictorum organorum aurium, & oculorum, alia eſt ratio indicandi eorundem poſitus myſterium, in arcano Naturæ ſinu reconditum; veſtigatur autem cognitione Mathematica angulorum, quorum cognitione interim petentes à Mathematico dicimus iuxta lineæ perpendicularis, & obliquæ conſiderationem ſupertranſuerſim cadentium dari tres angulorum ſpecies, ſcilicet rectum, obtuſum, obliquum; angulus rectus eſt ſemper æqualis altero angulo ſororio; angulus verò acutus eſt inæqualis angulo ſororio, & anguſtior, cum obtuſus ſit ipſo latior Pilus palpebrarum, vel ciliaris exiens à cute lineariter conſiderata, videtur efformare angulum rectum, propterea dicitur à nobis eiuſcemodi pilus rectangularis; cæteri pili ſunt obliquè angulares, puta vel acutum, vel obtuſum angulum efforment. Doctrina paratiſſima eſt in pilis ſuperciliaribus, hoc verò magna ex parte ſit dictum, nam hi quantitatis puſillæ, ac ſtatæ magna ex parte ſternuntur ſuper cutem orti, atque propter naturam propriam, niſi cæteris occultam, nunc mihi ſaltem ignotam, niſi finis non exiſtat oculi actioni ſubſidiarias operas ferre. Acutum angulũ ſed paulò ampliorem capilli, & pili Barbæ efformant, ſed hucuſq; de poſitu omniũ iſtorum pilorum ſatis dictum eſto generatim. Nunc tranſire oportet ad ea, quæ ſpeciatim, ac ſigillatim videatur magis attingere poſitum pilorum barbalium, non recenſebimus autem omnia ſi plura eſſe valeant, ſed ea duntaxat, quæ interim nobis cognita ſunt, hæc autem illuſtriora tunc futura ſunt, vbi conferantur cæteris pilorum ordinibus. nam quemadmodum obliquangularis pilorum poſitus percipitur vtilitas myſterium ex eius comparantione ad rectangulares pilos, ita obliquangularium Myſteria colliguntur, ſi conferantur ad reliquos identidem obli-

Tres angulorũ ſpecies.

Pilus rectãgularis.

B C D

obliquangulares,attamen diſſentientes. Conſiderare antè omnia licet in poſitu pilorum Barbalium iſthæc,vergere illos non ſurſum verſus, non introrſum ad ipſam Faciem,ſed omninò deorſum verſus. Omittimus plura conſultò nunc planè cognoſcentes,ni fallimur,quantum declinauerimus nos,& alij ſuperiores Phyſici omnes ab inſtituenda doctrina Philoſophiæ corporeæ, nàm tranſimus omiſſo genere ad ſpecies, vnde tenebras libris noſtris offundimus,cymerijs atriores,profundiores, cùm repetamus, confundamus aliquando cauſarum doctrinam, ipſe ſenſu experior, quid agendum propoſui mihi de vno duntaxat cauſa-

A rum genere,atque occurrit interdum acrioribus ſtimulis,ſed & minutioribus, vt cautio ſit,ne interdum quoque ſubrepat mihi aliud forſan agenti, vt inconſtans eſt ac lubrica mens mortalium, ſed hæc profectò intelligi nequirent, niſi à validiſſimis ingenijs, atque in ſcribendi genere occupatis. Experti, experti ſunt,qui intelligunt. audite Præceptorem. Non eſt obſcurum intereſſe multum ad hoc,vt efficiamur aliquales, ſi quis operum ipſe ſit particeps. Nempè impoſſibile eſt,vel certè admodùm difficile, vt qui opera ipſa non tractat, peritè valeat iudicare. Scribuntur hæc in Politicis Lib. 8. cap. 6. ad principiū: conſiderate hunc locum, qui cathedram iudicandi aſcendere non erubeſcitis. Pili Barbales cum ſuperficialis exiſtant ordinis,& obliquangulares,duo peculiaria ſibi habent negata,

B (quod intelligatur niſi aliquid cōtigerit præter ipſam rationem.) Vnum eſt,quod ſurſum verſus non reſpiciunt, alterum eſt,quod in Faciei interiora ij non abeunt his uero duo ſibi quaſi propria obtinuere oppoſita: Nam & ipſa natura deorſum veluti diximus,reſpiciunt, & ab ipſa Facie ſecedunt. in quo vno & poſtremo ſtat Myſterium finis eorundem, atque vtilitas non aſpernanda. Siquidem pili Barbales quando in ipſam ferrentur Faciem, duplex incommodum importarent hominibus. Primum eſt Numeri ſingularis ipſa ſublatio,qui eſt vnus ex finibus exiſtens in ſpecie humana admodum neceſſarius, quo vtuntur homines quotidie nihil minus intelligentes,occultamus interim conſultò,non inuidia,ſed tempori ſeruientes; poſtea in additamento noſtro Philoſophico ſatis declaraturi, quan-

C do pronuntiabimus generatim, atque ſpeciatim opinionem noſtram hucuſque puerilibus ab ingenijs vanam,ſophiſticam,nulliuſq; vſus exiſtimatam, non ſanè ab acerrimis iudicijs deridendam, ſi audiant me profiteri appendicem daturum Philoſophiæ hactenus cognitæ,quæ ſi ordinem Ariſt. præceptoris valemus inſequi pertinet ad Lib. de Gener. Anim. & vltimum librum, ad Philoſophiā inquio ego ſpecificam pertinet appendix noſtra philoſophica,non ad genericam, in illa verò quouſque progreſſum fuerit præceptoris ingenuū iudicet Areopagus Phyſicus,non autem Phyſicus quiuis; de illis indicatum vniuerſum caput libri quinti primum de Cauſis Gener. anim. vbi negat Ariſt. finem in omnibus quarūdam non eſſe quod eſt,ſed comprimo calamum excurſurū. Veniamus iam ad alterum incommodum quando Pili Barbales procurrerent in Faciei vmbilicum. Nemo

D ſenſu præditus, & cui ſit frontis aliqua vel partiuncula, negare auſus fuerit id euenturum ſæuiſſimo actionum organorum ſenſilium faciei inexiſtentium malo. tolleretur quippe ſenſibilis actio oculi commoda,lanas pilos addant vicaria veluti corpora ipſorum pilorum,ſi in faciem ij procurrerēt,atque ſenſibili argumento cognoſcerent perniciem, quæ propterea oculis contingit. Hîc Galenus quæreret Barbalis pilus cur promouetur; ſtatim obtruidens illud, contingit ex neceſſitate materiei horum pilorum ſuperantis. quę oratio ſpeciem quandam obtinet cauſæ efficientis, non Finis,at ſi tu addideris quis eſt finis. iam illud vulgatum homini phyſico ſtandum eſt regnanti, non in omnibus quęrendum eſſe finem

nem. miſerrima Philoſophia. finis eſt, propoſitus cuicumq; rei, nullam eximo huiuſce mundi ſublunaris, atque ignotus is interdum occultus eſt nobis, quem ſi nem ſi negat aliquis, omninò à ſe negari prouidentiam cognoſcat, iam tot talibus tantisq; argumentis conſpicuam, vt quauis puerili vanitate ſtultius exiſtat, quemlibet ex ethnicis quoque negare audere. audiatis Plotinum.

Textus deficit. A

Propoſitũ nobis nõ eſt dare cauſam, finẽ accidentium Barbæ humanę, ſed finem illius generatim, quapropter non quęremus finem quãtitatis huius Pilorũ Barba-

Pilorũ ordo lium, cur ſcilicet ij ſint in ordine, ac cenſu pilorum creſcentium liberalitèr? Nam duplex eſt ordo pilorũ, Effectus non occulti, at Doctrinæ, quia illã nobis non de-

Pili quanti tat. Defin. dit Ariſt. Pilorum namq; alij ſunt ſtatæ quantitatis, alij verò ſunt quãtitatis non ſtatæ; verũtamen quæ liberaliter creſcit. Stant præter Pilos ciliares ſuperciliares B qui ſunt in digitis, femoribus, nihilominus eſt locus, affluentiq; materię illæ ſcho-

Indefinitæ. larum fuliginoſæ, vnde creſcere valent, at non creſcunt adeò liberaliter, veluti capitis, caluę, & ac Barbæ. ſunt præterea alij Pili, qui ambigunt inter iam di-

Q. ambigu. ctos, veruntamen hoc latiùs in phiſiologia noſtra Pilorum, & Pilari, vt obijciam eloquuturis, oblequẽtibus anſam ex dicterio famigerato, quorum ictus maleuolorum ſtans in veſtigio non pertimeſcam fretus auxilio Creatoris, & Apoſtoli eius Mathæi dicentis, omnes capilli capitis veſtri ſunt apud Creatorem in numerato. petiturus me, iam prædico, edico, negauerit primò Deum, mox petierit me, oſtẽdam cuicumq; illum ex grege porcorum eſſe, qui meæ doctrinæ finali, quam profiteor vigere in omnibus Pilis ne dicã ſublunaribus, nec erit ijs latebra, diſputo Phyſicus Phyſicè, quin id agam Phyſicè, & ego: neque illam ſomniatam neceſſitatem C materiæ obtrudant, niſi vagientes pueri, nam hæc materia eſt huius formæ; atque numerus à numero, qui & ab vnitate nam vnum, quia ab vno propter vnum. Pili Muſtacei ſunt ſui ordinis peculiaris, neque attigi hîc; niſi myſterium vnum genericè, loquens de Pilis Barbalibus generatim, quod magna ex parte dictum ſit. Congeſsi plura, intermiſcui, quaſi chaos Anaxagoreum, ſed non Menti, at Anaxagoreis mancipijs Senſuum. Rapimur, & eripimur ſcribentes; nunc iam defatigati cõquieſcimus, at vos muſſitabitis: non alloquor generatim, ſed quoſdã Picos iam dari ſubolui, veruntamen præſtat aliò flectere ingenium, ſi tundent Vlmum, vt Plautus ait, notent quæ ſequuntur: ſaluete vos ingenui, gratias immortales ago, acturuſq; dum viuam. D

CAP.

CAP. X. DE PILORVM BARBAE QVANtitate diſcreta.

RESTAT conſiderare Pilum Barbæ iuxta quantitatem, eamque diſcretam, quę vocatur numerus. Huiuſmodi verò conſideratio eſt gloria Dei, & inſtructio noſtra, quæ duo tanquam fines propoſitos habemus in omnibus exercitationibus, quas edituri ſumus. Auſpicemur: Pilus Barbæ, quoad quantitatem diſcretam,
A numerum, ſub ſpecie quotali ignoratur à nobis: quemadmodũ, & Pili capitis, ac reliquarum partium corporis. Cognoſcitur attamen Pilus barbę ac reliquarum partium ſub ſpecie quotali, quot nempè hi exiſtant à Creatore Deo Opt. Max. nam Pilos noſtros numeratos eſſe ipſa in Euangelio loquitur veritas: ait enim. Veſtri & capilli capitis omnes numerati ſunt: ac licet loquatur Euangeliſta de pilis capitis, illum tamen intelligere debemus, vbi concedat Sancta Mater Eccleſia Catholica Apoſtolica Romana de Pilis cuiuſcunque ordinis; nam apud ſcriptores ſacros veluti ponitur aliquando numerus finitus pro infinito: à pari ponitur vna pars pro omnibus partibus. Nec iſtud quod conſtanter aſſerimus eſt pia fraus, nobis facta ab alijs, ſed veritate adhuc verius exiſtit, quod aſ-
B ſerimus. Argumentum illud ſit multa eſſe ac latitare in corpore humano, quæ cognoſcit Anatomicus, & ſciens vtraque ſcientia ſenſus, ac intellectus Philoſophiam corpoream, quæ tamen ignorantur à neſciente Anatomen, corpoream ſcilicet Philoſophiam; nemo verò intelligit hæc à nobis dicta niſi Auguſtini cõſilium audiat lib. de Spiritu, & litera cap. 5. vbi loquitur de humana iuſtitia, ita dicens. Hoc ergò fruſtra dici ſatis elucebit, cùm & ipſam humanam iuſtitiã operationi Dei tribuendam eſſe claruerit, quamuis non fiat ſine hominis voluntate, & ideò eius perfectionem etiam in hac vita eſſe poſſibilem negare non poſſumus, quia omnia poſſibilia ſunt Deo, ſiue quę facit ſola voluntate, ſiue quę cooperantibus creaturæ ſuæ voluntatibus à ſe fieri poſſe conſtituit. Ac per hoc quicquid eo-
C rum non facit, ſine exemplo eſt quidem in operibus factis, ſed apud Deum, & in eius virtute habet cauſam, quo fieri poſſit, & in eius ſapientia quare non factum ſit, quæ cauſa etiam ſi lateat hominem (audi ſaluberrimum conſilium) non ſe obliuiſcatur eſſe hominem, nec propterea Deo det inſipientiam, quia non plenè capit eius ſapientiam. Hæc eſt radix à contemplantibus tenenda ſemper, ſi pars eſt humanæ ſapientiæ quædam neſcire velle. Sit itaque conſtitutum hoc, veluti veriſſimum cognoſci à Deo Pilum barbæ ſub ſpecie quotali, eundem verò ignorari à nobis. Quorſum verò id fiat? Cauſa finalis quænam exiſtit? An vt in corpore ſenſibili ſit aliquid occultum, & quod eſt ſenſibile, aliqua ex parte ſit inſenſibile, qualis eſt pilus Barbalis, de quo nos nunc non ſcriberemus, niſi ſubſtantia foret quoad aliqua ſenſibilis, obiectum ſcilicet ſenſus, quę tamen eadem ſubſtantia eſt
D nobis inſenſibilis ſecundũ aliam rõnem, nempè ſecundum ſpeciẽ quotalem. Quis enim nouit numerum finitum pili barbalis, ſi barba ſit ſecundum naturam, niſi poſt longiſſimum temporis interuallum. Occulti huius cauſa finalis eſt glorificatio Dei Creatoris, cuius gloriæ argumenta nulla non habemus, ſed omnia, veruntamen peculiaria exiſtunt, ſi extrema, & principia intellectus contempletur humanus. Cognoſcimus enim tunc imbecillitatem noſtram, vireſque ineffabiles creatoris. An dubitare debeat aliquis, vt hoc etiam auctario donemus lecturos exercitationem iſtam noſtram pomeridianam (dictamus enim & hoc tempore) ſi eſt ſenſibile, inſenſibile, veluti eſt pilus diuerſimodè tamen acceptus & eſſe pari-

Pili Barbalis numerus ſoli Deo cognitus.

ter intelligibile inintelligibile? Videamus nunc quomodo pilus Barbæ ſit ſenſibilis, præter conditiones illas, vel differentias longitudinis, breuitatis, craſſitiei, tenuitatis, mollitiei, duritiei, colorum varietatis, figuræ atque poſitus. Ratione enim iſtorum obiectorum ſenſilium pilus à ſenſu percipitur. An eſt ſenſilis quoq; per concomitans illud quantitatis diſcretæ numeri, qui dicitur raritas denſitas? Omninò cognoſcimus pilum Barbalem ſub hac ſpecie, de qua nobis nunc dicendum reſtat.

CAP. XI. DE RARITATE, DENSITATE, & area Barbæ. A

CONIVNGEMVS raritati, & denſitati alteram conditionem Pilorum Barbalium, in quibus licet communionem ij obtineant cum cęteris pilis, eas tamen poſtpoſuiſſe non minimum detraheret perfectæ narrationi Barbæ ipſius, quam nunc pro viribus Deo iuuante profitemur, cuius gratia ſi adſit, non dubitamus, quando conſummatam hiſtoriam non tradiderimus, eam ſaltem nō adeò pluribus, & maioribus additamentis indigam eſſe futuram. Duo autem ſunt, quæ nunc tradituri ſumus, raritatem, denſitatem: Areæ, vel arearum poſitum, atque B excluſionem earundem. Ordiemur à prioribus differentijs quæ omninò cum aliqua latitudine conſiderari debent, vt adſint Extrema bina ſibi inuicem oppoſita, præterea Gradus nonnulli, & Medium ſiue mediocritas ipſa inter extrema raritatem, denſitatem, quorum omnium doctrinam ſi faciliorem dare voluerimus candidatis ingenijs, oporteat alterum extremorum declarare, quo ſatis intellecto illuxerit quoq; oppoſitū, deinde ab ijs progredientes ipſi tyrones valebūt Gradus ipſos agitatione mētis conijcere, atque ſibi fabricare, quouſq; ad ipſam deueniēt mediocritatem. Denſitas pilorum intelligitur ex ipſis cùm relatis ad ſeſe tùm ad cutem, ex qua veluti ex terra enaſcuntur. Pili ij oriuntur denſi, qui exeuntes à

Denſitas pilorum.

cute ſeminario inuicem ſeſe arctè contingant, atque nullum ferè aut inſenſibile ſpatium ipſi relinquunt viſui peruium. Quam denſitatem pilarem in iumentorum corijs pluribus aſpicere licet, nempè boum, equorum, & canum. Veruntamen huiuſmodi pilorum denſitas viſitur eximia in leporum vniuerſa pelle, ſed præſertim circa pudendorum ipſam regionem, in qua nec lyncei oculi valeant cutem ipſam videre, quamuis pili exiſtant molliſſimi, tenuiſſimi, atque talis eſt denſitas extremum vobis cùm ex oratione, tùm ex dato in exemplum animali bruto ſignificatum. Eiuſmodi denſitatem non crediderimus poſſe dari in humano corpore, niſi quid præter naturam contingat. Obtinent verò bruta denſitatem hanc ipſius gratia cuſtodiæ, quæ potiſſimum eſt in humano genere ab ipſius intellectus beneficio munimenta ſibi parantis, quotieſcunq; ad Opera Artium fabricanda ſeſe conuertit, ac ludicrè imitatur Deum Creatorem, vbi omnipotentiam D ipſius volueris conſiderare. Veruntamen hæc ſunt alterius negocij. Hoc indicato iam (veluti potuimus) extremo ſatius eſt latitudini incumbentes gradum proximum docere conari, quod breui præſtabimus, facilique intelligetur negocio, ſi meminerint demetiendum & hunc ipſum gradum ambabus conditionibus iam præſcriptis in denſitate demonſtranda. Sunt autem pilus, cutis. Quotieſcunque ergò non adeo ſeſe inuicem pili enaſcentes contingunt, intercluſo prorſus ſenſibili ſpatio cutis oculorum aciei, veruntamen diſſiti parumper à ſeinuicem orti dant interuallum cutis viſibile, oculiſque conſpicuum licet difficili negocio illud

aſſequan-

aſſequantur: hic eſt primus gradus à ſumma denſitate deſciſcens, exemplum huius videtur ſatis aptum in plumarum Perdicum, ſeu Columborum colli euulſione, ſeu diſparatis ipſis plumis à ſeinuicem beneficio manus. Præſtat nunc ad alterum oppoſitorum indicandum tranſire nos inſequentes doctrinam faciliorem. Raritas extremum non difficulter coniectura obtinebitur ab ijs, qui ſatis intellexerint denſitatem extremum oppoſitum. Nam quotieſcunque pili diſiti à ſeinuicem liberali ſpacio, & amplo cutis relicto conſpicuo, naſcuntur, tunc ij pili rari *Pili rari*
A vocantur, qui ſi relinquant anguſtius interuallum oculis non adeò facili negocio peruium in comparatione ad raritatem extremū iam indicatam: prior tunc conſurgit gradus raritatis. Quorum ab extremis receſſus graduum conſtituunt mox ipſum inter hęc iam dicta extrema medium raritatis, & denſitatis: indicatur porrò medium hoc, quoniam caret nomine, vel per abnegationem vtriuſq; extremi, vel per notam communem, quæ eſt medium, vel mediocritas, cum additamento illo duplici raritatis, denſitatis. Exempla non appoſuimus, nam pertinent ad indiuidualitatem, propterea ſunt periculoſa. Adhæc ne deſidiam quandam, & inertiam videamur legentibus, vel audientibus exprobrare, quaſi non valeant conijcere iſtæc ex ſemetipſis atque non diſcernere ipſorum exempla graduum in libro naturæ, ſcilicet homine, vel qui eſt conſideratio naturæ in piloſis brutorum *Homo liber naturæ.*
B corijs facta, præterea, & in vegetalibus, quorum ſimilitudines adeo ſunt quotidianæ licet ineffabiles, vt pigeat in iſtis adeò diutius nos fuiſſe immoratos. Quot verò interſint gradus latitudinem horum extremorum interiacentes numero ſignato dicere velle periculoſum pariter eſt, nam certum quid ſenſibus dare tentaſſe haud fieri poteſt. Hæc enim ferè omnia mentis agitatio potiùs, quàm ſenſus dimetitur, vtcumq; illorum ſpecies ſubminiſtret ipſe ſenſus. Barba itaq; fuerit, aut denſa in extremorum vno, puta denſitate, atque vtemur poſitiui, aut ſuperlatiui nomine ad ipſam deſignandam: huic verò barbam oppoſitam alterius quippe extremi raritatis, aut raram antonomaſticè, aut rariſſimorum pilorum nuncupabimus barbam. Qui verò interiacent extrema hæc gradus, vſque latitudinis *Barba rara*
C medium nominibus cum aliquo additamento peculiaribus vocabuntur. Additamenta verò fuerint gratia exempli hæc magis, minus, & proportionalia, quorum medium vim, atque ſignificationem naturæ alijs additis verbis moderabimur. Nam quæ barba extremos receſſus datis paribus interuallis interiacet, barbam aut per abnegationem extremorum, veluti diximus, aut notę communis nomine, ſcilicet in raritate, ac denſitate mediam, ſiue mediocrem appellabimus. Vbi namque deſunt nomina propria rei ſignificandæ opportuna, ſi aliqua confingere animo nolis, omnino te oporteat iam notis periphraſticè vti. Reliquum eſt nunc indicare quidnam ſit barba areata, & exareata. Conſtabit verò nouitijs ingenijs, vbi cognouerint quid ſit area ipſa. Videamus autem primò aream ineſſe *Barba mediocris.* *Barba areata quid.*
D barbæ, quod nos docuit Latinus Hippocrates Cornelius Celſus, lib. 6. ſuæ medicinæ, cap. 4. vbi ait, Arearum quoq; duo genera ſunt, commune vtrique eſt, quod emortua ſumma pellicula pili primùm extenuantur, deinde excidunt, ac ſi ictus is locus eſt, ſanguis exit liquidus, & mali odoris, increſcitque vtrumq; in alijs celeriter, in alijs tardè: peius eſt quod denſam cutem, & ſubpinguem, & ex toto glabram fecit, ſed ea quæ alopecia nominatur, ſub qualibet figura dilatatur. fit & in capillo, & in barba. Exaſperamur interdum occultis maleuolorum, & maledicorum odijs, quorum odor noſtros attigit nares, vt propterea renunciare cogamur inuiti noſtræ humaniori, & mitiori naturæ. Conſtatnè aream eſſe in barba? & ſi adſit, rumpantur ilia Codro; Barba quoque dicetur Areata; ſitne ex diffe-

rentijs eius morboſis, aut naturalibus (non dixi congenitis, reſpiciens principia, vnde pili poſtgeniti oriuntur, quæ affecta poſſunt eſſe præter naturam) definire non eſt huius negotij; ſat mihi fuerit ô Cerdones vobis oſtendiſſe Barbam eſſe areatam. Significationem huiuſce vocis areæ multiplicem, atque originationem non adferemus: promptum eſt enim cuicunque iſtæc omnia ex locis proprijs deſumpſiſſe, id tantū attingentibus, quod opportunum interea nobis videtur ad rei propoſitæ declarationem, admonentibus iuniores aream barbę eſſe nomen tranſlatitium. Grammatici intelligunt aream ſolum terreum, ſeu planiciem glabrā, vbi areſcunt frumenta, atque teruntur, ſeu locum purum in vrbe abſque vllo ędificio. Iuxta priorem ſignificationem, dixit Vergilius. A

Area quid ſignificet.

Area tum primum ingenti eſt æquanda Cylindro.

Huc reſpicientes dixerunt in Barba aream ipſi medici, quotieſcunque ſcilicet in locis barbalium pilorum ſyluæ deſtinatis aliqua, ſeu aliquanta ſpacia; vel vnum etiam videtur inſigne pilis morbo, ſeu natura nudatum ſpacium hinc Poeta Claudianus lib. 1. in Eutropium cecinit,

—— Miſerabile turpes
Exedere caput tineæ deſecta patebant
Interualla comæ, qualis ſitientibus aruis
Arida ieiuna ſeges interlucet ariſta. B

Quod ſpatij glabreſcentis aream dicimus hinc: & barbam ita affectam areatam quoque nuncupamus. Indicauit nobis aream Sammonicus canens, licet ipſe quoq; de pilis caluæ ſolummodo videatur loqui, in hiſce carminibus, quę tamen affectio communis eſt omnibus locis pilo ſylueſcentibus: ait Sammonicus,

Defluit expulſus morbo latitante capillus,
Si rarò lanitur, ſeu vis & pota veneni eſt,
Seu Salamandra potens, nulliſq; obnoxia flammis
Eximium capitis tactu deiecit honorem
Nonnunquam variant maculæ, paruiſq; parumper
Orbibus aſperſum ducit noua vulnera tempus. C

Innuit Sammonicus varietatem figurarum, quas repræſentant interdum areæ (portiones nempe illæ nudatæ pilis, & glabræ, quæ viſuntur in plantarijs eorundem) eſſe animaduertendam, Nomina quippe ſortiuntur areæ à figurarum varietate, quod tu etiam in plantarijs Barbę locis facere non grauaberis. Præter ipſam figuram, ſpeciem qualitatis oportuerit à pari conſideraſſe quantitatem tum diſcretam, tum continuam; ſcilicet dimenſiones ipſas, atque ipſum vbi. Et hęc ſunt quæ breuiter de Barbæ area, vel areis tibi ſcripſiſſe voluimus, ad minima quæque non deſcendentes. Breuitatis ergò indicaſſe forſan ſuffecerit ſumma rerum capita. Cæterùm animaduertere oportet, atq; memoriæ mandare, vbicunq; locus ex ijs, qui iam dicti ſunt eſſe barba obnoxij, pilis omninò nudatus exiſtat, animo tibi fingas maxillam inferiorem, nō licere fortaſſe maxillam inferiorem areatam dicere; at barbam areatam nuncupaſſe licebit. Arbitramur ſiquidem nos aream portionem eſſe loci vnius peculiaris, non locum vniuerſum, niſi & barbam vniuerſim cōſideres, at ſi dicere volueris, nihil moramur, dūmodo rem teneas, & iuxta doctrinam noſtram certè appellare nequeas. Loquemur inferius de barba vniuerſim, vel generatim, & indicabimus quomodo talis veniat nūcupanda. Licuerit nec ne mihi ab areis nouo confictoo nomine Barbam areatam dicere, non ſatis video quomodo ſcioli refragari audeant; veruntamen ſi ſuperciliosa Corynthus obſtipo capite, atque lumine toruo immineat, ijs erecta facie dicimus, arbitrium D

Barbā areatā dici poſſe.

ſibi non violatum cenſeant, non edictum regium pronunciatum. Nos qui rerum hactenus ignorationis caligine occultarum doctrinam ſcribimus, non valemus interea oculos rei, atque vocibus dare, quibus tamen aliquantulum nos proſpexiſſe conſummati in veterum Latinorum lectione negare non audebunt. moroſi illi Liberti Catones dent nobis nomina, vel ſcindapſon, vt ait præceptor Galenus, vocent, dummodo qui legerint, vel audierint, intelligere valeant, omnia ſint illis per me protinus alba: atque omnia hæc dixiſſe voluimus reſpicientes etiam nomē hoc nouum exareatam barbam: quodſi delicatuli, & barbatuli aliqui able-
A gent à cenſu Romani fori, iam excidit illis præfatio noſtra, certè non eijcietur à phyſicarum Scholarum auguſtioribus ſubſellijs, nam aures illorum iam vſu emollitæ ſunt crambe illa famigeratæ propoſitionis; Animalium alia ſunt ſanguinea, alia exanguia. Quapropter ſi phyſiculo mihi vox exciderit iſta, ſeu per analogiam conformata fuerit oratio talis; Barbarum alia eſt areata, alia exareata, Bo- ues at potiùs ranæ illæ bouillæ, ad quas eſt apologus Flacci, buccis turgeſcentibus minitabuntur pœnas illas ſuas rotarum, aquarum, lapidum, vulturum, imo ex Phlegetonte petitas, vbi regnant balatrones? Veruntamen ne cum inſanis inſanire & nos quoque videamur, filum orationis reſumentes, dicimus Barbam exareatam facili negocio intellectam iri à quibuslibet ingenijs, vel etiam Phea-
B cibus, & quod ait ille, veruecum in patria natis, vbi meminerint, vel repetere nō grauabuntur, quid ſit area in barba, aut barba areata, nam contrariorum eadem eſt diſciplina, atque veluti reſonant logici ſuggeſtus, oppoſita juxta ſe poſita inuicem eluceſcunt, Barba exareata illa fuerit, quādo plantaria Barbæ loca ſingularia nullam ſui portionem inſignem pilis nudatam obtinuerint. Barba verò areata generatim tunc dicitur, quando loca omnia conſiderantur; difficile eſt intellectu, noui, at non vacat, ſat eſt doctos intellecturos.

Barba exareata quid.

CAP. XII. IN QVO EXAMINANTVR BARBAE LOCA.

DVO ſunt in locis barbalibus conſideratione omnino digna, circa quę verſabimur iuxta noſtri ingenij vires; pertinent ambo ad
C quantitatem, ſed vnum ad ipſam diſcretam, & numerum: aliud verò ad quantitatem continuam. Agemus nunc de priori, mox de poſteriori etiam verba facturi. Principio ſenſui conſtat, plura eſſe numero loca barbalia, ſeu barbæ obnoxia, in quibus nempe conſueuerit ſecundum naturam genericam pilus barbalis fruticare, ſeu erumpere: quippe ſunt maxilla inferior, veluti diximus, mentum, ſubmentum, præterea labeum cutaneum ſupernum, & infernum. Quibus à veritate ſenſuum determinatis homines nonnulli haud videantur à ratione alienum petere, num omnia
D hæc loca barbeſcere oporteat, an & aliquibus duntaxat barbeſcentibus, barba nihilominus dici mereatur? Sanè vbi hæc omnia loca habeant aptitudinem naturalem ad barbeſcendum, veluti habent, niſi in indiuiduo, ſaltem in ſpecie, barbeſcere omnia oporteat, ſi ex toto, aut ſimpliciter Barba eſt nuncupanda, nam & ſimpliciter, vel vniuerſim, & ex toto concurrunt loca omnia ad Barbam conſtituendam, ſed & hoc nomen ſimpliciter Barbæ additum includit latitudinem aliquam, veluti dicemus paulò inferius, niſi opprimamur temporū anguſtijs. Quantum pertinet ad alteram quæſtionem, num omnibus locis barbeſcentię obnoxijs non barbeſcentibus, attamen aliquibus pilorum ſylua in ijs enata, an Barbæ no-

Loca Barbæ multa.

Barbæ ſimpliciter dicendæ quaſitates.

men

Digitized by Google

men mereatur, nos quod interim ſentimus, reſpondentes, hoc quæſitum pertinere arbitramur ad locorum barbam inuicem collatorum, maiorem minoremve dignitatem, nimirum ſintne aliqua loca digniora aliquibus. Quod ſanè problema, ſeu quæſitum definire volentes primò ſtatuendum videtur, quanam via, & modo illud præſtare valeamus, vt hac veluti cynoſura vſi in portum nauigemus. Quæſtio pertinet ad opus naturæ, an eſt qui negare audeat? illa itaque definiatur opportunè ex regula phyſica, ipſo communi ſcilicet axiomate, & inter loca barbeſcentia, & non barbeſcentia dignitatem ita definire oportuerit, vt quæ iuxta regulam Naturæ propoſitionem, vel axioma phyſicum aptius determinari potuerit illa digniora quoque loca cenſeantur. Quod autem eſt axioma Naturæ? illud, ut ea ſint maximè ſecundum naturam, quæ niſi ſemper, at ſaltem ſæpè contingant. His itaque poſitis uideamus nos conſulentes ipſum ſenſum, quænam loca inter barbeſcere conſueta, vbi non omnia barbeſcant, ſemper, aut ſæpius barba fruticare ſoleant, Omnino ſi nolis ipſi refragari ſenſus iudicio dixeris iſta loca eſſe duo potiſſimum, ſcilicet Labeum cutaneum ſupernum, & Mentum. Rariſſimi enim ſunt homines ac fermè nulli, qui ſecundum iam dicta loca non barbeſcant, ſi modo aliquid Barbæ ſint daturi, vel emiſſuri. Contrà verò plures homines reperire licet, qui locis iam dictis barbeſcentibus, qualitercunque id contingat, ij nudata cætera loca Barbæ obtineant, atque glabra: cuius rei amplum teſtimonium ſatis ducitur à communi hominum ſenſu, (is autem conſenſus non eſt negligendus, cùm veritatis portionem aliquam, niſi vniuerſam ipſam veritatem reſidere in ipſa cōmuni opinione hominū, adeò innata eſt omnibus veritas ipſa, ſeu veritatis amor, videamus) nam videmus in hac noſtra ſaltem Italia hoc vulgò penitus contingere, homines ad Mentum, & Labeum ſupernum omnino leues, piliſque natura nudatos, vt barbeſcant ad Submentum, & Maxillam inferiorem inſpici quaſi Monſtra, nemo quippe non ſatagit nouum hoc, & adeò à communi remotum conſuetudine oculis cognouiſſe proprijs, curioſiſſimè animaduertunt cuncta librantes: quod argumento exiſtit hoc perraró contingere in humana ſpecie, ſcilicet homines nudatos eſſe pilis omnino & ad Menti, & Labij superni regionem. Si verò quod eſt contrarium, accidat, hominem nimirum aliquem iuxta has partes barbeſcere reliquis non barbeſcentibus, hunc hominem neq; animaduertere ſolet populus, non enim rarum exiſtit, at frequens id hominum genus. Neq; communi conſuetudine vſus nouaculæ aduerſarium te oſtendas, quaſi ob hanc rationem populus mirari non ſoleat iſtud hominū genus: nulla enim nouaculæ tyrannide poteris vnquam extorquere ab hominum mente admirationem inſitam, qua proſequuntur hominem ſingularem, pilo nudatum, atque penitus ad Labei ſuperni, & Menti regionem. Fuerint itaq; digniora loca inter Barbæ loca Mentum, Labeum ſupernum: nam & hæc rariſſimè contingit non barbeſcere loca, & niſi Barbam emiſerint, populus obſtupeſcat inſano quodam œſtro videndi percitus, contrà verò in reliquis contingit locis. Nam etſi nudata ſint pilis, nihilominus non ita ſolemus admirari, cui rei vt auctarium qualecunque ſit futurum videatur forſitan ſuffragari, & ſcriptorum authoritas qui de barba verba facturi eam ſemper, quæ pertinet ad Mentum, deſcripſère, quaſi vnam ex nobiliſſimis indicantes: habemus teſtimonium Poetæ in 6. Aeneid. ita canentis.

Loca barbeſcentia plerunque.

Hinc via Tartarei, quæ fert Acherontis ad vndas
Turbidus hic cæno vaſtaq; voragine gurges
Aeſtuat, atque omnem Cocyto eructat arenam
Portitor has horrendus aquas, & flumina ſeruat

Terribili

Terribili ſquallore Caron, cui plurima Mento
Canities inculta iacet: ſtant lumina flammâ,
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.

Quò reſpiciens Torquatus Taſſus noſtræ ætatis Homerus, forſitan & vniuerſæ poſteritatis, in ſuo Poemate Solimos canebat.

Horrida maeſtà nel fiero aſpetto
Terrore accreſce, e più ſuperbo il rende:
Roſſeggian gl'occhi, e di veleno infetto
A *Quaſi infauſta Cometa il ſguardo ſplende:*
Gli inuolue il Mento, e ſu l'hirſuto petto
Hiſpida, e folta, la gran Barba ſcende:
E'n guiſa di voragine profonda
Apre la bocca d'atro ſangue immonda.

Vergilius in eodem libro, loquens de Numa Romanorum Rege, dulciſſima hæc cecinit carmina.

Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?
Aut metus Auſonia prohibet conſiſtere terra?
Quis procul ille autem ramis inſignis oliuæ
B *Sacra ferens? noſco crines incanaq; Menta*
Regis Romani, primus qui legibus vrbem
Fundabit curibus paruis, & paupere terra
Miſſus in Imperium magnum.

Quatenus pertinet ad Labium ſupernum, eſt ipſorum Ephororum lex inſignis apud Lacedæmonas, qui ſtatim ab inito magiſtratu edicunt, ne quis Myſtacem alat &c. referente Plutarcho in lib. de ijs, qui ſerò à Numine puniuntur. Ephori ſcilicet ex hac parte indicare voluerunt myſterium aliàs à nobis explicandum; quapropter eſt credendum hæc loca Mentum, Labium ſupernum obtinere inter Barbæ loca præcipuam dignitatem aliquam, veluti etiam obtinent. Huc reſpicientes Itali noſtri (ſi modò Italis dandum eſt ingenium, & Italia eſt rectrix, parenſque mundi altera in toto orbe, & quacunq; cæli conuexitas vergit, pulcherrima eſt omnium, rebuſq; meritò principatum naturæ obtinens, atq; religionis) C has partes nouacula ad cutem ſtrictim tondere non ſolent, cùm cæteras partes, vel Barbæ loca nouacula eadem tondere conſueſcant. Suadere namque videtur nobis Natura hanc veritatem, loca iſtæc digniſſima non eſſe violanda, nec aduerſatur Ephororum edictum: reſpexerunt namque ij ſymbolum, quod nunc non attingimus, nam propoſitum eſt nobis agere de Barba Phyſicè, atque ad cauſam duntaxat finalem, non autem Hiſtoricè, aut Symbolicè. Certum eſt ſanctiſſimos viros noſtræ religionis, aluerint ij, non aluerint Barbam, reſpexiſſe ſymbolum occulti cuiuſdam diuinioris, ac myſticam notam dare ſatagentes. Non ſatis vaD ria eſſe, fuiſſe inſtituta, nunc, olim, apud varias gentes, iuxta horum Pilorum conformationem, quæ conſultò interim omittuntur.

Lex Ephororum.

Itali vt barbā tundant.

CAP.

CAP. XIII. DE FORMA GENERICA BARBAE.

Pili qui creſcāt, & qui non.

ALTERVM, quod reſtat conſiderandum, pertinet ad formam, ſeu figuram Barbę. Huius occaſionem tribuit nobis Galenus lib. 11. de vſu part. cap. 14. atque vt veritas dicendorum appareat, ponere cogimur vniuerſam illius orationem. Ad eundem opinor modum, & Pili, qui ex humidis, ac mollibus partibus emergunt, plurimi ſunt A incrementi, cuiuſmodi ſunt in capite, axillis, ac pudendis; qui verò ex duris, atq; aridis, exiles ſunt, ac nullius incrementi. Quocircò duplex ipſis eſt origo: quemadmodum herbis, ac plantis: alia quidem à prouidentia Conditoris, alia verò à loci natura. Quandoquidem agrum ſæpè videre eſt, cùm triticum, aut hordeũ adhuc quaſi herbæ quædam teneræ, ac paruę emergunt, ijs eſſe refertum. Ac prędium quoddam aliud non aliter quàm agrum denſum, & veræ herbæ plenum. Verùm hoc quidem vapor innatus; aruum autem agricolæ prouidentia referſit. Quod ſi qui ſunt, qui formam ſeminum nuper è terra enatorum ab alia herba diſcernere nequeant, ſolus ordo enatorum indicare ipſam poteſt. Ortus enim ipſorum æquabilitas, tum externæ circumſcriptiones lineis ductæ ſatis oſtendunt B prædium artificio quodam, ac prouidentia agricolæ fuiſſe denſatum. In ſpontaneis verò denſitatibus contrà accidit, neque enim æqualis eſt prouentus, neque certis quibuſdam limitibus diſtinctus. Eius generis ſunt Pili tum axillarum, tum aliorum membrorum, nullis certis lineis deſcripti, quemadmodum ſunt ij, qui in palpebris ſunt, ſupercilijs, ac capite. Sed inæquales habent terminos, nulloque ordine ſunt proiecti, quandoquidem à loci humore prouenerunt, neq; ipſius opificis tantùm ſunt opera. In quo loco Galenus, etſi diſputat de cauſa efficiente, robur tamen, atque vis eius argumentationis innititur formæ, ſeu figuræ Pilorum in exiſtentium cuti ſeminario, vt eſt quantitas continua, & argumentatur Galenus per ſimilitudinem Georgicam: vult, ſentit Galenus duplicem omnino eſſe Pilorũ

Duplex Pilorum ordo.

ordinem: Vnus eſt eorum (vtemur interim eius terminis) qui orti obtinent lineas C certas, prouentus æquales, limites certos, circumſcriptiones externas lineis ductas, Hi ſunt omnes termini, qui, niſi ego fallor, in eius oratione reperiuntur, & huius ordinis voluit eſſe Pilos, qui in palpebris ſunt, ſupercilijs, ac capite. Alter ordo Pilorum exiſtit illorum, qui obtinent inæquales terminos, lineas haudquaquam certas, circumſcriptiones externas non lineis ductas, limites haud certos, breuiter ordinem nullum. Eius generis ſunt Pili (vtor eius verbis) tum axillarum, tum aliorum membrorum, nullis certis lineis deſcripti, quemadmodum ſunt ij, qui in palpebris ſunt, ſupercilijs, ac capite, nam cæteri à Pilis proximè dictis palpebrarum, ſuperciliorum, atque capitis inæquales habent terminos, nulloque ordine ſunt proiecti. Ex qua philoſophia, niſi in ipſo ſole miſeri & miſerè nos cęcutiamus, conſtat euidentiſſimè negari Barbæ formam, & figuram propriam: quæ D niſi ſit, nullus ego ſum, nulla eſt Barba, nullus eſt qui legit & audit: ſumma ſummarum quod eſt, non eſt, & contradictoria ſunt vera. Intereſt nunc mei aſſerere

Barbam obtinere formā propriā & figuram.

Barbam obtinere lineas certas, prouentum æqualem, limites certos, circumſcriptiones externas lineis ductas, terminos æquales (vtor nunc vocibus Galeni) breuiter vt dico ego, Barbæ ineſſe formam, & figuram propriam: quod indicabo ſummatim pro viribus. Vna porrò ſola eſt via, hoc, quod intendimus aptiſſima ad indicandum, & locorum Barbaliũ quantitas cōtinua, latitudo; Niſi eſtis acerrimi ingenij, profectò meorum verborum ſenſum non percipietis, exiſtimantes

potiùs me nugari, & vos nugabimini, & animaduertatis quæri à nobis hîc formã Barbæ ſpecificam, ſeu genericam, non verò aliam, cuiuſmodi Barbæ genus eſt ineffabile, aut ego captus ſum non mente, ſed ſenſu ipſo communi, & oculis. Semper valet argumentum à loco barbali ad formam Barbæ: Quia eſt Locus Barbæ, propterea eſt Barbæ Forma. Cauſa erroris cur negetur forma Barbæ generica eſt videre oculis, atque ſenſibus ipſis obſeruare Barbam quandoq; latiùs, quandoq; anguſtius, quandoque mediocriter (de latitudine loquor) fruticare, & cùm non ſeruet vnam eandemq́ue conſtantiam in occupanda ipſa latitudine propterea dicitur, Barbam non obtinere Formam, ſeu Figuram propriam. Quæſo, rogatos vos

A volo, oratos & exoratos, contemplamini Platonis, Socratis (vtor ſcholarum terminis) Barbam, petò habebitne Socrates, Plato Barbam propriæ formæ, atque figuræ? Omnino, niſi cæcutietis, velitis, nolitis Socrates, Plato, habuerint propriam Barbæ formam, & figuram qualiſcunque illa ſit. Scio qui vos angit ſcrupulus, & vrget pectora, præcordia veſtra, ſed illum eximere vobis interea non poſſum: hic autem ſcrupulus eſt ob ignorationem philoſophię noſtræ indiuidualis, quam tandem inuitis illis, qui nobis portionem eius eripuere, & Deo fauente Optimo Maximo vobis dabimus. Varietas figuræ, ſeu formę Barbæ, quam adſpicitis comparãtes inſimul barbarum indiuiduorum multitudinem, numerum, vos non debet deflectere ab aſſertione veritatis, quæ eſt, Barbæ datam eſſe formam figuram propriam. Quemadmodum neq; varietas formæ ſuperciliorum non de-

B flectit vos ab aſſertione formæ illorum. ſingula quæcunque indiuidua humana obtinent formam propriam Superciliorum, a pari ſingula quæcunque indiuidua ſpeciei humanæ Barbata obtinent formam propriam Barbæ. Si quis mihi aſſignat formam genericam ſupercilij, vel ſuperciliorum, vel ſuperciliarem, ego illi aſſignabo formam genericam Barbæ, ſeu barbarum, ſeu barbalem. Iſta generica omnia compræhenduntur mentis agitatione, non autem ſenſu, omnino ſtultiſſima eſt opinio puerili quauis temeritate magis deridẽda, quia euariet forma Barbæ, quia inconſtans exiſtit colligere formam propriam non ineſſe Barbę. nam idẽ argumento retorquebitur ſumpta naſi forma, auricularum, ſupercilij, quibus partibus nemo negabit ineſſe formam propriam genericam, etſi forma indiuidualis

C euariet naſi, auricularum, ſupercilij. vtinam viderent me ij nunc, qui dicere audent citari à me philoſophiam indiuidualem meam oſtentationis gratia, nam lacrymas vbi viderent, cogerentur mihi collacrymari. non referant acceptum hoc muliebri quaſi naturæ, ſciant impaſſibilitatem non eſſe huiuſce ſæculi, ego ſi viuo neque ſim cautes marpeſia nõ dem inditia affectus interni, quo ſæuiſſimo angor. Socraticam illam faciem tenere nequeo ſenſibus experiens mala propria. Quia non dedi vobis philoſophiam indiuidualem, quia ignoratur ab omnibus, non valetis intelligere pleniſſimè opinionem meam de forma Barbæ generica. dabo tamen tandem vobis hanc philoſophia ſi viuo, nam ex relictis aduerſarijs meis illã denuo colligam, conſummabo. Habet itaq; à natura, à facultatis formatricis vir-

D tute Barba generatim conſiderata formam genericam, quia in tali loco, atq; tali ponitur Pilus eiuſdem conſtitutrix, & author. Ineffabilem omnino, atq; veluti diximus Barbarum indiuidualium varietas non ſubuertit Barbæ formam genericam, quemadmodum nos ſuperciliorum indiuiduorum varietas formæ non ſubuertit formam genericam ſupercilij. atq; ſi defendere nouiſſem Galenum ipſum præceptorem ingratiſſimus omnium mortalium homo forem, nomine quin ipſius hominis indignus, vbi non defenderem. Loquor defenſione vera, non ſophiſtica, ipſe non erubeſceret, ſi in viuis exiſteret, fateri ignoraſſe hoc, & Barbæ finem, &

omnino Pilorum phyſiologiam veram. Hactenus de Barbæ generica forma, non autem de indiuiduali dictum eſto.

CAP. XIIII. DE BARBAE DIVERSITATE.

SVPEREST docere nunc differentias Barbæ, quæ fluunt à principijs eiuſdem, at externis, nimirum ab ijs, quibus innititur, atq; conformatur, conſtituitur. Sunt autem iſthæc numero duplici cõprehenſa, Locus, Pilus. Quapropter illorum ſigillatim vnumquodq; perpendiſſe oporteat, ſi barbæ exiſtentiam, naturam ſenſibus obiectam ipſis cognitione quadam pleniori conſequi voluimus. Sed videamus, quid ſcripſerit Ariſtoteles de varietate Barbæ, quæ illius opinio legitur lib. 3. de Hiſtor. Anim. ca. 11. Gaza vertente in hanc ſententiam. Barba non pari modo effunditur omnibus, ſed alijs tam Maxillæ, quàm Muſtax, & Mentum pilorum frequentia integuntur: Alijs Mentum læue, & Muſtax: Maxillæ piloſæ cernuntur. ſubiungeremus Græcum contextum, ſi opus interea foret pre manibus, at caremus, nouitia ingenia, & omnino qui legunt, aut audiunt, ſatagãt orationem Græcam videre, nam deſideratur forſitan Gazæ diligẽtia hoc in loco, niſi nos fallit memoria. Cæterùm Albertus cognomento Magnus lib. de An. 3. cap. 2. ſcribit de varietate Barbæ in hanc ſententiam. Adhuc autem aliquando contingit multos viros eſſe multorum pilorum in Barba inferius, & tamen denudatam habent Maxillam, quæ eſt inter Tempus, & eorum Mentum. Et Tempus eorum iterum habet multos pilos, & in quibuſdam eſt è conuerſo: multos enim habent ſuperius, & inferius in Barba paucos. Atque de varietate Barbæ ſunt hec quæ legimus apud antiquos phyſicos, interim nos viam iam à nobis propoſitam ſequamur. Exordiemur autem à Loco, vt doctrinam inſtitutam tueamur: in quo conſideratur quantitas, atq; huius cum ipſa quæ dicitur diſcreta, tum cõtinua. Ad quantitatem diſcretam pertinent loca Barbæ, vt numero cẽſentur: quæ aut generatim ſunt omnia barbata, aut ſpeciatim aliqua. Niſi vero barbeſcãt, vel barbata ſint omnia, ſed aliqua; iſthæc fuerint, aut loca præcipua, aut ea quæ non ſunt præcipua. Præterea horum locorũ minus præcipuorum, aut locus vnus duntaxat eſt barbatus, aut quæ relinquũtur cætera loca, ſi reliqua ſunt nõnulla iuxta quas differẽtias Barba ſimpliciter magis, & minus, aut altero nomine oppoſito ſecundum quid & magis, ac minus poterit à vobis, ſi libeat nuncupari, & hec ſummatim exiſtunt, ex quibus Barba obtinet differẽtias quatenus fluit à loco perpenſo iuxta quãtitatem diſcretam numerum. Veruntamen quia ab ingenijs nouitijs, & leuiter exercitatis nequibunt fortaſſis hæc adeo facili negocio intelligi, operæ pretium nos facturos eſſe arbitramur, ſi exemplis rem tentauerimus illuſtrare, atque ob oculos quaſi ponere. Barba, quæ iuxta quantitaté diſcretam numerum, ſcilicet locorum omnium barbeſcere conſuetorum fruticauerit, obtinebit Maxillam cutaneam infernam, Mentum, Submentum, Labium cutaneum ſupernũ, infernum, & huiuſmodi Barba dicitur ſecundum quantitatem locorum diſcretam Barba ſimpliciter.

A

B

C

D

Barba ſimpliciter.

Barba quæ non eruperit ſimpliciter in locis omnibus barbeſcere conſuetis, at ſolummodo in præcipuis ambobus, qualia ſunt Mentum, Labium ſupernum, dicitur quidem Barba ſimpliciter, quia obtinuerit loca præcipua, veruntamen ſi comparetur ſuperiori Barbæ, tunc neceſſarium fuerit diſtinxiſſe per addiſamentũ

fami-

ſamiliare,quod eſt magis,& minus,atque ſuperior Barba dicetur Simpliciter maximè,aut magis:iſthæc vero locorum præcipuorum nuncupabitur Barba Simpliciter minus, & cùm loca præcipua exiſtant bina, fieri poteſt hominem Barbam emittere duntaxat ad alterutrum horum locorum pręcipuorum, ſcilicet Labium ſupernum,aut Mentum,cęteris locis etiam nudis,aut nudatis omnino,& glabris, tunc Barba dicitur eſſe talis cum additamento loci barbati, & vocabitur Barba ſimpliciter minus, Menti, aut Labij ſuperni. *Barba ſimpliciter magis, & minus.*

Barba quæ fuerit in locis non præcipuis qualia ſunt Maxilla cutanea inferior,Submentum: cæteris locis præcipuis glabris tunc vocatur huiuſmodi Barba non amplius ſimpliciter, at ſecundum quid. Si alterutra loca Barbam obtineant puta Submentum, vel Maxilla, tunc iuxta regulam ſuperiorem dicitur Barba ſecundum quid,at cum additamento nominis ipſius loci barbeſcentis,vel barbati & barba ſubmenti poteſt vocari Aruncus, propter analogiam ad villum, qui capris inexiſtit ſub Mento,& huiuſmodi barba eſt obſcæna, atque turpis, hinc apud Plautum legimus Actu 4.Sc.2. in Pſeudolo, vbi Simia ſycophanta alloquitur Ballionem Lenonem. *Barba ſecundum quid.* A *Aruncus.*

Heus tu,qui cum hircina ſtas barba, reſponde quod rogo.

Nec mireris inter hęc oppoſita loca nos adhuc nullā feciſſe mentionem barbę inexiſtentis Labio cutaneo inferno, ſiquidem nos arbitramur hunc locum ambigere quaſi inter loca pręcipua,& non pręcipua, quapropter ſi contingat barbam apparere in hoc vno loco, tunc dicatur barba facto additamento nominis ipſius partis,aut loci,& vocetur barba Labij cutanei inferioris. B

Reſtat nunc altera conſideratio barbæ facta iuxta quantitatem continuam, quæ duo includit locis peculiaria, ſunt autem illa, cùm longitudo,tum latitudo. penes verò vtraſque conditiones oportet perpendere differentias barbæ formæ genericæ,vbi phyſiologiam eius velimus conſequi perfectè.

Barba iuxta dimenſionem ipſius longitudinis,omnino ſi mereatur nomē, eius quod ſimpliciter dicitur,oportet illam eſſe,atque apparere in vniuerſa longitudine loci; quod ſi barba non occupat ipſam vniuerſam longitudinem, tunc non dicitur barba ſimpliciter,at potius ſecundum quid, talis verò dicitur cum additamento magis,& minus iuxta portionem ſpatij non barbati,ſed glabri ampliorem anguſtiorem,ſeu longiorem,breuiorem. C

Poſtremò ſi barba loci latitudinem reſpiciat, vel nos illam conſiderare velimus iuxta latitudinis terminos à nobis oratione ſuperiori deſcriptos, tunc barba aut ijs fuerit æqualis, aut inæqualis: Barba fuerit æqualis ipſi latitudini locorum quotieſcunque,neque vltra terminos,neque citra eoſdem eruperit barba, cuiuſmodi vocari poſſit barba ſimpliciter in latitudine loci, aut locorum. conſtat verò quænam ſit barba inæqualis nimirum, quæ ſit, vel anguſtior, vel amplior ipſa latitudine locorum,atque talis barba ſecundum quid iuxta latitudinem vocabitur. niſi arrideant vobis huiuſmodi nomina ſcholis iam familiaria, confingite noua,atq; periculo ueſtro experiamini, ſeu moroſas, ſeu nauſeabundas hominū quorūdam delicias molliculas, teneriuſculas Catulliano paſſerculo congeneres, vel parum abſimiles:rudiunt enim adhuc nonnulli balbutientes grāmaticuli,vel boant potius, qui nihili edunt nihil, & naſum hi non pueri, at pueruli Naſum inquam Rhinocerotis habent,ſed iſtos vulturibus vultuoſos homunculos relinquamus. Iſtis cornicibus,neſcio an profuerit illa ſua toga, qua ſeſe pompoſè venditant, ne illorum configantur oculi. *Barba æqualis, vel inæqualis.* D

Alterum eorum externorum,cui barba innititur,exiſtit ipſe Pilus, iuxta quem

Barba ſecūdū Pilos cōſiderata.

pariter inſtituenda eſt illius phyſiologia definienda iiſdem quoq; regulis, vt ob oculos ponatur vniuerſa. barba verò ſecundum pilum, aut pilos conſiderata fuerit rara, denſa, mediocris. Prꝫterea cùm pilus quantitatem longitudinis obtineat hæc fuerit, vel mediocris, vel excedens, at ſi excedat quantitas longitudo, vel recedat à mediocritate, hoc per alterutra continget, nimirum Pilus aut fuerit minimus, breuiculus, vix ſenſum feriens, aut longiſſimus. hanc liberalitatem excurrentis longitudinis cohibet cultus rationalis pro arbitrio humanæ voluntatis: breuitatem verò medici ſuis præſidijs augere conantur, adnituntur, contendunt, atque huiuſmodi quantitas breuicula pilorū apparet nonnunquam in Myſtacibus ſcilicet Pilis Labij cutanei ſuperni. Promptum fuerit ex datis ipſis exemplis in ſuperiori phyſiologia locorum, cuiuis ét ingenio mediocri non dixerim, at nouitio hanc phyſiologiam pilorum inſtituiſſe iuxta nomina illa diuidentia, quæ ſunt ſimpliciter, & ſecundum quid, præterea & additamenta illa magis, minus. Cæterùm ſi minus placuerint, liberum eſto cuiuſcunque iudicium: figuntur leges, refiguntur, cur doleamus hæc noſtra non publicata quaſi edicta Regia ab aliquo viro doctiſſimo cōuelli: ſi author fuerit doctrinæ potioris, nemo erubeſcat addiſcere, & niſi doceat is, ferat docentes, alioqui peſſimus fuerit homo, & in Republica litteraria fucus, quos fumo, aut cacantis odore abigere oporteat, nam fumus fuco cōuenit, & dictionis poſtrema ſyllaba eſt per ſyncopes figuram. A B

CAP. XV. QVI, ET QVOTNAM SVNT *Articuli, vel Gradus Barbæ?*

Gradus Barbæ, atq; eorum cognoſcendorū neceſſitas.

NECESSARIVM videtur ad præſentem etiam quæſtionē definiendam, & barbæ naturam ipſam cognoſcendam in præſentiarum declarare, quꝫnam, & quot ſint articuli, vel gradus ipſius barbæ: articulos porrò, & gradus eiuſdem vocamus diſtincta ſpatia vitæ, ſeu eſſentiæ illius beneficio ſenſus animaduerſa, quæ ſunt veluti ætates illius, analogia correſpondentes hominum vitæ certis, ac ſenſibilibus dimenſionibus ipſam diſtinguentibus. Atque hi barbꝫ articuli, gradusvè, aut ætates, quamuis iudice ſenſu agnoſcantur, definietur attamē ipſorum negotium auctoritate veterum ſcriptorum, & maiorum noſtrorum; vt rei ſit fides ampla magis, atq; ſi licet hoc dixiſſe, certior. Cꝫterùm cognoſcant ipſi tyrones grauiſſimorum auctorum lectionem, niſi tractetur ſupinè, conferre plurimùm ad aciem ingenij conformandam, atq; producendam. eſto itaq; iuuentuti prꝫceptum nunquam negligendum veterum ſcripta famigeratorum legere oportere, lecta animaduertere mente acri, eaque demum animaduerſa memoriꝫ ſtylo mandare, vt commodùm eruantur quꝫ aliquando lecta, & intellecta fuere. Sunt omnino articuli quibus diſtinguitur barba à ſeſe inuicem ſpatio eius vitæ decurrente, ſumma ſummarum tres numero. Prior eſt barba lanugo, ſeu lanuginalis, quando tenuis, mollis in cute apparet, quæ adhuc barbꝫ flos nuncupari poteſt. Alter gradus eſt, vel articulus, qui barbæ plenitudo, ſeu barba plena, vt veterum ſcriptis concordemus nominatur. tertius barbæ articulus eſt immutatio proprij coloris in canitiem, quapropter barba caneſcens, vel cana etiam à nobis nuncupatur. diximus numerum & nomina, reſtat iam ipſam rem deſignare quoto ſcilicet noſtrꝫ vitæ anno hi articuli barbæ compareant, ac non ex toto, ſed magna ex parte, iuxta enim eius, quòd frequēter contingit, cenſuram ea quæ phyſica ſunt, aut naturalia dicas, ſemper ꝫſtimantur. barba lanugo, ſeu lanuginalis, & C D

Veterū ſcripta quid cōferant.

Documētū.

Numerus articulorum Barbæ.

Prior gradus Barbæ.

Alter gradus Barbæ.

flos

flos ipſe barbalis erumpit plurimis ad annum decimumoctauum,atque etiam vi cesimum. hoc indicauit Lucretius, aperuit ipſe Ariſt. locis iam dicendis; audiamus primo Lucretium lib.5.ſui Poem. phyſici ita canentem. *Lib.6. de Anim. 22. cap.*

Sed neque Centauri fuerant, nec tempore in vllo
Eſſe queunt duplici natura, & corpore bino,
Ex alienigenis membris compacta poteſtas
Hinc illinc par vis,vt non par eſſe potis ſit.* ** paribus.*
Id licet hinc quamuis hebeti cognoſcere corde
A *Principio circum tribus actis impiger annis*
Floret equus, Puer haudquaquam,quin ſæpè etiam nunc
Vbera mammarum in ſomnis lactantia quærit.
Poſt vbi equum valida vires ætate ſenecta,
Membraq; deficiunt fugienti languida vita:
Tum demum puerili æuo florente, iuuenta* ** pueris*
Occipit,& molli veſtit lanugine malas.

Indicauit Lucretius ipſe lanuginis, vel barbæ erumpentis tempus ex equi ſenectute adueniente. quam docet Ariſt.lib.de Anim.hiſt.6.ca.22.vbi ait Gaza interprete. Vita equorum plurimis ad decimumoctauum, atque etiam vicesimum *Equorum vita.*
B annum. Sed nonnulli etiam quinque,& viginti,atque triginta egerunt, & ſi cura diligenter adhibeatur, vel ad quinquaginta protrahitur ætas: longiſſima tamen vita in pluribus ad triceſimum annũ,quod magna ex parte fieri nouimus.hucuſq; præceptor Ariſto.cui aſtipulantem quoq; habemus Iunium Columellam,& alios qui de re ruſtica ſcripſere,vt ex auctoritate horum grauiſſimorum ſcriptorum cõſtet barbam lanuginem,ſeu lanuginalem, nec erit diuerſum vbi dicas barbæ florem,nobis erumpere circa annũ ætatis noſtræ duodevigeſimum, aut vigeſimum, cuius rei veritatem ſenſus dijudicat in ſemetipſo, in alio homine, atque in hoc quotidiana exempla paſſim obuia,& conquiſita valent non aſpernandum ipſi rei iam enarratę afferre teſtimonium. nec inſaniæ phyſicę quas legimus in Caro
C ab hac veritate credenda poſſunt debentve nos deterrere, nam loquitur de ijs, quæ ſunt obiecta ſenſus, non autem intellectus contemplantis; quo plurimum is à veritate (ac pace dictum ſit priſcæ antiquitatis) decrrauit longiſſimoq; interual lo, quapropter doctiſſimè admonuit Gilbertus Genebrardus lib.2. ſuæ Chronographiæ,quæ fuit excuſſa Coloniæ Aggripinæ apud Io.Gymnicũ ſub Monocerote atque ad annos ante Chriſtum natum ſeptuaginta nouem, quo anno diem ſuum obijt Lucretius. Lucretius Poeta Epicureorũ amatorio poculo in furorem verſus, *De Lucretio Poeta iudicium.* cùm aliquot libros per inſaniæ interualla conſcripſiſſet, quos Cicero emendauit, ſe ſua manu confecit anno ætatis 44. vtinam noſtra plures non haberet. dum ardentius Lucretius legitur,exponitur,emendatur,quam &c. cui prudentiſſimo iudicio non poſſumus non ſubſcribere,aſſeuerantes periculoſam eſſe admodum le-
D ctionem huius Poetæ ingenijs,vel non prouectioribus, & adultis, vel nimiopere ſuſpicientibus antiquorum, & priſcorum dicta; quæ non ſecus ac Regia edicta plures ambitioſi magis,quam ſcientes,aut docti lubenter amplectuntur,exoſculantur: eſt animi quidem grati,& catè ſcientis,antiquitatem venerari, ab eadem nũquam temere diſceſſum facere,at omnia dirigenda ſunt regulis ethicis,in quibus oportet, quomodo oportet, quando oportet, quantum oportet: quæ ſemina conformandarum actionum animi humani leguntur in diuino Platone, mox diligentius exculta ſunt ab Ariſtot.diſcipulo:ſumma ſummarum ſit cuiq; rei modus, quem tenere argumentum eſt haud leue hominis fęliciter ſapientis.Lucretius vt

proſe-

proſequamur orationem iam inſtitutam: habuit opinionem falſam, adhæc pernitialem ad concubitum humanum: legitur autem id generis opinio in fine lib. 4. vbi docet concubitum fœminæ, ac viri, propter generationem auerſum, & quadrupedum more eſſe debere, non aduerſum: Motu etiam in hoc primo gradu facultatis generatricis dãnato. Quæ pernitialis falſaq; opinio furtim irrepſit hominum quorundam animos, eorumq; non ignobilium, contra quã opinionem odioſiſſimam, & diris omnibus execrandam, veluti naturæ inimicam, & hoſtilem ſcripſimus olim inter ſtudiorum noſtrorum ipſa rudimenta, oſtendentes phyſicis, corporeis argumentis, à ſenſu etiam deſumptis, à ratiocinijs, & veterum dignitate fœminam, & marem noſtræ ſpeciei vnà coniungi debere propter generationem aduersè, non auersè, cuiuſmodi cõcubitum, & herinacei inter quadrupedes agunt ſenſu, ac Ariſtot. docente, licet id contingat propter aliam cauſam in hac ſpetie. Quod commentarium fuerit qualecunq;, attamen pro veritatis, ac ſalutis humanæ patrocinio ſuſceptum, exaratum cum alijs nonnullis homines nequam nobis ſurripuere, qui ſciant remanſiſſe apud nos omnium noſtrorum operum aduerſaria, nam cuncta, quæ legimus, in Diaria conſueuimus ab ipſa ſtudij noſtri priori infantia digerere, nunquam calamo parcentes, quæ vna fuit cauſa, vt facilitatem ſcribendi adeo inæſtimabilem conſequeremur, nunquam non experientes velociſſimarum quoque manuum noſtrarum pigerrimam tarditatem, inertiam in ſcribendo animi dictata, quam volantem agilitatem, ac motum noſtræ manus excuſſit iam nobis arthritis ſæuiſſima, at iuſtiſſima, quod eſt opprobrium ætatis noſtræ ſuperioris; nam ex parentum vtriuſq; ſemine, vt exigua duxerim tam ſæui morbi ſemina, eorum tamen exiguitatem poterat expugnare, aut retardare vim paullò accuratior inſtituta victus ratio, quæ minus religiosè obſeruata intulit nobis aculeos, & equuleos arthriticos in vltimo iam curriculo ipſius iuuentutis, quam nunc exiuimus. Nouerint ergo latrones vigiliarum noſtrarum in promptu nobis eſſe, ac fore commentaria iſthæc etiam denuo conformare. ita fuerint admoniti legentes, vel audientes expreſſiſſe nobis hanc digreſſionem, ac extorſiſſe quam paſſi ſumus ab Agaſonibus iniuriam, non autem ambitiosè ſuſceptam eſſe, cùm & voluerimus quoque teſtimonium dari iudicio viri Genebrardi, eruditiſſimi in cenſura poematis Lucretij Cari iam pronuntiata, & propter hominum quorundam vtilitatem. Nunc in viam redeuntes ſummatim iam dicemus in gratiam memoriæ, quæ tam longo interuallo ſunt omiſſa ac fortaſſis elanguere. Barba lanugo, ſeu lanuginalis, aut Barbæ flos ipſe circa annum decimum octauum, ſeu vigeſimum erumpit Lucretio teſte, ac eius dictum Ariſt. explicante, cui veritati fidem poteſt vnuſquiſque ſecuro animo adhibere, nam huius eſt author teſtis ipſe ſenſus, vel aſſertor, non autem intellectus contemplans, atque talis veritatis experientia obuia paratiſſima quotidiana exempla ſubminiſtrante natura fuerit lapis lydius, ignis, incus, malleus, cui tamen vberioris doctrinæ gratiæ ex noſtrorum ſtudiorũ amœnis ſeceſſibus proferuntur carmina lepidiſſimi Poetæ Martialis in hanc ſententiam de effigie Camoni epig. 78. lib. 9.

Lib. 5. de hiſto. Anim. cap. 2.

Barba quãdo erũpat.

Hæc ſunt illa mei, quæ cernitis, ora Camoni:
Hæc pueri facies, primaq; forma fuit.
Creuerat hic vultus bis denis fortior annis
Gaudebatq; ſuas pingere Barba genas:
Et libata ſemel ſummos modo perpura cultus
Sparſerat: inuidit de tribus vna ſoror,
Et feſtinatis incidit ſtamina penſis

Abſentemq;

Abſentemq́; Patri retulit vrna rogum,
Sed ne ſola tamen puerum pictura loquatur,
Hæc erit in chartis maior imago meis.

Eſt præterea Solonis carmen ætates diſtinguentis, quod aſſerit eandem ſententiam, atque recenſetur à Philone, quæ talis legitur. Præterea clariſſimè demonſtrant vim perfectiuam rerum inſitam ſeptenario, vel ætates ab infantia ſenectutem vſque, quas ſeptimanis annorum metimur. Namque primo ſeptennio dentes proueniunt, ſecundo tempeſtiui ad genituram emittendam reddimur, tertio barbam promittimus, quarto augmentum roboris conſequimur, tum quinto tē-A pus nuptias poſtulat, ſexto vis intelligendi maturatur, ſeptimo tum mens ſeipſa melior auctiorq́ue euadit, tum ratio; octauo vtraque plenè perficitur: nono verò æquitas, ac manſuetudo, affectibus maiori ex parte perdomitis: porrò decimo finis vitæ optimus, integris etiam tum inſtrumentis ſenſuum. ſolet enim longa ſenectus vnumquenque ſupplantare, & affligere. Quas ætates etiam Solon Athenienſium legiſlator, deſcripſit his Elegiacis.

Phylo Iudæus lib. de Mundi opificio.

Impubes pueri ſeptem voluentibus annis
Claudunt enatis dentibus eloquium.
Poſt alios totidem; diuorum numine dextro
Occultum Pubis naſcitur indicium.
B *Annis ter ſeptem prima lanugine malas*
Veſtiet, ætatis robore conſpicuus;
Adde alios totidem feſtinans ocyus ætas
Coniugio mandit quærere progeniem,
Sexta ætas animo ſi quid deeſt addet, eaq́;
Diſces quid deceat, quid quoque dedeceat.
At quæ ſuccedunt per proxima ter duo luſtra,
Ornabunt linguam dulcibus eloquijs.
Nona ætas languet, tum frigida membra retardant,
Virtutem, non vnquam interituram animi.
C *At quiſquis decimam poterit contingere metam,*
Iam tempeſtiuo funere conciderit.

Ita quidem Solon modo dictis decem ſeptimanis, humanam vitam dinumerat. Hippocrates verò Medicus ait, ſeptem eſſe ætates, infantis; Pueri, Adoleſcentis, Iuuenis; Viri; Senioris, Senis. Harum menſuram ſeptimanas annorum non tamen deinceps, ſic autem dicit: in hominis natura ſeptem ſunt tempora quas ætates vocant, Infans, Puer, Adoleſcens, & reliquæ. Infans eſt, donec intra ſeptennium dentes amittat: Puer vſque geniturae excretionem, ad geminatum ſeptennium: Adoleſcens vſque Barbæ hirſutiem, ad annum ter ſeptimum: Iuuenis vſque dum creſcit totum corpus ad quater ſeptimum: Vir vſque vndequin-D quageſimum ad ſepties ſeptimum: Senior vſq; ſextum ſupra quinquageſimum ad octies ſeptimum. Quicquid verò deinceps ſequitur, ad Senium pertinet; Nec turbentur legentium, aut audientium animi: quia videant, intelligant hoc tempus barbam lanuginalem emittendi eſſe lubricum, inconſtans, incertum, nam exit illa nonnullis circa annum decimum quartum, retardat verò in quibuſdam vſque ad vigeſimum primum, & vigeſimum quintum, vt attingat etiam quartum ſeptennium, at perrarò in hominibus alijs. hæc enim inconſtantia, & incertitudo (vtemur nos id generis nominibus communem potius loquendi ſecundum conſuetudinem, quàm ipſam veritatis regulam) hæc inquam floris bar-

Ætates quot. Infans. Puer. Adoleſcés. Iuuenis. Vir. Senior.

bæ erumpentis incertitudo arguit, quid myſterij, veluti & cætera Naturæ opera ab optimis ingenijs acriter animaduerſa, continetque in ſeſe digniſſimum naturę ipſius agentis ſenſum, quem indicare nunc non eſt opportunum, neque ad negotium pertinet noſtrum. Sufficiat ingenijs addubitantibus, ac ſuſpicioſis interualli hanc inconſtantiam, & incertitudinem eſſe ſuſpiciendam, non deſpiciendam, & Naturalem quoque dicendam eſſe, vtcumque præſcriptum ipſius temporis articulum in ſingulis ſingularibus non teneri videamus: An minus dicenda nobis exiſtat eſſe Naturalis ſtatura hominum, quia euariat, ſic & oculorum ipſa moles, ac partium reliquarum? Habent ſingula opera naturæ præſcriptæ quantitatis, ac temporis, ſed & cæterorum, quæ contingere poſſunt ſpatia terminos, at non ad A minutiſſima vſq; momenta, ſed latitudinis cuiuſdam rationalis, non autem irrationalis diſtincta ordinato tenore, quæ omnia apparent euidentius in humana ſpecie, vt quæ digniſſima quoque ſit inter reliquas, cum habent hæc vna indiuidualitatem præcipuam conditionem, ſi acriter animaduertatis in alia ſpecie nulla, vel ſpeciei ſingularibus exiſtentē, quæ ſi adſit, nullo tamen ſenſu cognoſcitur. quod eſt argumentum valentiſſimum inter cætera ad indicandam immortalitatem animorum noſtrorum: blaterent quicquid volunt ſophiſtæ phyſici, qui vnà cum Ariſt. communi præceptore, vt attigerint quadantenus ipſam indiuidualitatem humanæ ſpeciei, illam tamen (rumpātur ilia Codro) non cognouerunt depulſi ab opinione illa ſcientiæ, quam ſingularium vtpote incertorum aiunt nullam exiſtere. obtrudunt inſani illud famigeratum, & lactantibus puerulis perceptum B percognitum, Plato cùm veneris ad particularia, iubet quieſcere, quod vtinam intelligeret. Sed plures machinę adhibendæ ſunt ad huius hæreſis tollendas fibras, & prorſus euellendas omnes, quarum machinarum, & nobiliſſima principia relinquemus nos ipſi poſteris noſtris. indico, vel indigito vmbram quandam, atque pertenue veſtigium. hanc humanæ ſpeciei indiuidualitatem inſeruire plurima iuxta humanæ cognitionis terminos ad aſſerendam, aſſeuerandam animæ noſtrę immortalitatem. quod arguat facultates omnes animæ noſtræ minimum, & exiguum quid obnoxias eſſe materiei. nolo hic vlterius progredi: nam locus eſt inopportunus. Barbæ (ad caſas redeo) indiuidualis eruptio, non conturbari debet C legentium, vel audientium animus, quia certa eſt latitudo articuli huius, & conſtans: ſunt enim veluti carceres illius anni decimusquartus, vigeſimusquintus, in illo citiſſimè, in hoc tardiſſimè erumpit; adhuc valde ſi ad quartum ſeptennium

Mõſtrum. pertrahatur lanugo, quæ omnino eſt monſtrum, veluti eſt monſtrum ante annum decimūquartū, ac euidentiori exemplo eſt monſtrum, ſi appareat in puerilibus annis, cuiuſmodi mõſtra nunquam legi, aut audiui extitiſſe: at hæc vos non poteſtis omnino intelligere, quidam etiam leuiſſimi tollent cachinnos iſta legentes monſtra, ipſi monſtra, quia veritatem non attingant ad quam homo natus eſt inueſtigandam, imitandam in hac peregrinatione, fruendam in Patria cęleſti nam ibi eſt, qui eſt lux & veritas, at hæc vos non poteſtis adhuc intelligere inquam paruuli adhuc, donec grandiores iam facti percipiatis verum Barbæ finem verè D diuinum, quia diuina, & occulta diſpenſatione procedit, ac animę tali deſeruit. Argumentum fuerit noſtri tumultuarij interim ſtyli, atque calami etiam præcipitanter acti, nos cap. 8. vbi expoſuimus Martialis epigramma, in quo ſtat illud carmen, vel diſtichon.

Hinc Tragus, celereſq; pili, mirandaq; matri
Barba, nec in clara balnea luce placent.

Tragus q̃d Martiali. Reticuiſſe vulgarem expoſitionem grammaticorum, qui arbitrantur ipſum Tragum

g im eſſe odorem illum fœdum ſubalarem, quòd ab alarum cauitate proueniat, de quo Horatius ait.

Paſtillos Ruffillus olet, Gorgonius Hircum

Quam Tragi ſignificationem alibi conceſſam, ſi modo accipere nobis nō lubeat, haud ſatis video, quomodo nonnulli audeant nobis illam intrudere. Stat nè aliquod in ſuperiori, vel inferiori oratione epigrammatis Martialis, quod noſtræ expoſitioni aduerſetur? Tragum ſi licuit Ruffo expoſuiſſe partem auriculis oppoſitam conchæ, quæ expoſitio, ſeu ſignificatio nō eſt adeo nota grammatiſtis, haud ſatis video cur mihi pariter non liceat exponere Tragum pro Pube Barbali, quæ

A apparet primum iuxta huiuſmodi particulam, niſi ſenſus nos fallat. Nobis itaque liceat phyſicis, & grammaticorum ſupra leges interea conſtitutis expoſuiſſe Tragum pro pube, qui eſt pilus inchoatus, mollis, tenuis, breuiculus, albicans vt plurimum, à qua conformatione mox tranſit in Pilum verè talem nuncupatum, ob quam rem dixit Martialis.

—— *Celereſq; pili.*

Tertio conformatur Barba ex ipſis Pilis, vt Martialis hoc in epigrammate articulos Barbæ tetigerit iuxta meam interpretationem, haudquaquam odorem ſubalarem; niſi arrideat hęc phyſica expoſitio, illa grammaticarum cuique ſtat paratiſſima, nos voluntatem alicuius violare nolumus. at proſequamur.

B Veniamus nunc ad alterum Barbę articulum, quem diximus principio capitis huius nuncupari à nobis Barbę Plenitudinem, ſeu Barbam Plenam, vt antiquitati concordaremus, quam audite antiquitatem vos qui ignoratis, aut niſi ignoretis odiſtis odio pluſquam vatiniano ſtudiorum ſeceſſus (vtar nunc Quintiliani docentis lib. 10. ca. 5.) ad reficiendam mentem ſaluberrimos. Audite Aelium Spartianū in ſcribenda vita Aelij Adriani Imperatoris Auguſti loquentem in hanc ſententiam, quam penitus referendam cenſui, eſt enim valde memorabilis, ac citreis tabulis digna. Siquidem ipſe poſt Cæſarem Octauium labantem diſciplinam incuria ſuperiorum Principum retinuit, ordinatis & officijs, & impendijs, nunquàm paſſus aliquem à Caſtris iniuſtè abeſſe: cum Tribunos nam fauor militum,

C ſed iuſtitia commendaret: exemplo etiam virtutis ſuæ cæteros adhortatus, cum etiam vicena millia pedibus armatus ambularet, Triclinia de Caſtris, & Porticus, & Cryptas, dirueret: Veſtem humillimam frequenter acciperet, ſine auro balteum ſumeret, ſine gemmis fibulas ſtringeret, capulo vix eburneo ſpatam clauderet: Aegros milites in hoſpitijs ſuis videret: locum Caſtris caperet: nulli vitem niſi robuſto, & bonæ famæ daret: nec Tribunum niſi plena Barba faceret, aut eius ætatis, quæ prudentia, & annis Tribunatus robur implere, nec pateretur quicquam Tribunum à milite accipere. habetis nunc nomen Barbæ plenæ deſumptum ab autore non contemnendo, & Auguſti Imperatoris dignitate confirmatum: reſtat iam videre, ac intelligere quænam res huic Nomini, & voci reſpondeat, nimirum quid Barbam plenam intelligere oporteat, & quoto anno vi-

D tæ noſtræ accedat. Barbam plenam intelligimus beneficio analogiæ: Dimēſiones corporis iam perfectæ, ac terminum vltimum conſequutæ, vbi ſunt propriæ quantitatis dicuntur verè ſtatura, quia ſtant, amplius non mouētur, nec argutare oportet, quia videatur pronuntiata vox repræſentare tempus quod aiunt grammatici futurum, nam ſi ego interpretabor ſtaturam vocem eſſe compoſitam ex duabus vocibus, ſeu nominibus imperfectis truncatis, quid reſpondeant, eſt enim ſtatura vt originationem tentemus exponere ſtatus ratus corporis noſtri; quantitatis dimenſiones iam abſolutæ, perfectæ. ſi negent aliqui erecta facie aliud obtrudam,

Barba plena. at demum aliquis, vt ait Cicero Deus viderit, relinquamus id generis litigium. Plenam barbam intelligimus abſolutam, perfectam, conſummatã. Auertite nũc rogo uos animum à dimẽſione longitudinis, ſcio quis vos vrgeat ſcrupulus, quia videatis Barbam ſemper creſcere, vobis perſuadetis eam nunquam conſummari perfici, & hæc eſſe potius verba logica, ſophiſtica, vos eſtis adhuc ſordidiſſimis ſophiſtis peiores, vbi non collum ſuperbiæ veſtræ ſubmittatis iugo veritatis. Explicabo locis proprijs cauſam finalem huius cremeniti capillorum, vel pilorum. nunc ſciatis Barbam dici quidem ac cenſeri plenam perfectam conſummatam, abſolutam ratione quantitatis pilorum longitudinis, at non ſimpliciter. nam requiruntur, & loca. oportet namque ſi Barba tale nomen conſecutura ſit, vt homo Barbatus obtineat loca etiam omnia barbeſcere apta in illo indiuiduo, quoad raritatem, dẽſitatem, ad quantitatem diſcretam pilarem numerum obtineat, ſcilicet ſupremum, vltimum, quem obtinere valet illud indiuiduum. repugnat quippe ſenſui Barbam poſt ipſa tempora Plenitudinis tranſacta pilum, vel vnum admittere, niſi, vt cum vulgaribus loquar, præter naturam, ſcilicet monſtroſè, cùm tamen in ipſa ſtatura nihil ſit præter naturam, & ipſa monſtra ſint maxime naturalia, finemque obtineant proprium, ſingularem, licet minus nobilem, ratione intelligẽtiũ, nobiliſſimum verò ratione finis. breuiter nec pilus vnus, niſi præter naturã (vſitate niſi exactè loquimur) ſuccreſcit in barba poſt ipſius tranſacta plenitudinis tempora. fuerit itaque Barba plena, loci, quantitatis continuæ, ac diſcretæ regulis iudicanda, quas vos eruatis, ſufficit mihi non indigitauiſſe, at etiam indicaſſe? Reſtat nunc dicere, quoto anno vitæ noſtræ conſummetur, abſoluatur Barba? quod, reſpiciens vulgarem doctrinç conſuetudinem, non poſſum non aſſerere difficillimum eſſe docere: tentabimus attamen difficultatibus nullis repulſi, quæ argumenta ſunt certiſſima ſemper conatuum nobiliſſimorum, & myſterij cuiuſpiam vulgaribus mentibus, & popularibus abſconditi, omninoq; ſecreti ab omni impuritate. A B

Monſtra.

Barba quãdo conſummetur.

Accipere oportet hoc principium, Pilos eſſe partes corporis humani, quemadmodum veritate compulſi, effuderunt, non docuerunt viri clariſſimi, inter quos Ariſt. legitur lib. 4. Meteorolog. cap. vlt. & pluribus alijs in locis Gal. ſatis ab erudito ingenio cognitis. C

Barbam, hoc aliud principium accipere oportet, eſſe partem corporis humani noſtri, nam conſtat ex pilis, qui partes exiſtunt, quemadmodum in phyſiologia noſtra vniuerſali pilorum commentario humanorum docere tentabimus.

Tertium principium illud eſt, vnamquamq; partem abſolui ad corporis abſolutionem, quod niſi veritas foret, corpori nullus eſſet conſtitutus modus, & mẽſura, laberemurque in illud infinitum, quod cane peius, & angue odit Ariſto. & abſurdius quouis abſurdo, etiam abſurdiſſimo ſemper conſtituit, quotieſcunque eſt aliquid probaturus quemadmodum conſtat in eius doctrina verſatis, atq; conſummatis. nec faceſſat negotium legentibus, vel audientibus quantitas continua pilorum Barbæ ſemper creſcens, indefinita, quaſi nullam ea conſequatur terminũ, ac ſtatum. Eximemus enim ſcrupulum hunc loco proprio, & reſpiciatur, vel conſideretur ſolummodo plenitudo Barbæ iam à nobis indicata. Cæterùm his poſitis videndum eſt quonam tempore corpus noſtrum perficiatur, abſoluatur, conſummetur, nam eodem temporis articulo prodit barbæ plenitudo, & omnino cõcurrunt, vel coeunt vna barba plena, & corporis abſolutio, quæ viſuntur anno vt plurimum trigeſimoquintò, vitæ noſtræ ſeptennario quinto, & hic etiam eſt iuuẽtutis exeuntis terminus, veluti cenſuit Hippocrates vetuſtiſſimus, integerrimus D

ſcriptor omnium nobis non bonorum ſimpliciter, vt ait Gal. at omnium nobis bonorum Phyſicorum, & Medicorum author. diximus Phyſicorum etiam non inconſultò, nam præceptor Gale. vult in lib. de Elem. Ariſtotelem plurima deſumpſiſſe ad materiam inueniendam, & conſtituenda phyſica principia, veluti vnuſquiſque videre poteſt Gal. locum, quem indicaſſe, non indigitaſſe ſuffecerit: indigitauiſſemus duntaxat Gal. dicentes: indicauimus Gale. in tali dicentes libro. ne quis arbitretur nos, vt ſynonimis interdum vtamur, propterea ijſdem vti ſemper. nam & doctrinam admirationis indigitauimus ac obſcuriſſimè, quam neſcio an quis intelligere valeat. nunc ad ipſum diuerſiculum redeamus.

Barba plena.

A Barba eſt Plena, ſi citiſſimè anno vigeſimoquinto, aut octauo, ſi tardiſſimè anno trigeſimoquinto iuuentutis articulo extremo, & virilis, quam dicunt, ętatis veſtibulo. incipit verò declinare corpus ab hoc anno, veruntamen inſenſibili maximè modo. quæ inſenſibilitas neglecta eſt interdum ab authoribus grauiſſimis. Declinare mox corpus ab ipſo iuuentutis exitu eſt ſententia præceptoris Galeni eaque veriſſima, quæ legitur in Aph. Hippocr. comm. 3. ad aph. 30. vbi ait doctiſſimus Præceptor, vnus ex illorum numero, quos rectè nuncupauit I. C. Scaliger ſcientiarum lumina, Iuuenum ætas quinta ſeptimana terminatur. Iuxta hoc igitur, & ipſe in Prognoſticis dicebat, magis autem expectare oportet ſanguinis quidem profluuium in ijs, qui nondum trigintaquinque annos attigere.
B Nam quæ iuuenibus ætas continuatur, ad duas ſequentes ſeptimanas extenditur: in qua ætate omnia vitæ munia, æquè atque illi, qui in vigente ætate conſiſtunt, conantur peragere, non tamen eodem modo ad labores ſufficiunt. Nam ex aduſtione, & algoribus, & humi cubatu, vigilijs, atque repletione pluſquam illi offenduntur. Sanèque horum temperatura atrabilioſior quodammodo eſt, atque ideo in ea multo melancholia afficiūtur: veluti ex anni temporibus in Autumno ſicuti enim hoc tempus frigidum exiſtens pallidam excipit bilem tempore ęſtiuo exaſſatam: ſic declinantium ætas iuuenilem, quæ maximè æſtati aſſimilatur ſubſequitur. Ex qua ſententia clariſſimè patet corpus noſtrum declinare incipere poſt annum trigeſimumquintum iuuentutis exitum; quam eandem ſententiam
C aſſeuerare videtur in eodem commentario, ac paulò inferius, quando inquit Diuturniora autem in declinantibus ventris profluuia contingunt propter alimenti diſtributionis defectum. Nam omnium ferè ætatum, ea quæ iam declinat, pauciſſimis indiget ad corporis reſumptionem; ſiquidem & id, quod ex ipſis reſoluitur, pauciſſimum eſt. Neque enim corpus ſimiliter calidum eſt, vt prius: neque amplius in augmentum quocunque aſſumitur. Ex quibus ſententijs iudicio ſano intellectis, quemadmodum ſæuiſſimo pronuntiatis docemur plurima, & ad morbos cognoſcēdos, & prędicendos, & curandos, ac præſertim victus ipſam rationem inſtituendam, quod eſt vnum ex ijs ſine quibus non agit medicus, & dicimus Medicamentum celeberrimum, ſiquis eo vti nouerit, atque maximè incul
D patum vtcunque dicatur in cibo eſt quod proſit, eſt quod obſit, nam ſi rectè conſulat medicus, & ſano æquo animo ſentiat, is omnino iudicet, quod refertur à Celſo dictum Aſclepiadis Medicamenta omnia ſtomachum ferè lædunt, ſed popularis Medicina hæc myſteria non intelligit, atque ſufficiat admonuiſſe, nam quis docere tentet is æthiopem abluit, oleum & operam perdit, perdet. Medius terminus pronuntiatæ à Gal. ſententiæ eſt Augmēti ceſſatio, qui etſi videatur negatiuus, ab eo tamen colligitur aſſertiuus, & rectè concluditur eſt autem corporis ſtatus, neque enim ſenſibiliter mouetur corpus ad augmentum naturalem anno 35. tranſacto, nam quicquid augeſcit, augetur præter naturam, & morboſè. licet

ſit caro muſculorum, & adeps, quarum partium corporis augmenta non naturalia inuehunt morbos pernitioſiſſimos, at parum intellectos à medicina populari.

Aetas conſiſtens. Conſiſtens ætas eſt quintum ſeptennium vniuerſum ab anno 28. ad annum vſq; ipſum 35. ſiquìdem quinto in ſeptennio corpus obtinet abſolutas, conſummatas dimenſiones ternas cùm totius, tùm partium omnium, atque mox ipſum ipſiusq; partes in ſeptennio quinto ſoliditatem acquirunt, à quo ſummo articulo conſequuto declinare incipiunt anno ipſo 35. qui eſt poſtremus terminus corporandarum partium, & conſummatæ corporationis cùm totius, tùm partium omnium. neque mirentur homines pronuntiari à nobis declinare corpus ab anno 35. nam ſuadet me, ſuadebit illos renitentes tertius aph. 1. par. ſcitè lectus, atq; intellectus A

Athletarũ habitus. quemadmodum enim athletarum diſpoſitio, ſeu habitus. ſi in extremo conſiſtat non poſſunt in eodem permanere, neque quieſcere; cùm verò non quieſcant, neque poſſint proficere in melius, reliquum eſt igitur, vt decidat in deterius. A pari corpus noſtrum, & calor innatus animæ organum, ſi conſequuta fuerint ambo ſummum apicem in anno 35. reliquum eſt ipſa ambo retrocedere, atq; declinare incipere. hoc ratio ſuadet, vtcumque ſenſus refragetur, nam ſi ſtabit aliquo puncto temporis, fuerint ſimul duo contradictoria vera, eadem in eodem puncto temporis, ſcilicet motus erit in quiete, & quies in motu. ſuadebit illos refractarios ſenſui obnoxios exemplum ipſius pilæ ad parietem impulſæ, quę non quieſcit in illo appulſu ad parietem, ſed in eodem puncto temporis, in quo appulit ad parietem obicem, in eodem prorſus retro flectitur ab eius obice ſoliditur repulſa. Nec B repugnare credant huic doctrinæ, quæ ſcribuntur in lib. 2. de prædict. vbi ait ex his porro qui à ſacro morbo corripiuntur; difficillimè quidem liberantur, hi quibus à puero contigit morbus, & ſimul ad virilem ætatem peruenit, deinde hi, quibus corpore in vigore ætatis conſtituto factus eſt, & fuerit à 25. annis, vſque ad annum 45. quaſi corpus vigens non declinet ab anno 35. ad 45. & quæ ſcribuntur in cæteriſq; locis librorum Hipp. lib. de Dięta, loquor ego nunc de libris

Libri Hip. legitimi. Hippocraticis ſecundum vulgarem opinionem, aſſerens interea libros Hippoc. vetuſtiſſimi legitimos eſſe, qui inſcribuntur Aph. de fracturis, de Vlc. nam in reliquis ſententiam ſuſpendens; interea definiam aliquando, quid & ipſe ſentiam, neque iniuriam quis credat hac mea animi ſuſpenſione fieri cuipiam, nihil enim minus C cogito, at hæc ſcribo, quia in omnibus, & ſingulis requiſiui, examinaui ſemper ſententiam meam, qui hactenus mihi ipſi nũquam ſatisfacio, vt illud Plinianum dictum experiar. Sunt quibus nimia cura nocet. ſeueriſſimus ego iudex conſcientiæ meæ, contrà verò aliorum omnium æquiſſimus viuo iudex cuncta æqui bonique conſulens, quia diſcere cupio; & cognoſcens decipi ab alio eſſe veluti humanum tolerandum, decipi me à memetipſo longinquum eſſe ab omni humanitate ſentio. breuiter in viam regrediẽs dico ætatem quæ ſubſequitur annum 35.

Aetas verè declinans. verè declinantem appellari nonnunquam à grauiſſimis autoribus conſiſtentem vigentem, quia ſenſus non animaduertit eius declinationẽ, & aliquatenus viget, quemadmodum in cęleſtibus dicitur ſolſtitium ſolſtitialis dies, vtcunque ſol ſemper decurrat eclypticam, & in ſua ſphæra moueatur ſemper, nunquam ſtet aut D conſiſtat; exiguum quippe quod eſt, non animaduertitur; & hæc eſt occaſio fallaciæ, nam ſenſus non attingit momenta. exemplum ſit fornax quæ ardenti ligno igne concaleſcat, & calorem conceperit, ſi auferatur ignis, omnino fornax eſt calida, at non iuxta eadem momenta, iuxta quæ incaleſcebat igne præſenti. Aliquod eſſe in ipſis ſenſibilibus effugiens, ipſum ſenſum clariſſimè ſuadet vmbra

Vmbra gnomonis. gnomonis, quæ mouetur quidem ſemper, at motio non cernitur oculo, motus fa-

ctus demum animaduertitur. idem argumentum eſt in ipſo cremento vegetalium brutorum & hominum. quod exemplum opportunè interuenit mihi exaranti, nam doctrina eſt per contrarium. Si crementum corporis noſtri non animaduertit ſenſus, neque eodem animaduertetur corporis noſtri decrementum. Quibus poſitis, cùm actiones omnes animæ noſtræ, quæ corporeo indigent organo conſummatæ ſint anno 35. & Barba iuxta opinionem noſtram inſeruiat certæ cuidam facultati animæ humanæ, omnino haud videmur à præceptore Gal. diſſentire; neque ab Hippo. ſi dicamus Barbam veluti partem corporis conſummatam eſſe, ac plenitudinem ſuiipſius conſequntam fuiſſe anno ętatis iuuentutis vltimo, *Barbā eſſe partem corporis conſummatam.*
A qui eſt exitus quinti ſeptennij, atque 35. annus, poſt quem annum Barba nullam amplius ſuſcipit plenitudinem. Iam plena cùm facta fuerit ſecundum naturam, & hic eſt annus, in quo, vbi fuerit aliquis, illi conferebat Aelius Adrianus Imperator Auguſtus ipſum Tribunatum, nec aliqui temere credant me eſſe ſentiētem diſſidere à Platone Diuino præcept. definiente hunc annum coniugio aptū, *Obiectio* atq; procreationi liberorum propriæ Reip. nam ſi verum eſt ætatem ab anno 35. *Platonica* declinare, liberi ſuſcepti imbecilli generabuntur, nihil degenerantes ab eorum *apparens.* parentibus iam declinantibus. veruntamen iunioribus ingenijs conſulentes interea operepretium arbitramur tanti viri orationem ſubiungere ex Marſ. Fic. interpretatione, vt vis obiectionis magis appareat, qualis & quanta exiſtat. cum ex
B huiuſcemodi doctrina erui poſſint myſteria plura, quæ intelligentur duntaxat à cōſummatis Platonicis qualem ſentio eſſe Mazonium Cęſenatem, aut ab optimis ingenijs, duo enim requiruntur, modo videam ego aliquid, vt intelligatur exacte Plato, atque Plotinus, ingenium optimum, aut vis illa quę Heroica nūcupata fuit ab Ariſtotele in Ethicis, His verò ambobus quantum addiderit pietas, & afflatus diuinus, intelligunt duntaxat Pij viri, quorum cogitatio eſt ciuitas illa cęleſtis, ſed & cognoſcunt quotidiana ingenia, cùm videant ſenſibiliter aliquando ingenium plebeium referre Diuina, quod nulla ope contingit humana, ſed ipſa cęleſti Deique ineffabili ſapientia miſericorditer irradiante, ſed præſtat ipſum audire iam Diuinum præceptorem, qui Dial. Quinto de Republica, vel de Iuſto ait. Sed age deinceps, quod maximè intendimus percurramus. Diximus planè ex ro-
C buſtiſſimis oportere filios procreari. Diximus. An non tibi quoque videtur moderatum adulti roboris tempus eſſe mulieri quidem annos viginti, viro autem triginta? Quis horum modus? Vt videlicet mulier à vigeſimo ætatis anno incipiēs, vſque ad quadrageſimum pariat: Vir autem poſtquam acutiſſimum ſui curſus vigorem tranſierit, annos ſcilicet triginta, inde vſque ad annos quinque, & quinquaginta procreet. Profecto in ijs ætatibus vigor animi, corporiſque conſiſtit. Si igitur ſenior iſtis, ſiue iunior generationem in communi attigerit, prophanum, & iniquum ſcelus hoc eſſe cenſebimus, quaſi fętus in ciuitate feratur, qui ſi latuerit, orietur non ſub ſacrificijs quidem & votis, quæ ſingulis in nuptijs peragent ſacerdotes omnes, tam viri, quàm mulieres, & ciuitas vniuerſa precantes, vt ex
D bonis meliores, ex vtilibus vtiliores naſcantur, immo verò ſub tenebris ex aeris quadam incontinentia. Recte loqueris. Hactenus præceptor diuinus. Nunc ommiſſo interim multiplici myſterio huius orationis, & recordantes pro virili, nam rapimur ſcribendi calore interdum, quæ eſt potiſſima cauſa noſtrarum digreſſionum adeò nobis familiarium, agere nunc de contradictione ad opinionem ętatis declinantis iam allatam ſummatim ponere tentabimus, vim illius admonentes hanc eandem opinionem fermè retuliſſe lib. 4. & 6. de legibus, an alibi, memoria nunc non vtimur vberiori, neque vacamus. Hæc ante cætera nouiſſe oportet

Platonem

Platonem dare leges homini in ſua Rep. futuro: quam ſi quis intelligere vult cuiuſmodi ſit, ipſum habet autorem, legat, relegat, perlegat, ſed diligenter, ac penè ad ſcribendi ſolicitudinem, quam ſeruauimus nos in omnibus ſtudijs, quę hactenus peregimus, atque perlectus liber vtique ex integro eſt reſumendus. illud memoriter tenens, quod alibi ſcriptum eſt. Aſſiduus vſus vni rei deditus, & ingeniũ, & artem ſæpè vincit.

Plato cenſet officium Diuinæ animæ Fac. Gen. eſſe Diuinum: quapropter diuina quadam ſimilitudine tractandum. Dat cogitandi, agendi, ceſſandi tempora certa conſtituta etiam præſcriptis annis, vitæque ſpatijs diſtincta. incipiat homo cogitare anno 25. iam tranſacto, & huiuſmodi cogitatio habet ſpatium quinquénale, nam anno trigeſimo poteſt incumbere operi Fac. Gen. cui vltimum tempus cogitandi eſſe poteſt alterum quinquennium, nam libera perdurat ad annum vſque 35. quo tranſacto iam homo nequit amplius incumbere huic officio, vt cogitatio ſit decennalis longiſſima, quinquennalis verò breuiſſima. officij actio, & peractio perdurat annos 25. ſi tardius: cæterùm vbi celerius tranſigatur perdurat annos 20. oportet ſiquidem ceſſare hominem Reipub. (vtar phyſicis terminis) Platonicæ ab officio diuino Gen. Fac. anno quinquageſimo quinto, quæ ſunt viri leges. Nũc adeamus Naturę vires. Præceptor alter & Ariſtoteles docet nos Facultatem Generatricē maſculam (nam veluti ſexus principia differunt, ita eorum quoq; operæ, vel operationes, & opera differunt) perdurare vt plurimùm vſque ad annum ſeptuageſimum, ait enim, cùm incipere videatur ab anno 14. lib. 6. de hiſtor. Animalium cap. 6. Gaza vertente, Mares plurimi ad ſexageſimum generant, quem ſi exceſſerint ad ſeptuageſimum vſq; procedunt. Etiam quidam annos ſeptuaginta nati genuerunt. vt ceſſet homo Platonicus (liceat interim vti nominibus hiſce) annos 15. ab officio Gen. Fac. ante hominem Naturalem, nempe Naturæ legibus vtentem. quotum annorum decurſum poſtponit etiam homo ſeu vir Platonicus ab homine Naturali, vt ſibi correſpondeant omnino anticipatio finis Naturalis, & poſtpoſitio principij Naturalis, quoniam anno circiter 15. ætatis vt plurimum homo ferre incipit ſemen, quod loquor de primo ſeminis maſculi exitu, vel eruptione ut aſſeruit diſcipul⁹ Platonis Ariſtoteles præceptor alter communis, etenim ſcribit lib. 7. de hiſtor. Anim. cap. 1. Mas autem primum ſemen genitale incipit ferre anno peracto bis ſeptimo, Neque crediderit hæc temere aliquis talia hic à nobis poſita fuiſſe, conſultò enim id egimus, vtilitas verò conſtabit paulò inferius, nunc propoſitum negotium proſequamur. Omnino ſi ex hominibus robuſtiſſimis oporteat filios procreari, & ſpatium procreandi ipſum perduret ad annum quintum ſupra quinquageſimum videatur forſan robuſtiſſimos eſſe homines ad illam ætatem, vſque iuxta præceptoris D. mentem, quapropter non declinat corpus, vel tantum abeſt, vt declinare incipiat corpus hominis ab anno iuuentutis exacto, qui eſt quintus ſupra trigeſimum. Eſt aliud argumentum à re bellica Grecorum, & Romanorum priſcorum, at eruditus intelliget, dummodo ſatisfacere valeamus iam poſitæ, quę apparet, obiectioni Platonicæ, à viris omnibus ſummis plurimum æſtimandæ. quorum intererit ſeueriſſimis calculis noſtram quam reſponſionem meditamur ſcribentes, ne ſubrepat error aliquis in Remp. litterariam adhuc teterrimo quouis ſcelere tetrior, atque dignus niſi ferula, ſaltem expiatione æquiori aliqua, vt reſipiſcant autores ingenui, & mali pęnæ iam inflictæ ipſi timore deterreantur, nam omnino verum eſt illud Horatij.

Oderunt peccare boni virtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœna.

Verun-

Veruntamen reſpondere tentemus. Plato quas leges poſuerit in ſua Rep. & quorſum ſpectent, nouiſſe oportet, ſi percepturus exactè fuerit quiſpiam dicenda. compēdio, quę conferunt, referremus. Is animum reſpexit ſemper, non corpus, hoc tamen haudquaquam neglecto: quantum pertinet ad eius alitionem iuxta vtranq; ætatem Aſcēdentem, Deſcendentem, vel Declinantem, huius aūt illa eſt veſtibulum. Aetas aſcendens eſt penu cellarium: ætas verò Deſcēdens, atq; Declinans eſt coquina mēſa. Rectèq; ſemper arguitur ab ijs, quæ ſunt ad ea, quæ futura ſunt modo nihil præter naturam interueniat, quapropter verū eſt in Arte Medica noſtra; Aetas Pueritiæ, atq; Adoleſcentiæ indicat Senectutem futuram. nam ſi malæ ſunt priores ætates in victus ratione, oporteat ætatem poſteriorem eſſe morbidā. cardo rei, quia Viſcera, Corporei ipſi Principes violentiam paſſi ſunt. Sciant itaq; pueri adoleſcentes parare ſeſe viatica ipſi canitiei, vtinam intelligerent homines qui ſi erunt Platonicæ Reipublicæ in ea geniti, alti, educati robuſtiſſimas obtinuerint quoque ætates futuras, & maximè omnium robuſtam ætatem Declinantem priorem. Quod reſpiciens Plato, cui mirum eſſe debeat, ſi ætatem declinantem elegerit ad officium Gen. Fac. in Maribus præſertim in ſua Rep. animum potius quàm ipſum reſpiciente corpus? Hoc enim ex priori educatione adeo inſenſibiliter declinat, vt ſuper momentorum minutuliſſimam quoque decretionem, & minutulorum minimorum veſtigiola (deficit hic humana mea ratio, cogitatio, loquutio) deſcendere incipiat? neque vllum inijciat homo ſibi ipſi ſcrupulum, quia ſcripſerit in ijs ætatibus, quæ 35. & 55. intercidunt vigere corpus, & animū, nam de animo exactè magis, ac ſtrictim, de corpore verò exactè minus, & laxè vel cōiter loquitur, cùm vt nemo non nouit in Platonica, & Ariſtotelica paleſtra exercitatus corpore declinante, incipere animi vigorem humani apparere: quis enim quantum fert humana conditio intra annum trigeſimum quintum ſapit? conſulat experientiam ſenſum incredulus homo cùm in ſemetipſo, & domo propria, tùm in aliena, in Foro, in Vrbe reliqua. hinc peſſimè cenſuerunt ij, quod prudenter Patritij Veneti Moderatores noſtri Gymnaſij Patauini ſanxerunt, damnantes, quia Heroes illi Venetæ prudentiſſimæ omnium Rerumpub. Reipub: alumni Hieronymum Mercurialem vix tranſacto anno 35. ſuæ ætatis vnanimi conſenſu inuitauerint liberaliſſimo ſtipendio propoſito ad munus interpretandi Medicinā in Academia Florētiſſima noſtræ vrbis Patauij, à cuius mihi ſemper cariſſimi ſoli, & cæli patrij aura intra ephebos adhuc poſitus ego abire coactus fui. Non conſiderabant homines hoc iudicij, damnātes ipſorum Moderatorum, (quia ſibiipſis duntaxat illi ſeruiebant) qualia quantaque eluxiſſent mētis Mercurialis clariſſima teſtimonia: quibus inditijs poſteriores ætates doctiſſimi viri penitus quouis etiam dato auctario, ſubſcripſere. itaque hunc ex vngue leonem præęſtimantes, ſed & æſtimantes illi Moderatores ſapientiſſimi, prudentiſſimi, concordi voto penitus decreuere Mercuriali Hieronymo ſubſellium cathedræ eminentiſſimum, lucernam quippe ſupra montem ponere oportet, non autem in abſcondito, & paribus præmijs paria exempla virtutum penſare, cohoneſtare, ſed popularia ingenia nō intelligunt Auguſtarum Mētium decreta, cùm plebeij homines effutiant euomant crudas offas. Quod teſtimonium volumus dare poſteritati in gloriam Hieronymi Mercurialis, quem virum aliquoties vidimus nos deambulantes hic Bononiæ, & officij duntaxat humanioris cauſa familiariter, licet perrarò ſumus eum alloquuti. nam Pythagorico præcepto tunc temporis inſeruiebamus, nihil minus quàm literarum ſtudia profitētes. Modo vt in Diam, & Auguſtam lucem verborum Platonicorum aſcendamus rapti ex his quaſi tenebricoſis anguſtijs

Aetas deſcēdens, & aſcendens.

Elogium Hyeronimi Mercurialis.

A B C D

ſtijs

ſtijs corticeis,in quibus nos miſeris miſeros iacere nō ſecus,ac Turdi,qui vt aiūt malum ſibi cacare ſolent,colligatos,confuſos, conſtrictos, impeditos opinantur, dicimus Platones hominis generari ex robuſtiſſimis viris, etiamſi ætas humana declinare incipiat ab anno trigeſimoquinto elapſo, nam Plato robuſtiſſimos intelligit ex vigore animi pręſertim,non corporis,licet huius quoque non neglecto robore. Atque interpretationem hanc non eſſe voluntariam, ſed ex ipſiuſmet diuini Præcept. aurea,nectarea ſententia deſumptam,intelligent quicunq; orationis contextum repetentes a, criter conſiderauerint propoſitionem illam earum ætatum,quas nos Generatricis dicere ſolemus, quod ex eius mente liceat homini ſuæ Reip.tunc temporis Fac.Gen. officio incumbere. ætates porro ſunt ab anno 30.ad 55. in quibus ait vigere Corpus,& Animum. ait profecto in ijs ætatibus vigor animi corporiſq; conſiſtit. Quas verò ætates intelligat,ſuperior proxima oratio clariſſimè indicat. arbitramur homines populari doctrina imbutos vix intelligere iſthæc myſteria,atque pluribus ex cauſis,quia ignorant doctrinam ætatum in antiquorum ſcriptis clariſſimis quaſi ſemen genitali terra obrutum poſitam à nemine(quod ſcierim ipſe)adhuc exaratam commentarijs proprijs,quam doctrinam, ſi Deo placuerit, quamprimum dabimus poſteritati: altera eſt cauſa offundens tenebras illorum ēt perſpicaciſſimo ingenio, quia minus animaduertant nos verſari in paleſtra Diuini Platonis,qui loquitur de homine Reipub. propriæ,cuius decempeda veniūt omnia,& ſingula dimetiēda verba, propoſitiones, operæ,opera,& operationes. tertia quia opinantur Venerem omnem debilitare corpus, & frangere, innixi illis ſuis antiquorum dictis omnino diuinis rectè ſi intelligantur, Venerem eſſe epilepſiam quandam,in hac hominem ex homine exire,ac alia multa eandem ſemper nocere,quod minus probarent ſi acriter Hippo. præcept. mentem introſpexiſſent, qui voluit hanc in ægrotis nonnunquam prodeſſe.Præterea Gal.in lib.Artis Medic.ca.86.ait,Venereorum verò iuxta Epicuri ſententiam nullus eſt vſus ſalubris. Reuera autem confert,ſi tantum interualli in eorum vſu adhibeatur, vt neque reſolutio aliqua ſentiatur, & ipſe ſe homo quodammodo leuior factus, ac melius ſpirare videatur. Tempus verò ad vtendum opportunum,cùm in exceſſuum omnium mediocritate corpus fuerit cōſtitutum: cùm ſcilicet,neq; ſupra modum plenum,neq; vacuum extiterit,aut in calore,aut frigore; aut ſiccitate,aut humiditate exceſſerit corpus; quod ſi aberrare contigerit,paruus ſit error. Melius autem illi calefacto magis,quam infrigidato, & pleno,quàm vacuo: & humido potius corpore,quam exiccato, vti Venereis. Noui quæ ſcripſit Plato,& Auerroes,ſed tale tātumq; myſterium inuulgare cautio eſt: opinamur enim nos illud ex eorum eſſe genere,quę occulta eſſe debent,nam plures legunt ſcripta,perplures non intelligunt, gladium itaque ancipitem non eſſe publicandum cenſeant omnino viri, nam & venenorum doctrinam ſapientes ſemper occultarunt. quapropter mauelim ab populariter doctis hominibus dici prædicari quaſi ſtultum omiſſa interea ſicco, quod aiunt,pede hac Gen. Fac. doctrina, quam credi ſapientem illa diuulgata, vtinam meliorem ex quibuſdam horis Callirrhoes (vt interim vtar verbo Perſiano)meliorem inquam portionem non conſumpſiſſem in conatu docendi,vel explicandi primum gradum Facultatis Generatricis humanæ, hic enim eſt index commentarij illius quod conſcripſimus ad Lucretij pernitialem opinionem concubitus explodendam,exibilandā quod feci cum adhuc non intellexiſſem Platonis illa verba cedro penitus veluti & cætera digna. Omnis ſermo cum ſemel ſcriptus ait, paſſim reuoluitur, æquè apud intelligentes,atque alios,inter quos minimè decet.Homo itaq; Platonicus,

A B C D

vbi Platonico viuat calculo, eſt robuſtiſſimus ab anno trigeſimo, ad annum quintum ſupra quinquageſimum: ſi priora ætatis curricula fuerint iuxta eiuſdem Platonis mentem. ac profecto in ijs ætatibus vigor animi, corporiſque conſiſtit: nam corpus declinat ſenſim, ac præſertim Platonicum, & animus maximè viget. Summa ſummarum nōn intelligit Plato hominem popularem, ſed in ſua Rep. genitum, altum, educatum, inſtitutum, viuentem; quis autem ſit homo popularis deſcribitur à Perſio lepidiſſimè.

Mille hominum ſpeties & rerum diſcolor vſus
Velle ſuum cuiq; eſt, nec voto viuitur vno.
A *Mercibus hic Italis mutat ſub ſole recenti*
Rugoſum piper, & pallentis grana cumini,
Hic ſatur irriguo mauult turgeſcere ſomno,
Hic campo indulget, hunc alea decoquit, ille
In Venerem putris, ſed cum lapidoſa chiragra
Fregerit articulos veteris ramalia fagi
Tam craſſos tranſiſſe dies, lucemq; paluſtrem
Et ſibi iam ſeri vitam ingemuere relictam.

quis homo ſit Platonicus, vel Ciuis eius Reip. dici debeat? intelliget omnes, dummodo perlegerint eius lib. de Repu. & de legibus, quotquot illi ſint, futurive ſint
B vnus mihi inſtar mille: ſatis intelligit Mazonius Cæſennas Crypta, niſi Oceanus Platonicorum dogmatum, cuius vnius ſententiam, vel Areopagorum quorumlibet ſubſellijs antepono. alia cogitamus nunc, & ad cætera deuenire tādem oportet, niſi à carceribus elapſi obdormiſcamus in ſpatio metam non cogitātes. Barbæ articulus alter, ſcilicet Plenitudo eſt circa annum trigeſimumquintum, quo tranſacto cum declinare corpus incipiat, ipſa veluti pars nequit amplius ſecundum naturę leges ordinarias augmentum vllum accipere (ſecludo nunc augmētum quantitatis continuæ longitudinis pilorum) nam Barba hoc anno tranſacto habet omnes conditiones indiuiduantes vltimas naturales: non fit rarior denſiorve, niſi monſtroſè, morboſè: quantum pertinet ad locorum quantitatem di-

Alter articulus.

C ſcretam, numerū, Barba illam quantitatem diſcretam loci obtinet, quam habere debet à Formatrice Fac. indiuidualis naturæ hominis. A pari etiam quātum pertinet ad quantitatis continuæ margines extremos, atque confinia, ſiue terminos. Exemplum ſit latitudo maxillæ inferioris A. B. C. D. E. F. G. ſecundum genus; & Socrates barbeſcat indiuidualiter beneficio Fac. Formatricis, vſque ad latitudinis ſpatium A. B. C. D. E. tunc ego aſſero licet relinquatur illud ſpatium F. G. Socrates indiuiduum elapſo anno trigeſimoquinto, niſi quid contingat præter naturam, aio inquam non futurum, vt barbeſcat amplius iuxta illud ſpatium relictum E. F. G. quod exemplum valebit quoq; in longitudine eiuſdem maxillæ, breuiter in omnibus dimenſionibus locorum Barbaliū ſuperius à nobis iam indicatorum. Quantum pertinet ad eas differētias pilorum, quę ſunt Craſſitiei, Tenui-
D tatis cū Barbæ pilus, veluti cæteri pili ſint principio ſui ortus tenuiores, mox craſſeſcant, vſque ad certum Craſſitudinis terminum, à quo poſtea declinant, veluti ſenſus admonet, pili namque ſeniles exiſtunt (vel barbætonſoribus omnibus teſtimonium daturis) tenuiores, quàm fuerint in ætate vigenti, dico Barbam obtinere ſummum apicem hoc anno 35. elapſo, quem habere debet homo indiuiduū huius differentiæ, tenuitatis, craſſitiei. ſed hæc Minima ſenſu vberrimo non ita facile à quouis cognoſcuntur, quemadmodum nec gemelli, in quibus interſtinguendis errant quoque parentes, vbi negligenter ſentiant, veluti aſſerit ille.

Barba ſummus apex quando.

Vos etiam gemini Rutulis cecidiſtis in aruis
Daucia Laride, Tymberq́ ſimillima Proles,
Indiſcreta ſuis gratusq́ parentibus error.

Porrò ſi hæc minima quis velit cognoſcere, neq; credere alijs, niſi ſibimetipſi; is Naturam habeat oportet aptam eandemq́ue tempore diutino diligentia ſeueriſſima indeſinenter exerceat, legat præterea librum Gal. nonum de Hippo. & Plat. decretis, ac vniuerſum opus, nam ſtant in eodem plurima recondita, & popularibus phyſicis non adeo obuia. do vobis locum vnum, aut alterum. Hæc illa eſt phantaſia, & viſio, quam Academici, qui Platoni ſucceſſere, circumquaque verſatam nuncuparunt, neque mirum eſſe debet, quod ex multa propoſitæ rei conſideratione exactior cognitio acquiratur: cùm etiam ea, quæ ſenſibus diſcernuntur, ſi quis frequentius contempletur, certiori cognitione percipiat: ſicut in multis geminis vſu venire conſueuit, qui nullà diuerſitate præditi videntur eſſe ijs, qui ſunt inſueti, à familiaribus verò, vel admodum facilè internoſcuntur. Naturam verò indicauit, eiusque aptitudinem Galen. eodem lib. 9. cap. 7. ad calcem, vbi ait: quin etiam multa falſa ſimilia veris in principijs demonſtrationum, & ſequentibus omnibus inueniuntur: cauillationes quoque ob ſimilitudinem, quam cum veris rationibus habent, concinnari conſueuerunt: quæ omnia inter ſe diſcernere, atque diſtinguere illi optimè ſciunt, qui in ea materia, in qua ars vnaquęq; verſatur fuerint exercitati: ſi videlicet naturali quoq; ſolertia minimè caruerint: quam quidem in pueris ſpectare prudentiſſimi in vnaquaq; ciuitate ſeniores, ac iudicare deberent: atque ita dare operam, vt ſuæ naturæ conuenientem artem quiſque diſceret. Nam ſiquidem multos rationales artes tractare conſpicimus, qui ne ea quidem, quæ ipſi dicunt, ſatis intelligunt. hæc poſtrema ſententia continet plura myſteria, & vnum præcipuum occultiſſimum, at obuium quotidianum. Tempus requiri longum ad minuta cognoſcenda indicauit quoque Gal. locus 1. de anat. adminiſtratio. cap. 2. vbi ait. Quod ſi lectione ſola citra ſimiarum oſſium ſpeculationis vſum, ac conſuetudinem nitaris, haud poteris ita adamuſſim hominis cadauer repentè viſum cognoſcere, nec recordari, ſiquidē memoria rerum, quæ ſenſibus noſtris patent, aſſiduam requirit conſuetudinem. Hinc eſt quod inter ipſos homines, illos celerrimè cognoſcimus, quibuſcum familiaritatem habuerimus: qui verò ſemel, iterumq; viſus longiori temporis interuallo nobis occurrit, eum rurſus præterimus, nec omnino cognoſcentes, nec quod antea conſpexerimus memores. Profectò veritas eſt Minima, & Exigua difficulter cognoſci à noſtris ſenſibus, difficilius memoriæ mandari, & adhuc multo difficilius in memoriam (nam ſunt lubrica, & promptiſſimè excidunt) reuocari. quæ memoria minimorum debet propterea refici ſępiſſimè, vt temporis beneficio adiuta reminiſcentię ſit promptior ad officium proprium, & qui nequeunt hæc intelligere, vel quibus ea minus ſatisfaciunt, illi non fuerint apti ad cognoſcendam noſtram phyſiologiam indiuidualem Faciei, multo minus Vocis, quę ambę indiuidualitates habēt fundamenta poſita in minutiſſimis obiectis ipſorum ſenſuum, ad quę concipiēda requiritur naturæ aptitudo, exercitium, vel exercitatio diligentiſſima, & longitudo temporis, ac præſertim exercitatio fit in libro Naturæ, vt ego dicere ſoleo, cuius caracteres, dictiones, & propoſitiones ſunt operæ, operationes, & opera naturalia. opportunitate loci aperi ita vobis myſteriū intellectus ex analogia ſēſus ad ipſum. Si ex longa, veluti conſtat, & aſſidua repetitione ſenſuum ad ipſa ſenſibilia hoc euenit vtilitatis, vt conſequamur notitiam exiguorum, & minutorum momentorum alterationem, vel differentiam ponentium, veluti patet ſenſibiliter in

Phantaſia circunquaq́ verſata.

A B C D

musica,

muſica, quomodo in actione intellectus idem contingere nobis non poſſit? omnino ex longa, & aſſidua repetitione intellectus ad intelligibilia conſequimur cognitionem illorum minimorum exiguorumque momentorum ipſorum intelligibilium: quæ exigua, & minuta non mouebant primò ipſum intellectum. Et hęc eſt ratio, cur detur attributum ſubtiliſſimi, & acutiſſimi: nam intellectus talis diſpicit, atq; intelligit minimas, & valde exiguas rerum intelligibilium notas: quęadmodum appellatur & ſubtiliſſima videndi acies, quæ cognoſcit minimas ſubtiliſſimas rerum viſilium differētias ſuæ ſpeciei proprias, cuiuſmodi habitum intellectus conſequimur, vel Natura, vel Diſciplina, & longa curioſiſſimaq; Exer-
A citatione; optimus habitus ille fuerit, qui ex vtriſque conſurgit. Non negabunt id generis homines pilum in ſenectute fieri tenuiorem, vbi acriter animaduertant; eſt itaque plenitudo Barbæ, qualis hucusque diximus. Reſtat de articulo tertio verba facere, qui eſt Canities, & Nigrities; canities verò eſt in Italia noſtra, & forſan proximis regionibus, quę eſt ſenectus pili, atque tabes, nam & quicunq; pili ſecundum naturam caneſcunt, ij fiunt iam tenuiores, veluti ſenſus eſt apud Tonſtrinæ peritos. Quoto anno caneſcat Barba, non eſt in animo definire: cogerer namq; afferre meam opinionem de Fine Barbæ, quam non licet pronuntiare, niſi cæteris opinionibus examinatis, illas verò in proxima ſequenti Sectione afferemus, ſubiungentes Exercitationem intellectus noſtri. Nunc quoniam diximus
B articulum tertium eſſe & canitiem, & nigritiem, ne temere loquutos nos fuiſſe nonnulli aliquando exiſtiment, ſubdemus locum Plinij, qui nos admonuit. legitur 7. hiſt. cap. 2. eius verba hæc ſunt. Cteſias gentem ex his, quę appellatur Pandoræ in conuallibus ſitam, annos ducenos viuere, & in iuuenta candido capillo, qui in ſenectute nigreſcat. Nec aliquis audeat obijcere mihi fabuloſitatem, nam oppono illis ſententiam Ariſt. de ſpecie Gruum, & opponam ex analogia ſenſum quoque ipſum quotidianum lib. 3. de hiſt. anim. cap. 12. vbi ait, pennæ auium nullæ per ætates mutantur; præterquam gruum, quas nigreſcere in ſenecta perſpicuum eſt, ac lib. 5. de gener. anim. cap. 5. nonnè per anni tempora colores in auibus mutantur ſenſibiliter, quis negabit, ſi audeat, effugiam ego, niſi nauiget ille antyciram; conſidera locum hunc Platonis miſelle in Dial. quinto de legibus ad
C finem. Nec enim illud ò Clinia, & Megille hos fugiat, magnam eſſe locorum ad ferendos meliores peioresq; homines differentiam: quibus diuerſa, prout expedit legibus ſancienda ſunt. Quippe alij varietate ventorum, & turbine difficiles, & proterui ſunt: alij propter aquas, alij propter cibos, qui ex terra non ſolùm corporibus commodi, aut incommodi oriūtur; verùm animis quoq; non minus. Maximè autem loca regionis differunt. quod ego ingenuè poſſum atteſtari, dico, aſſero, cùm diutius expertus fuerim vitam oppidanam cognoſcere in meipſo, aut cognouiſſe ſemper differentiam non minimam in contemplando, & vita vniuerſa inſtituenda longè remotam ab hac vrbana vita. rudior ſemper vixi oppidanus quam vrbanus, rudes erāt animæ totius operationes, niſi ſiquando memet acriter
D collegiſſem in ſeceſſu: in quo tamen perſiſtere non licebat mihi. ratio eſt, quia virtutes animæ vtentes organo corporeo, tabeſcebant ex oppidana illa peſtilenti aura, & anima humana, licet ſit forma à materia non dependens, ineffabilem quodammodo vim corpori illatam ab aura illa percipiebat, nam Eſſe animæ humanæ, dum eſt corpori vnita, & ſi ſit abſolutum à corpore non dependens (veluti aſſerit veriſſimè, atque diuinè Diuus Thomas in aurea ſumma contra Gentiles lib. 2. cap. 81.) tamen ſtramentum quoddam ipſius, & ſubiectum ipſum recipiens eſt corpus: vnde & conſequenter operatio propria eius, quæ eſt intelligere, etſi

Canities.

Pilus fit tenuior in ſenectute.

Gruum pennæ.

D. Th. lib. 2. contra Gentiles, ca. 81.

Digitized by Google

non dependeat à corpore quaſi per organum corporale exercita, habet tamen obiectum in corpore, ſ. phantaſma, vnde quamdiu eſt anima in corpore non poteſt intelligere ſine phantaſmate. hactenus D. Thomas. Patiatur nec ne corpus ratione communionis materię, & primarũ qualitatum effectricium, atq; cęterarum (ſi quæ ſunt) naturarum ineffabilium nemo non intelligit exemplo Moſchi Coriandri, Canum, Equorum, Felium, atq; harum ſpecierum excremẽtorum, quę diſtinguuntur à peritis propter auram ab illis exeuntem, & aerem inſpiratum ambientem, qui ab eadem inficitur. Albertus Magnus ſcripſit lib. de loco, & loc. quem hactenus videre mihi non contigit, & ad cognitionem huius rei faciunt nõnulla quę ſcripſit in ſuis Dialogiſmis Lilius Greg. Giraldus Ferr. vir candidi ingenij; & qui conuixit Pico Phęnici, niſi me mea fallit memoria. A

CAP. XVI. ALIQVA RELICTA, SED INDICATA ad ipſius Barbæ phyloſophiam.

CLAVSVLAM facturi ſumus huiuſce nunc ſectionis prioris, in qua Barbam deſcribere tentauimus, & pro viribus noſtris, cùm ad maiorum ſententiam, tùm opinionem quoque propriam, vt publicato illo, atque veluti indicato, quo de ſumus phyſicè diſputaturi conſtet magis narrandorum veritas; modo ſi illam valeat cognouiſſe humana ratio, niſi ex toto, ſaltem aliqua ex parte, datumq; nobis fuerit hac in arena ſatis aptè noſmet exercuiſſe; cuius rei volumus, appellamus iudicẽ egregiam, incorruptam, integram poſteritatem, nullis affectibus inſeruientem, non mancipium, non libertini ordinis, at ingenui liberaliſque ſobolem, genus: adſunt omnino ſummi viri hac in ætate noſtra, qui ſibi Sunſacæ, vt Xenophontis interim vtar decterio ab eodem vſurpato in Cyri pędia, ſed neſcio quomodo frui licet, nec ipſis contemporaneis iudicio ſuorum contemporaneorum, vel Catoniano, ſuſpicax adeo eſt natura humana; & vnaquæque ætas ſui ipſius carnifex viuit. Principio rem ingreſſi dicimus (ne quis temere putet hanc philoſophiam conſummatam fuiſſe) plura modo referrentur à nobis iudicio quorumcunque hominum cuiuſcumque ętatis penſitanda, veſtiganda, definienda, cuius phyſicę curæ nec nos erimus expertes, immemores, quemadmodum nec aliorum plurium pertinentium ad humanam iuuandam ſocietatem dum vita hos reget artus: iſthæc porrò conſideranda pilorum barbalium enarratam attigerint hiſtoriam. De pilis Barbæ ſcribit in hanc ſententiam Ariſtoteles præceptor, vir omnino egregius, virtutes non virtutem cuius nemo rectè cognoſcat (ſi modo eæ à quopiam valeãt comprehendi) niſi illum ſæpius legerit, relegerit, intellexerit, atq; vna Platonem eius præceptorem illoſque inuicem penitus compararit. nam in vtriſq; præceptoribus non inſudaſſe; non peruigilaſſe Decembres integros, atque in Phyſicis Phyſicè loqui (ſed potius hiſcere audere ſtultitia quauis puerili ſtultius arbitramur) in hoc ſeſe exercuerunt Principes viri ſęculis omnibus ipſarum ſcientiarũ, docere autem exemplo dato vnus Auguſtus, & auguſta quauis fęlicitate vtinam ſuperior Iac. Maz. Patritius Cæſenas, vnus inquam id agit nunc, & vnicè, ſed & peraget: ſcribit Ariſt. Creſcunt cæteri pili plus minuſvè, prout ſingulorum ratio poſtulat, maximæ in capite, mox in Barba, & præcipuè quibus pili tenuiores. cõparat præceptor hac in oratione pilos capitis, barbæ quantũ pertinet ad crementum. non vtor hic terminis elicitiuè, vniuerſim, confusè, & ſi quos alios obtinent ſcholæ; contulit inuicem pilos adhuc in eadem lege prædicamenta penes modũ B C D

L. 3. de hiſt. anim. ca. 11.

ſubſtantiæ, cuius viri præceptoris diſcipuli ſi volent inſiſtere veſtigijs, non ſedebunt ignaui, inertes, at potius Naturæ campum alacriter decurrentes, in quo vident ſibi relicta ſpatia, Deum orantes ante cætera, exercebunt vires, optatam ſperantes curſu contingere metam, ſi modo ex illorum grege fuant eximio apti ad phyſica ſtudia, quo iudicio non librato, atque errore declinato aduerſus philoſophiam oborta eſt infamia, quod non pro dignitate ipſam attingant homines, neque enim à ſpurijs, ſed legitimis eſt attrectanda iuxta præcept. ſenioris mentem lib. 7. de Rep. legitima vero ingenia illa cenſentur, quæ (vt ego dicere ſoleo) fæcunda ſunt. Docuit vero idem Præcep. Dial. quinto de Rep. qua in re neſcio profectò, quomodo cæcutiant mortales. nemo non ſatagit addiſcere: attamen quod
A erecta fronte dicere non erubeſco, nemo nō negligit cognoſcere aptitudinem ad addiſcendum. adeo nobiſmetipſis turpi, & miſerando prorſus exemplo fauemus omnes, ipſe cùm vſque ab infantia ſtuduerim (ita me mei aluere parentes) nullo vnquam ſcrupulo adeò odioſe vexatus fui, qui adhuc me angit, excruciat, ac deſiderium intelligendi hanc aptitudinem naturalem ad litterarum ſtudia, quem cum euulſerit, comminuerit Plato, niſi ex toto, ſaltem magna ex parte, non ero in poſteritatem iniquus, iniuſtus, obſtingo nunc fidem meam. Semina iam excolamus Præceptoris iunioris. conferantur pili Barbæ cum ipſis capillis, non in augmento tantùm, veluti fecit Ariſt. ſed in reliquis differentijs pilorum, Craſſitie, Tenuitate: Duritie, Mollitie. Præterea diſtinguito ordines pilorum barbalium, qui
B tot ſunt, quot ipſa exiſtunt loca Maxillæ inferioris: Menti Submenti: Labiorum cutaneorum vtrorumque, eos inuicem compares nulla non relicta differentia. non enim neſcio vos in hiſce omnibus differentias plures eſſe cognituros. Quibus definitis, ne tibiipſi deſis, hoc idem præceptum ſigillatim in vnoquoque ſingulorum ordine teneto. nam etſi pili vnam teneant quodammodo loci regionē, diſcrepant attamen ſibiinuicem, vbi attento curioſo ſenſu, & animo rem perſpexeris, & ne te per ignota deducere videar adhuc tyronem, exemplo vno dato collige cætera. Pili maxillæ inferioris habent ordinem triplicem, nam ſunt exteriores ad faciem inclinantes, vel ei proximiores: mox exiſtunt longinqui magis, & capitis colli regionem reſpicientes:. Poſtremò ſunt medij, ambo inter extrema iam dicta, qui & à poſitu medij, atque interiores à nobis dicūtur. Do vobis
C alterum, & aliud exemplum: pili labiales obtinent ordinem (liceat dixiſſe) triplicem. Interni qui oriuntur ad coitum eiuſdem labij ſub ipſa columna, à qua in Mentum vſq; decurrit linea fabrilis, nemo audeat nobis obijcere ſi vſurpemus quod tradidit Gaza ex Præcept. extremi, externi, ſylueſtres, angulares, qui enaſcuntur ad labiorum angulos, qua coeunt inuicem ſupernum, infernum labrum. Poſtremò ſunt, & medij, qui fruticant inter vtroſque pilos: multa nō admoneo in hiſce quoque pilis conſideranda, nam tempus non ſuadet, atque huic inſeruire debent homines. conſulito in arte peritos conſummatos, non pudeat. Quid non diſcas in triuio, & à quibuſcunq; ſunt homines ſinguli Naturæ ipſius linguæ, oculi, manus, vtinam nos vti ijs nouiſſemus, quemadmodum nulla non dixerim dies,
D at nec hora flueret ſine linea. ſunt præterea homines, & ſingulares, qui dedignatur præceptorem habere Populum, ſed & Cenſorem Catonem, is omnino ſcientiæ myſterijs Phyſicæ indagandis cognoſcendis viuit ineptus. Canes qui mihi oblatrant in ſterquilinio, has illis ſciens prudensq; obieci offas, arripient ore trifauci, eæ agitabunt illorum genuinos; atque molares. deuorabunt, concoquent necne? Dicat homo, dicet omnino & veluti cecinit Poeta noſter.

Erit mihi magnus Apollo.

Pili maxillæ inferioris triplicis.

Noui

Noui ſatis ego vos, & rideo ſolus, quaſi Stoiculus regnans. Intellextin, qui me audis, qui me legis, an eſt ſchema deridendum (ſcomma do ſtrumis illis) quod tibi præſcripſi, indigitaui? Auctarium habetote hoc, plura ſuperſunt. Et fuerit homunculus, qui audeat fateri imprudens, impudens beſtia quauis teterrima ſpurcior, bulla, iactabundus, iactator, ſordes abominanda, fateri inquam ſeſe cognoſcere ineffabilem ſapientiam creatoris in homine conformando, atq; brutis, reliquis vegetalibus, cætera prætermitto. Nemo cognouit, nemo cognoſcit, nemo cognouerit ſatis vnquam in hac peregrinatione; vel portionem illius ſapientiæ Creatoris creaturæ, niſi is cui diuinæ ſapientiæ radius illuxerit, ſonusvè auribus etiam ſurdis occinuerit, qui ex ore infantium, & lactentium promit gloriam ſuam; A qui de ſtercore erigit pauperem. Abeant ſapientes huiuſce ſæculi, obduratum ſi eſt cor eorum, excedant, atque præcipites non dixerim euadant, non enim euadent, non erumpent, quia diſrumpentur, abeant præcipites (repeto) ſapientes huiuſce ſæculi, turgentes faſtu doctrinularum ſæcularium, quibus dabuntur Bona ſi pij Bona cognouerint, atque Bonum. *Hæc voluimus amanuenſi noſtro dictaſſe iuueni ingenuo, qui ferè nouit quot quibus vrgear moleſtijs corpuſculi huiuſce mei arthritide penè confecti hac in ætate (cur enim verum dixiſſe pudeat?) veluti nouit catus mihi ſemper inter amicos eximius Petrus Fauſtus Philoſophus Med. Salodienſis, quo vno familiariſſimè vtor. Nouerunt ambo hi viri me huic lucubratiunculæ incubuiſſe præcipitem, præcipitanter temporis beneficio, atque bibliothecula mea deſtitutum, quam ruri habeo, vel in oppido: ſum enim, & ego ex B grege Medicorũ oppidanorũ, veluti & Io. Franciſcus Vlmus conſanguineus meus Aſpendius alter. Nouimus tamẽ vtriq; Aulas Regulorum, ſed huculq; ſatis. Non obijciatis mihi ſtrumæ, non conferre iſthæc ad medicinam: conferunt namq;, & permaximè. Medicus ego medicinam profiteor iuxta ætatis meæ vires, Philoſophiæ ſtudium vix primoribus, quod aiunt, labris deguſtaui, attamẽ ſcribere nũc Phyſicè Phyſicus nõ erubeſco, quæ ſunt Artis daturus etiam poſteritati, ſi Deus annuerit: operatur enim Deus in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates, quocunque voluerit, ſiue ad bona pro ſua miſericordia, ſiue ad mala pro meritis eorum, iuditio vtique ſuo aliquando aperto, ſemper autem iuſto. Fixum enim debet eſſe, & immobile in corde veſtro ait hæc omnia Præceptor mihi Chri- C ſtiano Chriſt. Auguſt. lib. de Gratia, & libero arbitrio, cap. 21. Fixum inquam debet eſſe, & immobile, quia non eſt iniquitas apud Deum, gratia verò non ſecundum merita hominum datur, alioqui gratia iam non eſt gratia: quia ideo gratia vocatur, quia gratis datur. audite Medici, quantum pertinet ad obiectionẽ Phyſicorum præceptorum indigitatorum: audite Phyſici, quæ ſcripſit Præcept. communis Galenus, in libro de Vſu Partium libro eximio à nobis, vt deuorato, vtinam concocto. Nec dubito quin mihi ſis ſubſcripturus, ſi modo artificium, quod animalibus ineſt, diligenter ac iuſtè examinaris, neque (quod dixi) contrariè de ipſius vniuerſi elemẽtis opinioni, quam temerè quidam poſuerunt, inhæſeris. Nã ſi quis nulli ſectæ addictus, ſed libera ſententia rerum conſiderationem inierit, D conſpicatus in tanta carnium, ac ſuccorum colluuie tantam mentem habitare: conſpicatus item, & cunctis alijs conſtructionem (omnia enim declarant opificis ſapientiam) mentis, quæ homini ineſt, excellentiam intelligit, tum opus de partium vtilitate, quod prius exiguum ſibi eſſe videbitur, perfectiſſimæ theologiæ verum principium conſtituet, quæ theologia multo eſt maior, atque præſtantior tota medicina. Non igitur ſoli medico opus de V. P. eſt vtile, ſed multo certè magis Medico philoſopho, qui totius Naturæ ſcientiam ſtudeat ſibi comparare,

Lib. de vſu partiũ quibus vtiles.

parare,

parare, cumque oportet ijs ſacris initiari. Arbitror autem nullam gentem, neque hominum ſocietatem, apud quos vlla eſt Deorum religio quidquam habere ſacris Eleuſinijs, aut Samothracijs ſimile, ea tamen obſcurè docent; quæ profitentur: Naturæ verò opera in omnibus Animantibus ſunt perſpicua. Galenus hucuſque. An conferant iſta, quæ diximus, ad medicinam faciendam video, ſi intel ligis, eſtnè (vt iugulem vos Ethnico Platone veſtro) ipſa religione quid homini pretioſius. nonne hoc differrimus à belluis, at fortaſſe neque à belluis, modò veræ ſint peregrinationum hiſtoriæ, legito quæ ſcripta ſunt de Elephante Cantio, mihi eſt vis dicere Elephanti, nam hi ſubolent Numinis aliquam ſpeciem, crumenas non reſpiciunt. differrimus omnino cultu Deorum à belluis, dicit Plato vbiq; in
A Epinomide verò hæc leguntur, quæ memoritèr inhæſerunt mihi clauo affixæ trabali. Maiorem virtutem Religione Pietateq; in Deum nullam in humano genere inueniri quiſquam ſibi perſuadeat. ego aſſero, prædico, repeto, ſalubriter, ſuauiter. ſacerrima veriſſima Religio eſt quam nos docet S.E.C.Ap.Rom. cuius lumine differrimus nō ſolùm à belluis, ſed & ab hominibus cæteris nebulonibus at quæretis vos muſcæ, muſciliones, obtrudentes, obtundētes, non pertinent iſta ad cognitionem morbi, curationem, prædictionem faciundam, ſummum G. edictum. Scio ſcio quid quæratis, eæ forent cariores vobis omnino cautelæ medicæ, quibus recti viri rectè vtuntur, atqui vos abutimini in perniciem veſtram,
B ægrotorum, ſed præſertim commilitonum aliorum, ſcilicet medicorum quorum depreſſioni ſtudetis, inhiantes crumenæ ægrorum, quam vera pronunciauit Plinius, at non generatim. Hinc variæ illæ medicorum circa ægros conſultationes, nullo idem ſentiente, nè videatur alterius acceſſio. legatis Plinium, quia retuli ſcribens memoriter hoc dictum, cuius portio an aliqua mihi exciderit neſcio, nam & puer adhuc illud didici; non generatim hæc oratio pronunciāda eſt quia falſa, nam vigent, viuunt præclariſſimi viri in hac vrbe Bononia, vbi nunc ſcribo, & occaſione loci nolim dari anſam legētibus, me inuehi in aliquos; abſit, nullas vnquam id generis gratias huic meæ alumnæ Bononiæ rependam, co lendæ mihi interius in præcordijs, at peregrinatus fui, noui plures, & huiuſmodi
C ſcripta mea qualiacunque ſint præcipitanter exarata nonnullorum odioſorum, ſeu odiorum attingent regias manus, qui nunquam auſi ſunt mecum congredi, ſed obliquis ictibus petiuere ſemper. has illis obijcimus offas; nunquam extorſerint, quouis nomine petant me, ſcio quæ aueant, meam medicinam, quam viperam dixi nomine ſymbolico indice. Sed ne abeatis aliquo non donati munere legentes, audiētes. Omnibus hoc erit vnum donum: Pili Barbales omnino ſenſu indice, ac iudice ſunt craſſiores duriores ipſis capillis, niſi mihi de pilis interroganti narrauere tricas peritiſſimi tonſores, quibuſcum diu ego loquutus fui, atque præter cæteros, id mihi diuerſo ſub cælo tres vnanimi conſenſu aſſeruere homines in arte ſua conſummatiſſimi, ætate prouecti, capulares quaſi ſenes fide; ac reliquis moribus probi, atque noti ſatis; cum inclaruerint ex arte in ciuitatibus, vt
D iam fieri poſſit vniuerſalis propoſitio talis: Pili Barbales magna ex parte ſunt craſſiores, duriores ipſis capillis. itaque argumentari liceat phyſicè per medium ductum ab his differentijs Craſſitie, Tenuitate, Mollitie, Duritie ad vſus, atque finis diuerſitatem, præterea ad varietatem (ſi liceant iſthæc præfari) materiei. Do vobis alterum ſenſibus conſpicuum, ſi ſtandum eſt peritis in arte, pili omnes corporis noſtri declinante ætate fiunt tenuiores, molliores; atque pili barbales poſtremi ſunt, qui accedant. ſubijciantur his conditionibus. Non mihi credite, hoc haud peto, longè abſui à tonſtrina, ſemper in literarum ſtudijs enutritus, primum Pata-

Pilorum mutatio.

uij Patriæ meæ, deinde Bononiæ, quam veneror alteram mihi patriam, parentem quidem, & alumnam omnium bonorū, ſed cui vrbi vnus ego omnia mea debeā, daturus, quę potero, ſi vita hos roget artus; cunctos, & ſingulos Bononiēſes mihi ſemper futuros cariſſimos nunc atteſtans, obſtringēs fidem. Ad rem ipſam redeo. interrogate voſmetipſi Tonſorem, Tonſoris eorum choros vniuerſos, niſi regio re pugēt animaduertetis hoc eſſe veriſſimū, ſed cauete ne vobiſmetipſis quaſi turdi ſitis. propoſitio phyſica eſt quęrenda phyſicè, atq; aſſerēda. Sunt è plebe quos interrogaturi eſtis, propterea obliquis petitionibus illos adite. interrogate breuiter ipſiq; veſtris ſint orōnis capaces. cautio ſit vobis, nouiſtis probè Plutarchum, quę referat, indigito vobis. ſcio quæ loquor, & me docti intelligunt. linguam attingit A Plutar. ego cerebrū, liceat videamur prima facie idē ambo petere, diſtamus attñ. Do vobis conſilium certius, vbi de differētijs pilorū Barbaliū certius cognoſcere vultis, adſunt in vrbibus egregijs eximijs Monachorum familiæ nobiliſſimæ, quę tonderi nouacula ſolent ad cutem, horum tonſores, miniſtros interrogate, indices ac iudices do vobis, & eorum appello ſenſum, atq; fidem, ſeu integritatem, non hiſco amplius hac in rē, occipiatis iam experiri veritatem illorum, quæ dicta ſunt à me. habebitis adhuc nobiliſſimum auctarium ab id generis hominibus, intelligetis nempe drīam pilorum ipſorū barbalium à ſeinuicem, non de indiuiduis hominibus loquor, ſed ipſis de Locis Barbalibus, noueritis quanto diſtēt interuallo pili Labiorum, & Menti, à pilis Maxillæ. Poſtremò intelligetis num lanuginis pili B cadant, conterantur, abeant, an potius conſummentur, craſſeſcant, duritiem, craſſitiem, colorē acquirentes, breuiter pili fiant, quę omnia ſtrauerint vrbis viam ad percipiendam veritatem phyſiologię huius partis corporis humani, in qua elucet vis ineffabilis creatoris. abigetis deteſtādum illum errorem fieri pilos à fuligine excrementitia neceſſitatis materiæ. Si pudebit vos interrogare id generis homines, non eritis Galenici, cuius audite ſententiam phyſico cuiuis perneceſſariam. Sed quoniam ex vniuſcuiusque rei quęſitę experientia etiam Ariſtoteli videntur

Gal. lib. 1. de Sem. in prin.

ſumendę eſſe ad demonſtrādū ſumptiones, primū hoc accuratè inſpiciamus, vtrū fęminis prægnātibus futuris intus remaneat ſemē, an ſimul excernatur: quę conſideratio tribus modis fieri pōt: primo, atq; euidētiſſimo, quo ego ſępe vſus ſum, cū equos, canes, aſinas, boues, capras, & oues aliqñ poſt coitū, an ſemē contineāt C an prorſus excernāt, obſeruauimus. Ac mihi quidē à principio quidē à peritis huiuſce rei cōfirmabatur, cū dicerēt ſe diligētiſſimè obſeruaſſe, ac deprehēdiſſe eo tpe in fęminis animātibus cū eſſent cōcepturæ, ſemē contineri. At ego, ēt ſi quis in hoc me reprehēdat, fatebor tñ, quid mihi in tota vita facere contigerit. Nemini vnquam, qui huiuſcemodi mihi narraret, fidē adhibebam, priuſquam ēt ipſi ea, videlicet, quę poterant in meā experiētiam cadere, fuiſſem expertus. Quocirca hac de re illis, qui ſe inſpexiſſe ſępe numero aſſeuerabāt, ea quæ dicerēt, credere tñ volui, quāuis maximè conſentiētes eos viderēt: ſed ſolita incredulitate vſus duplex periculū feci in emittētibus ſemē animalibus vnū, alterū in ijs quę continerēt. Et ſicut nullū ex ijs, qui excernūt cōcipere, ita omnia quæ continēt grauida, D effici, deprehēdi. Secundam poſtea iam viam ingreſſus mulieres adire decreui, atq; eas interrogare, quę maximè id quod in ſeipſis contingeret, percipere poſſe viderētur, vt cognoſcerē idęmne in ipſis, quod in brutis animalibus eueniret, me ipſum ſubinde increpans (cur. n. verū dicere nō debeo) quod differētiam aliquā cōceptionis in brutis, rōneq; prędictis animalibus eſſe exiſtimarem. Cognoſcēdi tñ cupidus, an res ipſa quę fieret ab ijs ēt deprehēderetur, ſupra quā ſperabā inueni, atq; adeo, vt me curioſitatis illi⁹ minimè pęnituerit, legas, relegas, mīæ mādes vbi phyſicus optimus eſſe uelis, atque medicus, & hęc prioris Sect. clauſula eſto.

APPENDIX

Hiſtorica, & Symbolica eorum, quæ pertinere videntur ad ipſam Barbam Humanam.

A AVCTARIVM fuerit, atque illud pertinens ad ſubiectum no-
ſtræ propoſitionis, iam indicatę, quod modò ſumus narraturi. Sunt
autem duo, quæ præſertim noſtra oratio reſpexerit, vnum quippe
ad Hiſtoriam pertinebit, alter verò ad Symbolū; dicemus autem,
quæ ſentimus, ingenuè, nullius violaturi vnquam vel memoriam,
vel ratiocinationem, quippe labitur perſæpe homo, difficileque eſt omnia legiſ-
ſe, difficilius meminiſſe, perdifficilimum verò intellexiſſe: quapropter quod in epi-
ſtola ad Antonium Caſteluetrum Patritium Mutinéſem virum doctum alias exa-
raui repetere hîc non pigebit.

In hac tamen Philoſophia Barbæ Humanæ non recuſem etiam (vt ille ait) ex
B æquo, & bono accedant nobis honorarij arbitri, qui malo inuidiæ puri, & Profe-
ctus, & Conſilij mei rationem intelligant, ac iudicent: nec enim tantum mihi ipſe
tribuo, vt fidem haberi velim præiudicatæ meæ ſententiæ. At epiſtola modum
nimiopere iam excedit. Viue diu ſoſpes, & me ama, vt ſoles.

Non eſt enim ingenuus, qui calamo, aut lingua voluerit patrocinari ipſi falſita-
ti, duplici nomine reus namque exiſtit, primo in Creatorem Deum, qui eſt ipſa
Veritas, mox in cætum humanum, quem diruere conatur, quicunque falſitati pa-
trocinatur, impingit quoque in hos ipſos lapides, quaſi angulares, qui probabili-
bus etiam rationibus id agere tentauerit. Sed hęc alias, propoſitum iam ineamus.

Nemo non intelligit mortalium diſcuti rem aliquam poſſe multiplici medio,
C nimirũ Grammatico, Rhetorico, Oratorio, Logico, Hiſtorico, Philoſophico, Me-
dico, & ſi quid relinquitur, alio: non enim propoſitum eſt nobis nunc ſingula enu-
merare, hinc varietas emergit Scribētiũ, & Scriptorum, quatenus vnum, vel alium
characterem includunt. Equidē homines docti, ſuas digerunt cogitationes, gnari
probe ſi fecerint ſecus, deſiderari in ijs poſſe non ſolum prudentiam, ſed & Do-
ctrinam: qui enim characteres docendi commiſcent, nihil minus agunt, quam do-
ceant. confuſus enim ſtilus ridiculam vanitatem, niſi & nugacitatem odioſam, præ-
terea neque vulgarem ex triuio prudentiam comprehendit, ſed hæc non reſpicit,
qui libri ſeù operis molem, potiuſquam Maieſtatem, Dignitatem, Veritatem dili-
git, atq; deligit. quam errorum charybdim, vt interim per virili declinemus, indi-
D care decretum nobis eſt, quonam docendi charactere ſimus declaraturi ſuſceptam
propoſitionem, nimirum Barbæ finis quis exiſtat? neque id ſuperfluum homines
arbitrentur argumēto ſumpto ab operis inſcriptione, cum hæc ſit quaſi index cha-
racteris, quo vſuri ſumus. Nam quæ infra dicimus aut confirmabunt, aut explica-
bunt ipſum indicem Titulum operis. Inſcriptio nanque vel Titulus eſt compen-
dium, quaſi & Nodus, Breuiarium, aut Summarium operis totius, atque eiuſdem
pars potiſſima, cuius fortaſſe recte faciundi cognitio non eſt omnibus paſſim ob-
uia, cauſſas tradere nunc haud vacat, etiam (quod ait Plato) vallum, ac foſſam om-
nino tranſiliremus, quotieſcunque id pręſtare intereà tentaremus. Verum eſt, mul-
ta opera eſſe docta, & referta eruditione, nihilominus eadē, quaſi ſitu obſita iace-

re,deſpici,quia Titulus,quaſi nubes aliqua,quicquid in opere doctum exiſtit,ob-
ſcurat,obtenebrat,ſed qui ſubodorati ea fuere docti, licet perpauci, amplexantur
illa.conati ſumus nos inueſtigare pro virili Finem, ſeù Cauſſam Finalem,quapro
pter data fuerit Barba Hominibus , & hon ſimpliciter id egimus at philoſophico
vtentes caractere,mox tranſiuimus ad Medicum Finem,ſiquidem Philoſophia eſt
quaſi veſtibulum ipſius Medicinæ , cum non poſſit eſſe Bonus Medicus niſi qui
fuerit optimus philoſophus, quod alias Galenus docuit,& vnusquiſque popula-
ris etiam ingenij vir intelligere poteſt , in gratiam itaque Medici Finis propter
quem data fuerit Barba Maribus noſtri generis, vſi ſumus Phiſico Fine,& caracte- A
re. Duo adhuc eſſe reliqua videntur, neque ignobilia, at ſcitu iucunda quæ perti-
nent ad ipſam Barbam Humanam, Dignitatem eiuſdem ſatis indicantia,ea vero
deſumuntur cum ab Hiſtorijs,tum à Symbolo,quæ nunc ſummatim attingere vo
lumus , & in eum finem, vt conſtet apertius argumenti ſuſcepti decus, & dignitas
non enim defore arbitramur,qui ſuſceptum argumentum cōdemnent,ridiculum
ve cenſeant,ſed minimum intereſt, quando & homines dentur Athei,præterea &
in Arte noſtra Medici,qui nulla fronte , vel inſcripta ſunt auſi iactare paſſim, non
deſumendam eſſe indicationem à Virtute, quemadmodum animaduertit,docuit-
que nos Galenus in libris Methodi med.

Nunc Hiſtoriā attingētes dicimus , habere nos ex peregrinationum libris,dari B
in America orbis parte regionem , in qua homines Mares naſcuntur prorſus im-
berbes;quis autor hæc referat,interea temporis non recordor, neque vacat ſatage
re circa huiuſmodi negotium, quādo certo ſciam hoc me legiſſe,obſtringens huic
veritati meam fidem.Quapropter homines Europæ noſtræ illuc forte cum appu-
liſſent Monſtra ab eo populo credebantur.Dari huiuſmodi gentem natura imber
bem , non admirabuntur , qui plura diù, attentè legerint , præſertim olaum Ma-
gnum, Plinium, D. Auguſtinum.Iulium Cæſarem Scaligerum, & Plutarchum,cę
teroſque autores,qui ſuas,aut aliorum nauigationes,peregrinationes deſcripſere,
atque memorię poſteritatis commendarunt . Cauſſam iſtius negotij veſtigare no-
bis haudquaquam propoſitum eſt, offitioq; noſtro ſatis arbitrabimur feciſſe,quo- C
tieſcunque,veluti principiò decreuimus,cauſſam Finalem venemur,propter quam
dederit Natura parens Barbam quibus dedit , atque Finem vtrunque Phyſicum,
& Medicum.Ad Hiſtoriam quoque pertinet indicare,ſi quę fuerint gentium inſti
tuta,leges,vel conſuetudines pertinētes ad Barbam Humanam, cuiuſmodi nego-
tium breuiter nunc attingemus , illud enim commentario ſeparato liberaliter ſa-
tis,at pro modulo noſtri ingenioli digerentes tractauimus. Mox cum hæc ſit appē
dix,cauere oportet,ne corollarium excreſcat ; & cum amphora cæperit , Vrceus
exeat iuxta illud Horationum dictum nonnulla indicaſſe interea ſufficiat, quò
conſtet ex priſcarum gentium teſtimonio, inſtitutis , legibus , conſuetudine ipſi
Barbæ dignitatem non exiguam ineſſe ; ipſius autem Barbæ dignitatem aſſeuerāt D
Hebræorum quæ leguntur monumenta litteris conſignata, quod autem ſubſcribe
mus proxime habetur libro ſecundo Regum, Cap. Decimo vos audite, legite.

Factum eſt autem poſt hæc, vt moreretur Rex filiorum Ammon & regnauit Ha-
non filius eius prò eo. Dixitque Dauid: Faciam miſericordiam cum Hanon, Filio
Naas , ſicut fecit pater eius mecum miſericordiam . Miſit ergo Dauid conſolans
eos per ſeruos ſuos ſuper Patris interitu. Cum autem veniſſent ſerui Dauid, in Ter
ram filiorum Ammon , dixerūt Principes filiorum Ammon ad Hanon dominum
ſuum . Putas quod propter honorem patris tui miſerit ad te Dauid conſolatores,
& non ideo vt inueſtigaret , & exploraret Ciuitatem, & euerteret eam, miſit Da-
uid ſer-

uid ſeruos ſuos ad te? Tulit itaque Hannon ſeruos Dauid, raſitque dimidiam partem Barbæ eorum, & præſcidit veſtes eorum medias vſque ad nates, & dimiſit os, quod cum nuntiatum eſſet Dauid, miſit in occurſum eorum: erant enim viri confuſi turpiter valde, & mandauit eis Dauid, manete in Iericho, donec creſcat Barba veſtra, & tunc reuertimini. Videntes autem filij Ammon, quod iniuriam feciſſent Dauid miſerunt &c.

Conſtat itaque Barbam nutritam fuiſſe ab ipſis Hebræis, neque duntaxat à Sacerdotibus, verum etiam à cæteris, huic autem veritati ſuffragatur D. Cypriani
A Epiſc. Chartaginenſis teſtimonium, qui lib. Tertio ad Quirinum, cap. 84. ſcribit in hanc ſententiam. Item non vellendum. Non corrumpetis effigiem Barbæ veſtræ, quod etiam bis repetit in lib. de Lapſis, qui eſt ſermo quintus. & cap. 19. Leuitici. Non augurabimini, neque obſeruabitis ſomnia, neque in rotundum attondebitis comam, nec radetis Barbam; propterea fortaſſis conſueuerant Iudæi radere Barbam ipſis Gentilibus ait enim D. Bonauentura in Pſalmum Dauid 119

Quando Iudæus emebat Gentilem, radebat ei Barbam, & capillos. Non pigebit ſubiungere, quæ ſcripſit Alexander ab Alexandro Iuriſperitus Neapolitanus, & doctiſſimus vir humaniorum litterarum, lib. Tertio Dierum Genialium, cap. 5.

Apud Indos qui maximi criminis reus agitur, hanc luit noxam, vt à Rege ton-
B deri iubeatur, qua pœna nulla inſignior fuit.

Vnde licet colligere maximi fuiſſe Barbam æſtimatum ab Indorum gente, ſed in Bibliotheca Hiſtoriarum alia quoque legetis teſtimonia eiuſdem generis, pertinentia nempe ad Barbæ dignitatem, quæ ſigillatim referre non eſt opportunum interea temporis. Veruntamen ab antiquis nutritam fuiſſe Barbam Plutarchi orationem habemus, legitur vero iſthæc in Lyſandri vita ex interpretatione Guilielmi Xilandri.

Donum ab Acanthijs apud Delphos dedicatum hanc habet inſcriptionem: Braſidas, & Acanthij de Athenienſibus. Quamobrem multi lapideam ſtatuam, quæ intra ædem iuxta fores ſita eſt, Braſidæ eſſe putant. Ea vero Lyſandri eſt effi-
C gies, cæſariem more antiquo, Barbamque prolixam habens.

Conſtat ſane ex veterum ſcriptis Romanos priſcos conſueuiſſe Barbam alere, dixit nanque Plinius lib. 7. Hiſtoriarum cap. 59.

Sequens Gentium conſenſus in Tonſoribus fuit, ſed Romanis tardior. In Italiam ex Sicilia venere poſt Romam conditam anno quadringenteſimo quarto, adducente P. Ticinio Mena, vt autor eſt Varro: ante intõſi fuere. Primus omnium radi quotidie inſtituit Aphricanus.

Cuiuſmodi Teſtimonium ſequutus eſt Alexander ab Alexandro qui in libris dierum ſuorum Genialium, cap. 18. & lib. quinto, hæc nobis tradidit.

D Apud Romanos vero ab Vrbe condita ad annum 454. iuuenes pariter ac ſenes intonſos fuiſſe liquet. Sed poſtquam Pub. Ticinius è Sicilia tonſores adduxit Romam, inde vt iuuenes raſitarent Barbam, Capillumque traderent ad annum quadrageſimum inſtitutum manſit: poſt eum verò non licebat. Primus enim, qui Barbam quotidie raſitaret, Aphricanus traditur, deinde Auguſtus, quod Seruis viliobus erat inhibitum, qui intonſa Barba, & Capillo hirto fuere.

Conſtat itaque manifeſto Vetuſtiſſimos Romanorum non exuiſſe Barbam at contra potius eandem aluiſſe, Veruntamen hoc etiam fuerit auctarium. Locus eſt M. T. Ciceronis pro L. Muræna ſatis egregius hanc docens veritatem, dum aduerſus Ser. Sulpitium loquitur in hanc ſententiam, deridens Iuriſperitorum ſui temporis ſcientiam, vos legite, audite.

Prætor interea ne pulchrum ſe,ac beatum putaret:atque aliquid ipſe ſua ſponte loqueretur: ei quoque Carmen compoſitum eſt, cum cæteris rebus abſurdum: tum vero nullo vſui ; vtriſque ſuperſtitibus præſentibus : iſtam viam dico , inite uiam præſto aderat ſapiens ille: qui inire viam doceret, redite viam.eodem Duce redibant.Hæc iam tum apud illos BARBATOS ridicula credo videbantur:homines cum recte,atque in loco conſtitiſſent: iuberi abire:vt vnde abeſſent,eodem ſtatim redirent. ijdem ineptijs fucata ſunt illa omnia &c.

Nemo non intelligere poteſt, aut ego fallor, Caſcos illos Romanorum,ſcilicet vetuſtiſſimos conſueuiſſe alere Barbam, quos etiam Iuuenalis forſitan illis in carminibus notabat, Satiræ xvj. A

Da Teſtem,iudex quem dixerit,audeat ille.
Neſcio quis,Pugnos vidit,qui dicere vidi.
Et credam dignum BARBA , dignumque Capillis.
Maiorum &c.

Concludemus huiuſmodi Barbæ Hiſtorica Parerga,nonnullis etiam ommiſſis ad ſymbolica properantes,vbi dixerimus adhuc iſta duo,mox narranda.Primum eſt, Romanos Principes,& præpotentes auro viros conſueuiſſe,primitias derasæ lanuginis Barbalis celebrare ludis peculiaribus, mox eaſdem cuipiam idolorum conſecrare :leguntur clariſſima Teſtimonia huiuſce dementiæ apud veteres autores, quos legitote , interim do vobis Xiphilini teſtimonium ex Dione Nicæo in Vita Neronis deſcribenda,iſtæc narrantis. B

Poſt hęc celebrauit Feſta alterius generis,quę dicũtur Iuuenalia ea propter Barbam eius,quæ tũ primum raſa fuerat,facta ſunt, cuius Pilos in Sphæram Aeream coniectos, Ioui Capitolino conſecrauit, &c.

Sed audite,legite adhuc C.Suetonium Tranquillum in Vita Caligulæ.

Comitatus eſt Patrem in Syriaca expeditione: vnde reuerſus primum in Matris,deinde & relegata,In Liuiæ Auguſtæ Proauiæ ſuæ contubernio manſit.Quam defunctam prætextatus etiam tum pro Roſtris laudauit, tranſijtq; ad Antoniam Auiam , & Vndeuigeſimo ętatis anno accitus Capreas à Tiberio,vno,atque eodẽ die Togam ſumpſit,B A R B A M quæ poſuit,ſine vllo Honore,qualis contigerat tyrocinio fratrum eius . C

Conſueuerant namque Dies Feſtos agere, quando primam Barbam radebant, & peculiaribus ludis hoc inſtitutum celebrare, quod fortaſſe dimanauit à Græcis primoribus,aut vetuſtis, hi enim Cæſariei primitias Dijs ſuis conſecrabant, veluti patet legentibus Plutarchum,& præſertim Theſei vitam. Aſſeuerat hoc Alexander ab Alexandro libro quinto Dierum Genialium cap. 18. vos legite,audite.

Athenienſes cum ex Ephebis exceſſiſſent primitias Crinium Delphos deferebant,& cum antiquiores Comam circa Tempora, aut poſteriorem Crinem tonderent,æuo ſuccedente Theſeus anteriorem capillum Delphis dedicauit,vnde Theſeis Tonſura prodita eſt: cuius exemplo iuuenes,cum primum ex Ephebis exceſſiſſent,anteriorem Comam Phebo, & Æſculapio,aut Libero obtulere primitias,poſtea Romani adoleſcentes magnæ indolis primæ Lanuginis Barbam Dijs conſecrare vſurparunt, quapropter Martialis lepidiſſimus aliquando luſit. D

Ad Aeſculapium.

Latonę venerande nepos qui mitibus herbis
Parcarum exoras penſa,breuesque Colos:

Hos

Hos tibi laudatos dominorum vete capillos
Ille tuus lætæ miſit ab vrbe Puer.
Addidit & nitidum ſacratis crinibus orbem
Quo fœlix facies iudice ſitu fuit.
Tu iuuenale Decus ſerua, ne pulcrior ille
In Longa fuerit, quàm breuiore Coma.

Sed audite, legite hoc etiam teſtimonium ex Peregrinationum libris deſumptum.

A Partendoſi da Buru alla Quarta di Garbin verſo Ponente arriuarono à tre Iſole vicine vna all'altra, Zolot, Noceuamór, & Galeàn, & paſſando frà due diſceſero in vn Iſola, che haueà Montagne altiſſime detta Mellua. Gli habitatori ſono huomini ſaluatichi, & beſtiali, & mangiano carne humana; Vanno nudi, eccettò che portano quella ſcorza, che habbiamo detto, & quando vanno à combattere ſi mettono alcune Pelli Groſſe di Buſalo dauanti, & di dietro: Adornano loro Figliuoli con alcune Corniole, legate inſieme con Denti di Porco, & con Code di Capre appiccate dauanti, è, di dietro. Portano li Capelli trappaſſati per alcune canne da vna banda all'altra, la BARBA auuiluppata in Foglie, & meſsa pòi in

B vna canna ſimilmente, che fa rider, chi gli vede.

Queſta relatione ſi legge nel Viaggio attorno il Mondo fatto, è, deſcritto per M. Antonio Pigafetta Vicentino Caualier di Rhodi, & da lui indirizzato al Reuerendiſſimo Gran Maeſtro di Rhodi M. Philippo de Villiers Lisleadan, tradotto di Lingua Franceſe nella Italiana. Coſi l'hò cauata & appuntatamente dal primo Volume, & Terza Editione delle Nauigationi è Viaggi raccolto già di M. Gio. Battiſta Ramuſio; l'opera è ſtampata l anno MDLXIII. in Venetia nella ſtamparia di Giunti à carte 368. D.

Alterum quod pertinet ad Barbæ Hiſtoriam eſt. Quis primus Barbam nutriuerit ex Romanis Principibus? cui problemati interim ſatisfacturus do vobis Teſti-

C monium Dionis Nicæi ex Vita Traiani deſumptum.

Sura Licinius adeo diues erat, & potens, vt Gymnaſium ædificauerit Populo Romano ſuis ſumptibus, tantaque fide, & Amicitia fuerat cum Traiano coniunctus, vt cum ſæpe elset apud eum ab inuidis, & inimicis accuſatus, Traianus nihilominus Domum eius inuocatus ad cænam venerit, dimiſsaque cuſtodia Medicum Suræ primum omnium ad ſe vocauerit, eiq; permiſerit vt ſuos oculos * Quo facto Tonſorem eiuſdem venire iuſsit, iſque Mentum Imperatoris raſit, nam hæc vetus cōſuetudo ciuium Romanorum, ac Principum fuit ADRIANVS enim primus Barbam nutriuit.

Modo veniamus ad Symbolica Barbæ, ac breui negotium tranſigamus. ex teſti *Symbolũ*

D monio Corn. Taciti in lib. de Moribus Germanorum Barba raſa erat ſymbolum *Barbæ.* lætitiæ, Inditium fortitudinis militaris, vos legite, audite.

Et alijs Germanorum populis vſurpatum, rara, & priuata cuiusque audentia, apud Cattos in conſenſum vertit, vt primum adoleſcerent, Crinem, Barbamque ſummittere, nec niſi hoſte cæſo exuere votiuum, obligatumque virtuti oris habitum. ſuper ſanguinem & ſpolia reuelant Frontem, ſeque tum demum prætereà naſcendi retulisſe, dignoſque Patria, ac Parentibus ferunt ignauis, & imbellibus manet ſquallor.

Contra verò & Barbam ponere maximi luctus erat inditium, veluti legimus apud C. Suetonium Tranquillum in vita C. Cæſaris Caligulæ, ibi enim ait.

Tamen

Tamen longe maiora, & firmiora de eo iudicia in morte, ac poſt mortem extitere. Quo defunctus eſt die, lapidata ſunt Templa, ſubuerſæ Deum Aræ. Lares à quibuſdam familiares in publicum abiecti, Partus cõiugum expoſiti. Quin & Barbaros ferunt, quibus inteſtinum, quibus aduerſus nos bellum eſset, velut in Domeſtico, communique Mœrore conſenſiſſe ad inducias. Regulos quoſdam Barbam poſuiſse, & Virorum capita raſiſse ad inditium maximi Luctus.

Iudæi quoque illam radebant in maximi Mœroris teſtimonium, quod inſtitutum elicere poſsumus ex ijs, quæ ſcribuntur cap. 21. Leuitici, vbi legere cuique licet. A

Dixit quoque Dominus ad Moiſem: loquere ad ſacerdotes filios Aaron & dices ad eos: Ne contaminetur ſacerdos in Mortibus Ciuium ſuorum, niſi tantum in cõſanguineis, ac Propinquis, ideſt ſuper Patrem, & Matrem, & Filium, & Filiam, Fratrem quoque, & ſororem Virginem, quæ non eſt nupta viro: ſed nec in Principe Populi ſui contaminabitur. Nec radent Caput, nec Barbam &c.

Romani vero huic inſtituto ex diametro (quod aiunt) oppoſiti eandem alebant in Mæſtitiæ ſignum, locus aſseuerans huiuſmodi veritatem eſt apud Suetonium in C. I. Cæſaris vita, vbi de illo ait.

Diligebat quoque vſqueadeo milites, vt audita clade Titurianaj Barbam capillumque ſumpſerit, nec ante dempſerit, quàm vindicaſset. B

Veruntamen audiatis adhuc Senecæ Teſtimonium in lib. de Conſolat. ad Polybum cap. 36.

Nam & non ſentire mala ſua non eſt hominis: & non ferre, non eſt Viri. Non poſsum tamen cum omnes circumiuerim Cæſares, quibus Fortuna fratres, & ſorores eripuit, hunc præterire, ex omni Cæſarum numero (loquitur de Caligula) quem rerum natura in exitium opprobriumque humani generis edidit, à quo Imperium euerſum, aduſtum funditus Principis pijſsimi recreat clementia. C. Cęſar ammiſsa ſorore Druſilla, is homo, qui non magis dolere, quam gaudere principaliter poſset, conſpectum, conuerſationemqne ciuium ſuorum perfugit, Exequijſque ſororis non interfuit &c. idem ille Caius furioſa inconſtantia, modo Barbam, capillumque ſubmittens, modo Italiæ, ac Siciliæ oras errabundus permetiens, & nunquam ſatis certus, vtrum lugeri vellet, an coli ſororem. C

Quo de monſtro Suetonius, in vita eius recitanda hæc dixit.

Cum omnibus ſororibus ſuis ſtupri conſuetudinem fecit. Plenoque conuiuio ſingulas infrà ſe viciſſim collocabat, vxorè ſupra cubante. Ex his Druſillam vitiaſſe Virginem prætextatus adhuc creditur, atque etiam in concubitu eius quondam deprehenſus ab Auia Antonia apud quam ſimul educabantur. Mox L. Caſſio Longino Conſulari collocatam abduxit & in modum iuſtæ vxoris propalam habuit. Hęredem quoque Bonorum, atque Imperij æger inſtituit. Eadem defuncta Iuſtitiam indixit, in quo Riſiſſe, lauiſse, Cęnaſſe, cum Parentibus, aut coniuge, liberisve capitale fuit, ac mœroris impatiens, cùm repente, noctuque profugiſſet ab Vrbe, traſcuriſſetque Campaniam, Syracuſas petijt, Rurſusque inde propere redijt, Barba, capilloque promiſſo. Nec vnquam poſtea (quantiſcunque de rebus) ne pro Concione quidem populi, aut apud Milites, niſi per nomen Druſillæ deierauit &c. D

Barba immiſſa erat etiam nota reorum, & ſordidatorum vel affinium, vel amicorum ipſi reo inſeruientium, cuiuſmodi officium præſtare ſolebant fidiſſimi amicorum quos innuit hiſce carminibus Iuuenalis dum loquitur de ſuperba, & imperioſa coniuge, vel Vxore.

Hæc

Hæc dabit affectus ille excludetur amicus,
Iam ſenior cuius Barbam tua Ianua vidit.

Nimirum (quantum ego interea cognoſco) vxore imperante cuius nutui ſuperbo mariti etiam affectus inſeruiunt, quoniam illos non ſolum vxor talis moderatur, ſed etiam tribuit, eijcietur vetus, & fidelis amicus, qui tibi tuis in calamitatibus operas auxiliares non recuſauit afferre, ſed prẹſto fuit bonus, & offitij memor, argumento fit Barba alta, immiſſa, vel prolixa, quam limina, & poſtes ianuæ tuæ viderunt. Barba inquam talis amici te ducentis, reducentis, fouentis iactatum fluctibus inimicorum, huiuſmodi inquam amicus intimus, & fidelis, notus etiam ipſi
A mutæ domui tuæ, tyrannico Vxoris imperio excludetur, quando cupias viuere quietus cum vxore moribus talibus prædita ob naturę ſuæ nimiam ſuperbiam: hæc vero ita interpretanti, nullius eſt mihi in animo violare arbitrium, ſeù iuditium, cenſeant, & ſentiant quicquid velint, aut rectius intellexerint doctiores homines adhæſero ſane & illis ego acquieſcens, quando cognouero Rationes interpretandi habere doctiores, qui enim non acquieſcit rationi ſane eſt ille homo irrationalis. At videamus quid Torellus Saraina Veronenſis, niſi ego fallor, Iuriſperitus eximius prout illa ferebant Tempora.

Procedendo in peggio l'infermità di M. Alberto (loquebatur de Gente Scaligera, quæ Princeps Veronenſibus tunc præerat) qual fù Hidropiſia, nel ſuo prin-
B cipio mal curata, lo traſſe finalmente à morte il giorno Decimo di Settembre piãto da tutti, non come Signore, ma come Padre della Patria; E tanta fù la meſtitia vniuerſalmente che tutti li Cittadini ſi veſtirono di panni neri, e nutrirono la Barba per vn'anno, come è vſanza di honorare i cari parenti, e figliuoli.

Queſto Teſtimonio è cauato dal ſecondo libro delle Hiſtorie di M. Torello Saraina Dottor di legge.

Conſtat itaque proximis etiam temporibus, nedum vetuſtioribus Barbam immiſſam, vel nutritam eſſe maximi luctus, atque Mæſtitiæ Symbolum: hæc alitur à Cretenſibus plurimis noſtra tempeſtate, adeoque ab ipſis æſtimatur; vt iugulari potius velint nonnulli, quàm Barbã ijs abradi. Horatius Marcellinus frater meus
C qui multus annos in eo Regno vixit, & qui hoc anno redijt Ingenuè atteſtatus eſt ſe vidiſſe Cretenſem Senem, qui Barbam vitæ ipſi antepoſuerit, cum enim Dux ſatellitem miſiſſet, experiundi gratia ſenilem animum, iniungens vt illi Barbam raderet, dedit ſenex Cretenſis illico ceruicem dicens, Trunca mihi primò caput.

Poſtremò antiquitùs, qui Philoſophiæ ſeipſos addicebant, ij Barbam nutriebant, Palliumque, & Barba ſymbola erãt Philoſophi, hinc apud Aulum Gellium nos legimus. Barbam, & Pallium video, Philoſophum non.

Multa ſunt Dicteria de Barba apud ſcriptores, ſed & Prouerbia, quæ interim enumerare, declarare non vacat, ſcripſimus enim iſta qualiacunq; ſunt præcipitãter, ſatisq; nos luiſſe pęnarũ arbitramur, quod pertinet ad vocẽ illã, ſeu dictionem
D APPENDIX, quę eſt merũ, putum, purum erratũ; æquũ eſt enim apud homines caſtigari, puniri errata, quã condonari, quippe alitur ſocordia, ignauia; Vnũ illud tantũ oro quicunq; lecturi, ſiue audituri ſint caput iſtud vel importunũ huic negotio, cõdonare dignentur humaniter mihi huiuſmodi excurſum, curabo enim referre gratias in poſterũ ſi dedero ijſdẽ viuens aliquid vigiliarum mearum, quarum nunc eſt ſub prælo vna, cuius eſt Index Titulus *Hippocrates Medicus*, opuſculum equidem non abſolutum, ſed non abſque potiſsima cauſſa ita mancum publicatum, in quo duo legentur à Proœmio capita.

Vnum pertinet ad Genealogiam Hippocrates Medici.

Alterum vero aſſeuerat Ingenuitatem eiuſdem ex veterum fide. Valete.

MARCI

Digitized by Google

MARCI ANTONII VLMI PATAVINI MEDICI ATQVE PHILOSOPHI IN LIBRVM DE FINE BARBAE HVMANAE

SECTIO ALTERA.

IN QVA MAIORVM OPINIONES HACTENVS publicatæ recenſentur , mox ad vnamquamque ſingillatim Exercitatio ſubiungitur.

PRAEFATIO.

HVCVSQVE docere conati ſumus Barbæ ipſius naturam exiſtentem cùm ex veterum,tùm ex noſtra opinione ; quod præſtitimus in eam gratiam,vt ſubiecto propoſitionis explicato,nos poſſemus faciliori negocio veſtigare ipſam veritatem propoſitionis à nobis ſuſceptæ , quæ vt noſtis, talis exiſtit. Barba cuiuſnam finis cauſa tributa fuerit à natura homini ipſi ? Quibus ita conſtitutis, videamus iam ſummatimque percurramus compendio temporis facto , quaſi & itineris,opiniones omnium,qui de Barbæ Fine ſcripſerunt hucuſque.Omnium inquam,quorum monumenta ad manus noſtras peruenerunt : difficile ſiquidem eſt omnia legiſſe,difficilius meminiſſe,turpiſſimum negare . Modo hanc recenſionem inſtituamus non iuxta ſcriptorum ætatem : (hęc pertinet ad temporis differētiam,

aut dignitatem, quæ interdum obuenit ex re, quandoque ex opinione hominum, quandoq; ex vtroq;) veruntamen iuxta quandam docẽdi viam, atq; inſtitutionẽ licet eandem vſquequaq; non teneamus. Eorum ante cætera, qui de barba ſcripſerunt, duplex eſt ordo, vnus credentium barbam non habere finem aliquem, veluti M. T. Cicero, & ſectatores plures, antiqui viri non ignobiles, præterea inter noſtros recentiores Iulius Cæſar Scaliger, vir & gente, & ſcientiarum cognitione conſpicuus, nulli poſtponendus, nulli comparandus, qui ambo vſum barbæ negãtes, præterea conſentientes, in opinionis demum appendice inuicem diſſenſerunt. Cicero, & alij dixere barbam eſſe nullius vſus, at illam ornamẽto inſeruire licet in ornamenti aſſertione vnuſquiſq; habuerit diuerſam opinionem, veluti apparebit in ſingulari opinione, appoſitis verbis proprijs. Scaliger pronunciatæ ad vſum, vel finem opinioni ſubiecit appendicem odioſam (parcant manes venerãdi huius hominis) ſcilicet pilos labij ſuperni, quos muſtaces appellari diximus, eſſe viris impedimento. Reſtat ordo alter, finem aſſerentium eſſe aliquem ipſius barbę, qui & ipſi varias in claſſes diſpartiti ſunt. Nam Theodoretus Cyri (quam Plinius Cyropolim, vtpote à Cyro conditam nominat) ciuitatis Perſidis Epiſcopus: Fides appellet eius interpretem, in opere quod ſcripſit de prouidentia, cùm dixerit finem barbæ eſſe corporeum quid, mox tranſiens ad ſenſum moralem deflexit à primo itinere, vt homo contemplans, labatur, neſcius vtrum finẽ prçferat autor. Alij verò phyſicum, & corporeum finem hũc barbę eſſe autumarũt, ſed alij alium exiſtere ſunt opinati. Diogenes credidit barbam pertinere ad ſexum, & indicare maſculineitatem, cui ſubſcripſerunt plures, Martialis, Macrobius, Galenus, Lactantius, ſed alij implicitè, alij explicitè: inter quos Lactant. Firmianus præter hunc finem, & illum Aetatis n neglexit, ſed & Ornamenti, addens quoq; alium barbæ vſum, nempe illam inſeruire Maturitati corporis cognoſcendæ: quæ omnia leguntur in libro vno de opificio Dei, ac periodo vna. Galenus in lib. de Vſu part. licet philoſophatus fuerit circa hanc rem, nihil attulit proprium, ſed à Scriptoribus veteribus, veluti Ariſtotele cuncta mutuatus, & alijs, credidit pilos barbales inſeruire Coopérimento, & Ornamento. Finem cooperimentum docuerat iam Ariſtoteles in varijs locis eſſe communem quaſi pilis, addidit Galen⁹ ex ignorata philoſophia pilum barbalem eſſe corporis Purgamẽtum, expiationẽ quãdam, cum tamẽ finem à Diogene indicatum admiſerit, veluti legi poteſt lib. 2. de Semine. Súbſcripſere priori ſententię Galeni, Arabes, ac Latinorum poſteriores ferè omnes, præterea Græci, quos mihi legiſſe haſtenus contigit, & hæc ſummatim propoſita eſt à nobis philoſophia ex priſcorum, & recẽtiorum opinione ad Barbæ Humanæ finem aſſignãdum, vt faciliter magis, & alacrius legẽtium deducantur mẽtes in penetralia, & abditos receſſus huiuſce cõtemplationis. Modo cùm opinemur nos Barbæ finem proprium eſſe alium à ſuperioribus, ſcilicet eum non inſeruire Ornamẽto, nõ Aetati, non Sexui, nõ Cooperimẽto, non Purgamẽto, ſed eſſe alium, ac Facultatis animæ humanæ officio inſeruire, ne damnare videamur, quod forſan nõ intelligim⁹, dicemus primo, ac ſigillatim iuxta viã inſtitutam docẽdi, quorumcũq; ſingularem opinionem, ipſi opinioni ſubiungẽtes Exercitationem ingenioli noſtri, quam eidem pro virili fecimus. poſtremò ad noſtram indicandam, & aſſeuerandam deueniemus, quam & nos libenter ſubijcimus doctorum virorum cenſuræ. nam, vt ait ille, caſtigare quidem licet, atque etiam expedit. Enimuerò quantum nos opinamur, & neceſſarium ſi curemus neceſſaria, maledicere neque licet, & obeſt maledicenti, potius quàm illi, cui obijcitur maledictum; aſſertque tandem ingenuis pœnitentiam, illiberalibus

Summa opinionum eorum, qui hactenus de Barba ſcripſerunt.

Opinio M. T. Cicer & J. C. Scalig.

A

Opin. Theodoreti.

B

Opin. Diog. Martialis. Macrobij. Lact. Firm.

Opin. Galen.

C

Græci, Arabes, Latini, ſubſcripſerũt Galeno.

Authoris opinio.

D

vitupe-

vituperationem. Non tanquam arenarij, ideſt, pretio adducti, vel ſupplicio coacti, quaſi gladiatores deſcendimus ad certamen litterarum; ſed animi gratia, cuius pabulum veritas eſt, vt eius inquirendæ, atque aſſequendæ authorem, quem à maioribus noſtris accipimus, ſed à Deo potius libertatis ſpiritum retineamus, in cuius veritatis laborioſiſſima, ſeu peſſima inueſtigatione etiamſi diligentiſſimus operas impendat vnus, vel alter, parum certè proficiat, nam ſi quid ſentio tantum abeſt, vt vnus omnia, vt nec omnes omnia cognoſcant, ſed nec vnum. Solus enim is omnia comprehendit, qui eſt & omnia. Hinc ad ſocietatem nati ſumus, quò communicatis inuicem facultatum (quæcunque, qualiſcunque, & cuius ſint) animæ noſtræ operationibus proueheremur longius in hanc occupationẽ A peſſimam philoſophandi, quam vt legimus cap. 1. Eccleſiaſt. Dedit Deus filijs hominum, vt occuparentur in ea. Ex omnibus enim aliquid fieri poteſt, idque non magnum, ex ſingulis penè minus, quàm nihil. ijs itaque qui errarunt (vt opinamur) veluti paulò ſuperius dictum fuit, habendam eſſe gratiam cenſemus, nobis mutuo, vel petenda vltrò, vel ſperanda venia à benignis. Confert hoc breuiarium variarum de Fine Barbæ opinionum, ad indicandam Barbæ dignitatem, cùm circa id generis pilos inſudarint celeberrimi viri, & hucuſq; ignorauerint, tanto furore nonnulli commoti, vt quaſi Oreſtis animum induerint, non puduerit aliquos execranda blaſphemia pronunciare vanitatem Naturæ dignitatis, ac B ſuorummet dogmatum aſſertorum oblitos: finem his pilis, vel eorum aliquibus non ſolum non eſſe, ſed & noxam cohærere, qui veluti non phyſici à pomerijs Naturæ prius veniunt eijciendi.

CAP. I. IVLII CAESARIS SCALIGERI OPINIO, & ad huius veſtigandam opinionis veritatem Exercitatio.

EX illis, qui Barbam nulli officio, vſui, vel fini, deſtinatam eſſe crediderunt, Scaligerum Cenſorem primò audiamus; neq; iniuria Cenſorem appellauimus, nam quas referemus viri huiuſce ſententias, eas continent commentaria edita in libros duos, qui inC ſcribuntur de plantis Ariſtotele authore, vbi cenſorium ſtylum agens æquanimitate ſemper, an ſeueritate etiam, quandoq; excipiat dicta authoris operis illius, iudicent eruditi. Quicquid ſit, illud certum eſt, contingere ſtudioſis ex id generis cenſura, non minimum emolumentum, atque illud non ſimplex, ſed multiplex ſi vti nouerint. Auſpicemur iam, duæ ſunt Scaligeri ſententiæ; prior in lib. 1. cap. 3. hæc legitur.

Pili in homine nulli neceſſarij: quidam vero adeò ſunt inutiles, vt etiam impediant vſum vitæ: cuiuſmodi ſunt ij, quos in ſuperiori labro Muſtaces Græci vocãt. Nam, quod ait Galenus ad tegendum homini datos à Natura, tollit eius pruden- D *tiam, ſimulque eleuat eorum fidem, quæ de iſa prædicabat. Exædificaſſe nobis manum, quod & Philoſophus ait, quæ futura eſſet inſtrumentum inſtrumentorum. Cæterum pertinaciæ huius ineptiæ apparet in cadaueribus, quibus pilos creſcere manifeſtum eſt, cùm tamen illorum ijs nullus ſit futurus vſus. Cæterùm excrementorum rationem, ac finem declarauimus aliàs.*

Et in libro ſequenti ſcripſit alteram ſententiam, quæ talis exiſtit.

De folijs quoque minus benè locutus eſt. Nam ſi folia nullum ſibi proponunt alium finem, præter humoris attractionem: igitur folia ſunt excrementa. Excrementa namque nullum habent finem ipſa, niſi humoris attractionem: vt pili quidam: qui non alia de cauſa ſunt, niſi vt ne ſint. Pili muſtaces creſcunt, vt tondeantur. Facti ſunt à natura, non vt aliquid facerent, ſed vt aliquid fierent. Hucuſque Scaliger.

EXERCITATIO. A

INTER initia propoſitæ orationis haud inconſultum fuerit calumniam amouere, qua ſugillare nos poſſent futilia quędam ingenia, ſibi nulla, cæteris infeſta, ſtudiorum fungi, fuci, purgamẽta putida, aſſerunt nos ambitioſum, aut vanum laborem ſubijſſe in examinanda opinione Scaligeri non ſolùm, veruntamen, & reliquorum Finem Barbæ negantium, & vſum. Nam plures exiſtunt probantes illi eſſe datum vſum, & nos ipſi profitemur demonſtraturos eſſe: quod ſi præſtiterimus, iacebit confoſſa penitus opinio negantium finem. B Præterea Scaliger nudam proponit opinionem rationibus nullis ſuffultam, itaq; commodum à me omitti potuiſſe. Quibus ita reſponſum volumus, dignitatem ſcribentium nobis aliter ſuadere, nemo niſi ſtultus dicere audeat ſtultas eſſe opiniones illorum virorum, qui diù magna cum laude in litterarum ſtudijs nauiter ſeſe exercuerunt, monumentaq; eorundem poſteritati reliquerunt. Contra potiùs ambitioſum foret, & ferula dignum illos prætermiſiſſe, quaſi nullos: nec vani ſunt illi labores, vnde fructus emergant non contemnendi. Veruntamen ſi qui ſunt, qui ſint adeo pertinaces, vt aliud ſentiant, eos nihil moramur, liberum eſto vnicuique iudicium, veluti & conſilium. Ex ipſius Scaligeri ſententijs duas tantummodo propoſitiones examinandas aſſumimus, cæteris conſultò prætermiſſis. Hæ autem ſunt. C

Pili in homine nulli neceſſarij.

Quæ vna exiſtit. Altera uerò hæc legitur.

Pili quos in ſuperiori labro Muſtaces Græci vocant, adeò ſunt inutiles, vt etiam impediant vſum vitæ.

Prior propoſitio, ſit necne vera, iſthæc arguunt. Cæſaries, Supercilium, Cilium: qui pili aut negandi ſunt ex cenſu eſſe pilorum, aut fatendum eſt eorum aliquos habere neceſſitatem, vel eſſe neceſſarios. Madaroſis, quod eſt vitium in defluuio ciliorum docet omnino, an ſint neceſſarij id generis pili. Cognitio enim boni perſpicacior prouenit experientia mali, præſertim vbi iudicium infirmius eſt, quàm vt abſque experientia mali ſcientiam conſequatur, veluti ſcribebat doctus ille Platonicus. D Nonne palpebrarum pili cuſtodiunt ſenſibiliter oculum, veluti manifeſtò docuimus capite proprio, nonne præterea concurrunt ad actionem viſoriam, quapropter multa adeo in iiſdem requiruntur, nimirum quantitas continua determinata, quæ eſt certa longitudo: quantitas diſcreta, numerus mediocris, etſi abhorrent aliqui numeri nomen (ſunt adeo moroſi homines interdū) intelligant mediocritatem neceſſariam eſſe hiſce pilis inter frequentiam, & raritatem

Plotinus. Enn.4.lib.9. cap.7.

Philoſophiæ noſtræ indiuidualis.

tatem nimiam, vtriq; exceſſus cum ſenſibus noceant. Quid certa lex poſitus eorundem, nonne eſt neceſſaria? ſed illa, color, configuratio, inter craſſitiem, & tenuitatem ipſe modus, omnia iſthæc in hiſce pilis requiruntur, alioqui humana oculorum actio videndi exacta non exiſteret: quarum omnium conditionum neceſſitas, damno ſenſibili ita ſuadente coegit inuitos homines, qui (ſi Deo placet) volunt pilos non eſſe partes corporis humani, coegit, inquam, eos inuitos fateri, Naturam conſilio, vt aiunt, ac ex intentione illos condidiſſe, ſcripſeruntq; palpebrarum præcipuè pili videntur nutrimētum, & regimen ferè verum habere: ex quo ſenſibili ratiocinio ſatis conſtare arbitror, an vera ſit propoſitio. *Pili in homine* A *nulli ſunt neceſſarij*. Qui ſatagunt in verboſis litigijs, dicerent propoſitionem eſſe intelligendam de neceſſitate ſimpliciter dicta, non autem de illa, quam nuncupant, melioris. Aliquid enim eſt neceſſarium ad eſſe ſimpliciter, & aliud eſt neceſſarium ad eſſe bene, vel melius. Quorſum hæc? homo tunc eſt homo, quando ei nihil deeſt eorum, quę adeſſe debent, id enim eſt perfectum, ſua autem cuiq; enti perfectio. Oculus humanus, tunc eſt humanus, quando obtinet cilium, & ſupercilium. dimetior ego neceſſitatem cum eſſentia, quę ambo conuertuntur. Objicient, viuit homo abſque ſupercilio, abſque cilio, & videt. Quis negabit. Sed homo ille non viuit, non videt humanè ſecundum ordinem, ac leges ſpeciei à Natura conſtitutas; detruncantur aures, nares, nihilominus audiet, & reſpirauerit, cę B terosq; naſi à nobis relatos vſus habuerit, at non humanè, non humanos, aliquatenus omnia id generis homo, non autem abſolutè. Quid amputetur pes alter ad tibiam mediam (pedis nomine interim genericè vti liceat) ambulabit homo lignei fulcri additamento, cui innitatur genu; ſed & curret velociter: itaque pes & cruris portio eſt neceſſaria neceſſitate melioris, nugæ. quicquid eſt in corpore humano ſecundum naturam, illud eſt neceſſarium ſimpliciter, quia ſi deficiant, vel deficiat aliquod, iam corpus illud eſt non amplius perfectum, & abſolutum, ſed mancum, & imperfectum. Si qui tamen ſunt, qui accipiant id generis doctrinam, lubenter eam illis concedimus, ne hilum moramur; vnum illud monemus deflectere illos ab anima rationali forma corporis humani, & ſeſe conuertere ad inferiora. Quapropter liceat forſan aliquibus dicere etiam formam animam ra C tionalem eſſe neceſſariam neceſſitate melioris, quia etiam cùm abierit corpus, remanet quod habet eſſe ſimpliciter, ſed cùm lapidibus. at conſuetudo, filix, nullo quæ manſueſcit aratro. Hactenus arbitramur indicaſſe propoſitionem illam non eſſe veram quam retulit Scaliger, *Pili in homine nulli neceſſarij*. Sed pro Naturæ patrocinio nonne & vlterius quoque progrediendum eſt? cui omnia debemus. Naturam intelligimus, veluti ſcitiſſimè ſcripſit alibi Scaliger, ordinariam Dei poteſtatem. Pilos aſſerimus nos, vel vt progrediamur tutiùs, rabulæ namq; imminent fortaſſe, pilos, inquam, credimus nos quotquot ſunt in corpore humano, quanticunque, quales exiſtunt, (modo nihil contingat præter naturam) illos eſſe neceſſarios, atque ratione haud contemnenda perſuademur, eaque de D ſumpta à dignitate Naturæ, quæ ſemper quicquid agit, propter finem agit. Abſurdum prorſus dictum eſt; veluti monuit nos Plotinus Aenn. 4. lib. 4. cap. 35. eſſe quidem aliquid in rerum ordine conſtitutum, nihil tamen habere quod poſſit: ipſum namq; Ens tale eſt naturaliter, vt agat aliquid, aut patiatur. Quæ ſententia non ſolùm de Speciebus Entium generatim venit intelligenda, ſed & de partibus, vel ijs omnibus, quæ naturaliter inexiſtunt cuicunq; ſpecifico corpori, iam excrementa, quæ verè ſunt excrementa; nam omnino eijciuntur à corpore humano ſimpliciter; vt excludatur alterum principium ſexuale oppoſitum recipiens,

Concil. diff. 54.

Homo perfectus.

Natura qd autori.

A dignitate Naturæ.

Excremẽtorum duplex genus. Excrem. ſimpliciter. Excrem. ſpecificum.

recipiens, vel recipere aptum iuxta Naturæ leges, loquimur nunc de excrementis verè excrementis, non de excrementis ſpecificis, habent vſum, & officium in corpore quoque, cuius ſunt excrementa, bile à veſiculà iocinoris exeunte ad inteſtina communis phyſicorum conſenſus aſſerit excitari vim illorum expultricẽ ad propellendas fęces, hæc eadem mucorem ſuperfluum detergit eorundem: quapropter vſum habet poſitiuum, vt aiunt, non autem negatiuum, ſeu priuatiuum. Reliquorum excrementorum vſus conſultò prætermittimus. Quid atramentum Sepiæ, & Bonaſi proluuies alui? Sepia eijcit atramentum ad ſeſe occultandum: Bonaſus cùm percuſſus eſt, fugit, niſi defatigatus nunquam conſiſtit, repugnat, calcitrans, & proluuiem alui, vel ad quatuor paſſus proijciens: quo præſidio facilè vtitur, & plerumq; ita adurit, vt pili inſectantium canum abſumãtur. A

Fulminaliũ argumẽtum ab animali.

Sed tunc ea vis eſt in fimo cùm bellua excitatur, & metuit. Nam ſi quieſcit, vel vrere poteſt. Vnde ſi quis dicat deſumi potuiſſe exemplum tormenti bellici, vel fulminaliũ, ſicut rectiſſimè Scaliger vocauit, is nõ ineptè dixerit, & ab hoc Naturæ iudicio inſinuatam nobis fuiſſe illorum organorum bellicorum inuentionem, quàm parcant manes Ludouici Arioſti, non ſatis doctè in ſuo Poemate Orlandi Furioſi dæmoniacam inuentionem aſſeruit. actio eſt dæmoniaca illorum fulminalium, ſi abutamur, quemadmodum & gladij, veruntamen ſi in apoſtatas noſtræ religionis ſpurciſſima monſtra, & hoſtes illius reliquos oppugnandos, expugnandos fulminalibus vtamur minimis, aut vaſtiſſimis, quid hoc armorum genere nobilius, & angelicæ manui proximius? quæ non volui dixiſſe, vt Poetę Ferrarienſis cui plurimum debemus, laudum ſuarum eximio cumulo aliqua ex parte detraheremus, ſed vt opinionem noſtram detegeremus, quam fortaſſis nequam ij homines, qui aduerſaria noſtra, & ad hoc armorum genus exaratam commentatiunculam ſurripuerunt, ſibi tribuere audeant, illa publicata, ſed mangonij fuco aliquo interpolata. Docuimus inibi fulminalia eſſe armorum genus nobiliſſimum; & quo ars militaris maximè viget. rationes plurimæ ſunt ab elemento ignis, à ſpatio ab eo quod eijcitur, ab ictus vi, ab inſidijs, & à reliquis alijs, quæ nunc non ſuccurrunt: inſcripſimus commentatiunculę Fulminalia. Regrediamur in viam. B

Opus Autoris de Phyſiologia fulminalium.

Excrementa verè, excrementa non ſolùm humanæ ſpeciei, ſed & reliquarum obtinent vſum, quod aiunt, poſitiuum, & dicere non audebimus pilos omnes in corpore humano particulas inexiſtentes, non effluentes, certa quantitate longitudinis conformatis in locis certis poſitos (qui certis locis negantur) non audebimus inquam dicere, pilos omnes, quotquot ſunt, quanticunq; quales quales exiſtant, habere vſum, officium, finem, cuius occaſione ſunt neceſſarij: ac iuxta ſuum neceſſitatis gradum, qui ab officio ducitur. & ſi quis in pilo eum neceſſitatis (quantum pertinet ad vſum, vel officium) eum inquam, gradum quærat qui ſit oculo proprius is facit, ne intelligendo vt nihil intelligat. Plotinum virum doctiſſimũ audiat, cuius omni nectare ſuauiorem adhuc ſententiam perpendat, perpenſam teneat memoriter, in qua docet quomodo vniuerſum oportuerit diſpares gradus habere. Legitur Ficino vertente Aennead. 3. lib. 2. cap. 3. Et ſi ego dominus ſum ad hæc, vel illa potius eligenda, in ipſa tamen electione, cùm vniuerſo noſtra ordinantur, quoniam Natura noſtra non eſt aduentitia vniuerſo; ſed in eius ordine numeratus eſt talis quidam, aut talis: At vndenam talis? Duo vtique ſunt, quæ in præſentia requiruntur, quorum alterum quidem eſt: vtrum in effectorem, quicunque ille ſit referre oporteat cauſam, per quam vnuſquiſq; talibus affectus ſit moribus, an in ipſum genitum: an fortè cauſa nulla ſit aſſignanda: quemadmodum neque in generatione plantarum cauſam per quam non ſentiant, deſideramus, C D

Neceſſitas diuerſorum graduum in vniuerſo ex Plotini mente.

mus,

mus,neq; in cæteris animalibus,cur non ita vt homines ſe habeant.Idem namq; id foret,ac ſi quare homines dij non ſint quæramus,nempe cum in his,neque ipſa, neque effectorem iure criminemur, cur nam in hominibus reprehendamus, quod nihil maius humana ſpecies habeat? Fortè naturam culpabit quiſpiam, quod homo poterat excellentius quiddam eſſe. Quod ſi à ſeipſo aliquid inſuper comparante id conſequi poſſe iudicet, accuſare debet hominem, non autorem,ſin autem non à ſeipſo,ſed extrinſecus ab effectore aliquid inſuper additum fuiſſe deſideret,ſtultus erit,qui pluſquàm ſit datum efflagitauerit,perinde ac ſi in cæteris animalibus, plantisq́ue ſupra modum naturæ deſideret. Non enim oportet inquirere minus,quàm illud habeat: ſed nunquid hoc ſatis,quod naturaliter habere expetit,habeat: non enim æqualia eſſe oportuit omnia. Nunquid igitur inæqualis rerum diſtributio facta eſt dimetiente ratione per electionem quandam decernentem non omnia æqualia eſſe debere? Nequaquam verum ſic fieri naturaliter habuit. Pediſſequa enim eſt ratio hæc alterius animæ. Pediſſequa, & anima ipſa mentis. Mens autem non vnum aliquod horum eſt, ſed cuncta: cuncta verò ſunt multa: multa rurſus cum ſint nec eadem,nimirum alia quędam prima, alia verò ſecunda, alia denique tertia dignitate oportuit eſſe. Et cap.5. Procedat prouidentia ab initio ad finem deſuper ſe diffundens: nec ęquali ſecundum numerum portione, ſed ſecundum comparationem quandam proportionis alterum diſtribuit alibi: quemadmodum in vno quodam animali à principio ad extremum ritè connexo membrum quodlibet munus proprium poſſidet, & melius quidem actionem habet præſtantiorem, deterius autem inferiorem ſibi conuenientem · aliud namque pedes agunt, aliud oculi, exemplum fiſtula eiuſque chorda,quod eſt opus intellectus practici, præterea exemplum naturæ, opus eſt in manu cuius digiti ſunt inæquales. Non itaque par gradus neceſſitatis in officio, & vſu pilorum: ac in officio, & vſu cæterarum partium. habeant pili infimũ gradum neceſſitatis officialis,quod & nos non negamus,Pilum namque ſubſtantiam fatemur, quæ ſit in cenſu eorum, quæ pertinent ad conformandum corpus humanum,fatemur,inquam,pilum ſubſtantiam poſtremam,ſeu poſtremi ordinis in cenſu corporis humani,attamen eſt neceſſarius pilus,quia vſum obtinet,& potiſſima omnium neceſſitatum,ſi quæ ſunt aliæ,illa eſt, quæ ab vſu & fine ducitur, officialis iam à nobis nuncupat. Hanc ineſſe pilari ſubſtantiæ ſuadent præterea ſquammas piſcium,plumæ auium,pilorum proportionalia,& demum pili brutales, qui omnino vſum, ac officium habent. Valuerit natura horum animalium ſubſtantijs,quas vulgò dictitant homines excrementitias,officium, ac vſum tribuere,nequiuerit in corpore humano id agere, in corpore humano entiũ omniũ ſublunarium ente conformationis primæ nobiliſſimæ, atque ſupremæ, quia ſit organum animæ rationalis,cuius dignitatem,niſi quis,non dixerimus intelligat, ſed quis niſi attingat,is omnino ad Phæacas ablegandus,vel Antyciram. is commiſeratione,medicina potius quam diſciplina indigeat. Sed plurimi (niſi omnes quotquot ſumus, viuimus ſenſui mancipia, cuius nutu potius quã naturæ dignitate agimur. Occultant porrò vſum,& officium pili cum illius conditio poſtrema,tum ſuprema,ſiue dignior aliorũ vſuum,& officiorum à cęteris ſubſtantijs dimanantium. hæc facile imponit ingenijs humanis perfunctiori philoſophantibus. Vident homines oculi neceſſitatem officialem, non cognoſcunt verò neceſſitatem ciliorum, quia ſenſus non ita percellitur.Sed argumento ab analogia deſumpto colligere debemus cilio quoque vſum, & officium ineſſe. cuiuſmodi argumentum ſi eſt negligendum,phyſica ingenia ſatis nouere. Primam indagauit

Diſparitas eſt neceſſaria in ordine entium.

Similitudo ab Animalibus.

Exemplũ ab artificialib.

uit Ariſtoteles, ac plura docuit. nouerint iuniores à diſparitate neceſſitatis officialis, eaque poſtrema inexiſtente pilis fluxiſſe hunc errorem, vt crederent homines aliqui ſedulò in rerum contemplatione doctiſſimi pilos habere vſum, vel officium nullum in corpore, proinde nec eſſe partes, quas tamen eſſe docuimus abũdè in phyſiologia noſtra pilorum, vnde ſunt hæc obiter à nobis tranſcripta in maximè neceſſarium, & maximè debitum naturæ patrocinium. Sanè mouet nos magis ipſius Naturæ Maieſtas, quàm ſcribentium authoritas, & ſi in veritatis dubia inueſtigatione periclitandum ſit, nunquam ero naturæ deſertor, quia hæc eſt Dei ordinaria poteſtas, in cuius operis, operibus & operationibus prudens, & ſcitum eſt conſilium magis exiſtimare, quid potius nobis latere, & in occulto eſſe, quàm otioſum aliquid, & deſpicabile ab eadem fuiſſe creatum, & conformatum, & ab hac veritatis aſſeueratione nullæ vnquam ſophiſticæ rationes me abduxerint. Parcant amabo docti viri, ſi illis non aſſentior, & ſubſcribo in hac eorum opinione ad pilorum phyſiologiam: nunquam enim renunciabo pietati, vt hominibus faueam, & cùm ſit Deus Naturæ autor, hanc deſerere perinde eſt, ac à Deo deſciſcere, qui mundum nobis poſuit ob oculos velut quoddam ænigma. audiamus, & audientes intelligamus, vbi intellexerimus, nõ obliuiſcamur, quod ait Sapientiſſimus, cap. 1. Eccleſ. Ego Eccleſiaſtes fui Rex Iſrael in Hieruſalem, & propoſui in animo meo quærere, & inueſtigare ſapienter de omnibus, quæ fiunt ſub Sole. Hanc occupationem peſſimam dedit Deus filijs hominum, vt occuparentur in ea. Cap. 3. eiuſdem ita habetur. Cuncta fecit bona (Deus ſcilicet) in tempore ſuo, & mundum tradidit diſputationi eorum, vt non inueniat homo opus, quod operatus eſt Deus ab initio, vſque ad finem. Rurſum in calce cap. 8. eiuſdem lib. Et intellexi, quod omnium operum Dei, nullam poſſit homo inuenire rationem eorum, quæ fiunt ſub Sole, & quanto plus laborauerit ad quærendum, tantò minus inueniet, etiam ſi dixerit ſapiens ſe noſſe, nõ poterit reperire. Et rurſum: cunctas res difficiles non poteſt eas homo explicare ſermone. Valeant modo qui audent conſtanter fateri corpoream philoſophiam (eam vocant anatomẽ vſus dictatoris edicto phyſica ingenia) ſufficienter ſcriptam, & cognitam eſſe, in qua cùm diu memet exercuerim à primis vſque litterarum rudimentis, autores voluerim, fateor ingenuè nihil minus à me cognitum fuiſſe. vt ingenuè prædicem cunctis ænigma hoc humani corporis æquipollere ænigmati mundi ſenſibilis, quorum amborum cognitio nunquam fortaſſis poteſt contingere nobis abſoluta, dum hic à patria illa cæleſti deuijs quandóque itineribus peregrinantes moramur. Alfarabius, etſi ſcripſerit de ordine rerum, vt retulit nobis Auerroes, nunquam credo expreſſit ille ordinem huius mundi ſenſibilis, veluti enim plus eſt quandoque in ſenſu, quàm in ſermone, vt Phauorinus ille dixit apud Aulum Gellium, ita nos dicere ſolemus plus eſſe in mẽte, quàm in ratiocinio. Audiamus Plotinum lib. 5. Aennead. 5. cap. 6. vbi docet principium rerum, quia non habeat cum intellectu proportionem, ſupereminere genus intelligibile, attingimus, quando non vt lubet, ſaltem vt licet, attingimus inquam opera Dei, non aſſequimur. Quapropter humanæ ſapientiæ pars eſt, vt ille ait, quædam æquo animo neſcire velle, hoc autem ita mihi perſuaſi, & in animum induxi meum, vt ſtultiſſimis ſtultiores adhuc homines exiſtimem eſſe illos, qui non cognouerũt aliquid eſſe nobis occultum, & inueſtigabile non dixerim in mundo ſenſibili vniuerſo, ſed & in corpore noſtro humano illius, vt aiunt, imagine, vel ſimulacro. ij namq; neſciunt ſe neſcire, quæ eſt peſſima, & execrabilis ignorãtia, & in horum fortaſſe occultorum cenſu, vel difficulter niſi ambiguè cognitorum pili exiſtunt, nec mirum,

Natura quid.

Ingenuitas Autoris, & modeſtia.

Anatomes quid ſit?

Corpus humanũ æquipollet Mundo ſenſibili in cognitione.

Alfarabius ſcripſit lib. de ordine rerum.

Sapiẽtia humana quę.

Ignorantia peſſima.

A B C D

rum, cum analogia quadam reſpondere videantur minimis beſtiolis, & animalculis mundi huiuſce ſenſibilis, in quibus licet abiectiſſimis artificioſa eſt, atq; ſtupenda varietas, & ars miranda veluti cenſuit magnus ille Platonicus, nequaquã ob exiguitatem Naturæ prouidentia deſtitutis legas Plinium, lib. 11. cap. 2. Adeſt quoque alia cauſa monens hominum ingenia eorum præſertim, qui addicti ſunt iurare in verba magiſtri, mouens inquam illorum ingenia ad credendum pilis nullum ineſſe vſum præter iam dictas à nobis, quæ inhæret, vel ducitur à principio vno Galeni, quod vt ego ſentio, licet verum exiſtat, non eſt attamen vt dici ſolet, ſufficiens. & hoc principium indicatum declarabimus altero libro, nam ad A plenìorem cognitionem opinionis noſtræ plurima requiruntur, ſed hactenus ad examinationem primæ propoſitionis Scaligeri dictum eſto. *Lib. de vſu partium.*

AD ALTERAM PROPOSITIONEM SCALIGERI Exercitatio.

Altera propoſitio ſequitur, hæc verò talis eſt.

Pili quos in ſuperiori labro Muſtaces Græci vocant, adeò ſunt inutiles, vt etiam impediant vſum vitæ.

B In qua propoſitione non poſſum non dolere, & ingemiſcens humani generis miſeriam in errores adeo proni. Si ruunt viri ſapientiſſimi, & prudentiſſimi, an ipſi ſtabimus? monet nos aliorum ruina nos quoque ruituros, propterea, & ſcribentes, & agentes æquitate potiùs quàm rigiditate aliorũ excipiamus opiniones vel opera. nam erit neceſſitudo officij, concedent alij, ſi prior tu ipſe alij conceſſeris. Criminoſa eſt huiuſmodi propoſitio in ipſam Naturam. Et ſi eam fateatur aliquis, teneat is quoque neceſſe eſt. Malum eſſe quid poſitiuum, namque pili muſtacei ſunt, ac ij neceſſitatem nullam habent vſus, creſcunt nempe vt tondeantur, præterea impediunt veluti ait ipſe, vſum vitæ. Sed accingamus nos ad huiuſmodi calumniam pro viribus diluendam, & penitus refutandam. Si pili mu- C ſtacei vitæ vſum impediũt, omnino id agant ratione poſitus, & ſuæ corporeitatis. Hi modo ſupernum cutaneum labrum obſidentes, & veſtientes os atque naſi foramina interiacent. faceſſerent itaque negocium quando vſum vitæ impediunt, vel naſo, vel ori, quod eſt dictu labijs ipſis, veluti innuimus cap. proprio, vbi doctrinam oris, & labiorum tradidimus. Nunc agentes cauſam Scaligeri interpretemur diuinantes eius mentem, atque rationes, quibus fortaſſe perſuaſus fuerit credere à pilis Muſtaceis impediri vſum vitæ. Obſeruauit Scaliger horum pilorum incrementa, poſitum, qui deorſum vergentes, ac longiſſimè producti, frequẽtia adhuc illa ſua quandam veluti ſepem repreſentantes, occludant ingreſſum, & egreſſum eorum, quorum gratia conformauit Natura labrum vtrumque: Officia porrò labiorum, veluti docuimus, exiſtunt, comeſtio ſiue alimẽti ſolidi aſſum- D ptio, eiuſdem alimenti, ſed liquidi potatio, expuitio, loquutio, ac interdum reſpiratio, quibus officijs exercendis non poſſunt eſſe prompta, & parata labia ipſa, obuallata iam pilis Muſtaceis propendentibus longioribus, veluti docẽt Senſus. Nam etſi manuum opera ſummouere conemur Muſtaceos pilos dum comedere lubet, ij tamen deſcẽdunt, & vnà cum cibis os introeuntes manduntur dentibus, quorum fruſtula portionesve cogamur, aut expuere, aut deuorare interdum imprudentes. Adhæc ſi bibamus, hi ijdem pili humori innatant, cuius aſpergine,

Documẽtũ.

Quæ videntur comprobare opinionem Iul. C. Scaligeri.

Damna quę cõtingere videntur ex pilis Muſtaceis.

Officia, vel vſus labiorum.

ſeu rore humecti guttatim ſtillant deorſum in menti barbam, & veſtes, quod eſt viſu fœdiſſimum, quapropter detergemur. *Noxa in expuitione.* In expuitione tantundem euenit, ſiquidem illud, quod eijcitur, eoſdem aſpergit, humectat: cedente id generis ſpectaculo in odium non aſpernandum adſpectus. *Noxa in loquutione.* Loquutionem interturbari non ita in promptu eſt cuique cognouiſſe, norunt duntaxat qui valent auditu in minimis differentijs vocum diſtinguendis. *Noxa alia proponitur.* An grauitate ſua hi ijdem pili muſtacei noceant labro ſuperno conſiderandum proponimus; quaſi ineptum illud reddant ad motum faciliorem; & niſi hiſce nominibus pili muſtacei vitæ vſum impediāt nobis videre haudquaquam datum eſt qua alia ratione infeſti, & noxij eſſe poſſint.

Reſpon. At huiuſmodi querela, & in operibus naturæ pilis cauillatio ne minimum A
diſtat quidem, ſed analogia quadam reſpondet cauillationi Plinianæ lib. 7. ſuæ Nat. Hiſt. ad procemium enunciatæ, quæ talis eſt. *Cauillatio Plinij erga Naturam.* Mundus, & in eo terræ, gentes, maria, inſulæ, inſignes vrbes ad hunc modum ſe habent. Animantium in eodem natura, nullius prope partis contemplatione memor eſt, ſiquidem omnia exequi humanus animus queat. Principium iure tribuetur homini, cuius cauſa videtur cuncta alia genuiſſe Natura, magna & ſæua mercede contra tanta ſua munera: vt non ſit ſatis eſtimare, parens melior homini, an triſtior natura fuerit. Ante omnia vnum animantium cunctorum alienis velat opibus: cæteris varia tegumenta tribuit, teſtas, cortices, coria, ſpinas, villos, ſetas, pilos, plumam, pennas, ſquammas, vellera. Truncos etiam arboreſque cortice, interdum gemino, à fri- B
goribus, & calore tutata eſt. Hominem tantum nudum, & in nuda humo, natali die abijcit ad vagitus ſtatim, & ploratum, nullumque tot animalium aliud ad lachrymas, & has protinus vitæ principio. At herculè riſus præcox ille, & celerrimus, ante quadrageſimum diem nulli datur. Ab hoc lucis rudimento, quæ ne feras quidem inter nos genitas, vincula expediunt, & omnium membrorum nexus: itaque fęliciter natus iacet, manibus pedibuſque deuinctis, flens animal cęteris imperaturum, & a ſupplicijs vitàm auſpicatur, vnam tantùm ob culpam, quia natum eſt. Heu dementiam ab ijs initijs exiſtimantium ad ſuperbiam ſe genitos. Prima roboris ſpes, primumque temporis munus quadrupedi ſimile facit. Quando homini inceſſus? quando vox? quando firmum cibis os? quamdiu palpitans vertex ſummæ inter cuncta animalia imbecillitatis inditium? iam mor C
bi, totque medicinæ contra mala excogitatæ, & hæ quoque ſubinde nouitatibus victæ. Cætera ſentire naturam ſuam, alia pernicitatem vſurpare, alia propter volatus, alia vires, alia nare: hominem ſcire nihil ſine doctrina, non fari, non ingredi, non veſci, breuiterque non aliud naturæ ſponte quàm flere. Itaque multi extitere, qui non naſci optimum cenſerent, aut quam ocyſſimè aboleri. Vni animātium luctus eſt datus, vni luxuria, & quidem innumerabilibus modis, ac per ſingula membra: vni ambitio, vni auaritia, vni immenſa viuendi cupido, vni ſuperſtitio, vni ſepultùræ curá, atque etiam poſt ſe de futuro. Nulli vita fragilior, nulli rerum omnium libido maior, nulli pauor confuſior, nulli rabies acrior. Denique cætera animantia in ſuo genere probè degunt: congregari videmus, & ſtari con- D
tra diſſimilia: Leonum feritas inter ſe non dimicat, ſerpentum morſus non petit ſerpentes: ne maris quidem belluæ, ac piſces niſi in diuerſa genera ſæuiunt. At herculè homini plurima ex homine ſunt mala. quæ ſanè lamentatio & querela, vt ſit irrationalis, importuna, longiſſimo tamen interuallo diſtet à criminatione Scaligeri aduerſus naturam ipſam. Etenim Plinius deplorat hominis conditionem imperfectiſſimam argumentis à corpore, & ab anima deſumptis. quæ à corpore (vt interim omittamus ea quæ ad animum pertinent, non eſt enim huius

negocij

negocij hanc rem definire) quæ à corpore inquam ducuntur. illa reſpiciunt non ſolùm corporis maturitatem, corpus vt corpus eſt, ſed vt eſt animæ organum, prętérea & corpus, vt qualitatibus elementorum eſt obnoxium, vel vt reſpicit principia huius mundi ſenſibilis, quæ oſtendunt aliunde paratas corpori noxas, & eius promptitudinem ad patiendum, non aut aliquid connaſci damnoſum iniurium corpori, velut ait Scaliger Pilos muſtaceos impedientes vſum vitæ multiplicem. Sed & damnanda eſt opinio Scaligeri, quia ſolos pilos muſtaceos vſibus vitæ noxios dixerit, cùm & iuxta eius ratiocinationis principia (modo vera ſit interpretatio quam attulimus ad ipſius opinionem declarandam) ſint alij pili nocentiores, & hi ne longum faciamus, capitis exiſtunt, quæ cæſaries dicitur. Namque huiuſmodi pili cum cæteris pilis comparati longiſſimi omnium excreſcunt, ſenſu aſſertore, ac Ariſtotele docente, veluti qui ſcripſerit lib.3. de hiſt. anim. cap. 11. Creſcunt pili plus minuſvè, prout ſingulorum ratio expoſtulat, maximè in capite, mox in barba: cùm inquam, pili cæſariei excreſcant longiſſimi hac ſua quantitate, & frequentia non ſolùm oneroſi ſunt, verum etiam, & duos omnium ſenſuum principes laceſſunt oculos, aures, atq; eorundem actiones præſtantiſſimas animæ humanæ veluti manus, ita impediunt. Non eſt hæc noſtra oratio in Scaligerum calumnia, & illa ambitioſè affectata, inſtituta: non ij ſumus qui gloriolam vulgi emendicemus, & ex aliorum erroribus illam venemur, quod fortaſſe nonnulli malignè interpretantes vitio nobis vertere ſatagant iniquo iudicio. Legimus & intelligimus, & intellectum ſemper illud Plotini præceptū ſeruabimus, quod legitur lib.9. Aennead.2. cap.7. Eſt autem hoc: Hæc vtique à Platone tractata, ſiquidem ita perſpicuè dicant, rectè faciant, quibus volentibus diſſentire nulla inuidia diſcentium, nefas eſſe cauillationibus conuicijſque in Græcos ſua dogmata audientibus confirmare: quinimò demonſtrandum eſt ſua rectè ſe habere, quotcunque præter illorum opinionem propria inuenerunt, diſſerendumq; benignè, integritateque philoſophica ipſas eorum opiniones adducere decet: & in quibus aduerſantur iuſtè ſpectare verum: nec vllo modo popularem approbationem aucupari viros illos vituperando, qui à viris non mediocribus iam multis ſunt ſeculis comprobati: quod præceptum cognouit Auerroes, & cognitum exercuit in lib. deſtruct. Algazelis, veluti conſtat legentibus, interim adducemus in gratiam iuniorum, quę leguntur in comm. eiuſdem ad c.7. lib.2. de part. anim. Qui via progreditur altercatiua amore victoriæ, vel vigoroſitatis, ad hoc vt de ipſo mentio fiat poſtea, videlicet quod ipſe fuit argumētatus contra antiquos, nulla inquam habebitur vtilitas ex eius verbis, immo confuſio, & dubitatio, eritque remotiſſimus ab humana opinione. Scripſimus nos via perfectiua, vt interim vtamur verbis Auerroiſticis ab interprete nobis datis, non altercatiua. Conamur indicare opera Naturæ eſſe abſolutiſſima, & omnino ſuperare captum intellectus humani, veluti artificium eiuſdem in conformandis minimis etiam beſtiolis muſcilionibus: exempli gratia ſuperat aciem ſenſus noſtri. Scribit Scaliger pilos muſtaceos impedire vſus vitæ, interpretati ſumus eius mentem, iuniorum gratia, damnaturi hanc opinionem addidimus non ſolos hoſce pilos iuxta principia adducta eſſe noxios, quod ipſe dixerat, ſed alios quoque, & eſſe cæſariem, quę longitudine frequētia impediat nobiliſſimas actiones duorum ſenſuum oculi, auris, nobis à benigna natura datorum, atqui in gratiam cum corporis tum animi, illius conſeruandi, cuſtodiendi, huius verò promouendi, quam noxam intelligentes ætatum ſuperiorum homines, cæſariei inquio noxam longiſſimè promotæ impedire poſſe oculos, aures, natura dictante capillos diſcriminabantur ad ſu

Excuſatio authoris.

A B C D (marginal section letters)

turam ſagittalem, qui mos erat Nazareorum, atque inſtitutum Chriſti Seruatoris noſtri temporibus, atque illum eiuſmodi cæſariei nobis pictores repræſentare ſolent. Horum autem capillorum diuiſio, & diſcrimen auertebat eoſdem opportune, tùm ab oculis, tùm ab auribus: retrò enim conuertebantur. Sed an imprudentia, inſcitia, impotentia condemnare propterea audeamus Naturam, quæ pilos id generis cæſariei, muſtaceorum adeò longiſſimè promouerit, vt noxam quandam importare hæc illorum prolixitas corpori videatur? minimè omnium, namque diuinam illius prudentiam, ſcientiam, poteſtatem ex noſtro modulo intelligendi, vel cognoſcendi non licet dimetiri, & ſi quis dimetiatur, is oppidò ſtultiſſimus mortalium omnium iure cenſeatur. Eccum ab analogia argumentum Plotini documento innixum: nulla in re decet in viros diuinos cauillari, ſed antiquorum myſteria benignè interpretari, quod ſi eſt rationi congruum, profectò magis exiſtat congruum hoc præceptum: Nulla in re decet in ſapientiſſimum, diuinam, prudentiſſimam Naturam cauillari, quæ Dei eſt ordinaria poteſtas, noſtramque potius decet, vel conditionem deplorare (dummodo liceat) vel accuſare inertiam ignauiam: ſi inepta eſt ac inhabilis ad eius abdita perſcrutanda, & inueſtiganda conſilia, vel ſi interdum veterno conſopiti occupamur, deſes eſt mens noſtra ad illa contemplanda in cuius elogium ſcitiſſimum nectare quouis dulciora, ſuauiora exiſtunt illa Pliniana dicta: In contemplatione Naturæ nihil poteſt videri ſuperuacuum, quod eſt in calce ſecundi cap. lib. 11. & mox legitur ſeq. cap. Nam mihi contuenti perſuaſit rerum natura nihil incredibile exiſtimare de ea, & lib. 37. cap. 4. ait, vbi loquitur de adamante, referens cognitionem diſcordiæ concordiæque rerum, quam antipathiam, & ſympathiam appellauere Græci, à numinibus pendere, alioqui mortalibus occultam, veluti quam ſcandere nequeat humanum ingenium ſenſu miniſtro deficiente, neque attingente principia: Ait porrò Plinius. Numinum profectò muneris talis inuentio omnis eſt. Nec quærenda in vlla parte Naturæ ratio, ſed uoluntas. Hoc vnum illud fuit, quod me adegit, pellexit, inuitauit ad accidentium omnium corpori extrinſecorum, quas affectiones Gaza vertit in Ariſtotele contextu orationis cauſas inueſtigandas, efficientem, finalem, quatenus hæc eadem accidentia, vel affectiones inſeruiunt corpori, non autem quatenus ad animum referuntur, quam philoſophiam ij qui phyſiognomonici dicti ſunt à diuinatione ſibi propoſuerunt. Hanc philoſophiam indiuidualem nuncupauimus, quòd verſetur in ipſorum indiuiduorum proprietatibus cognoſcendis, quas eſſe vt ſors ſubit nulloque conſilio, & fine ſibi propoſito datas fuiſſe à Natura ſpeciei humanæ hactenus phyſicorum ferè conſenſus vniuerſus dixit, aſſeuerauit, ſed ratione nulla, ignoratione peſſima, quod homines aſſerentes non cognoſcunt ſe impietatis execrando crimine iure condemnari. nam diuinæ prouidentiæ Deſertores ab eius ineffabili ſapientia turpiter apoſtitant. Sed hæc pertinent ad alterum librum operis iam inſtituti. Nunc proſequamur, & querelę Plinianæ reſpondentes ex parte præceptores audiamus. nam ex illorum docto reſponſo ſatis vnuſquiſque valeat intelligere, quomodo ſatisfaciendum ſit calumniæ Scaligeri erga Naturæ maieſtatem pronunciatæ, quam ille verò princeps locis pluribus multiplici encomio doctè prędicauit, extulit. Qui hominem non bene, ſed deterrimè omnium animalium conſtare aiunt, nudum enim, atque inermen creatum referunt, non rectè ij ſentiunt. Cætera enim animalia vnum auxilium habet, idque nullo pacto poſſunt permutare, ſed quaſi calceata ſemper dormire, ac omnia agere, nec veſtitum vnquam deponere pleniorem, neque arma mutare, quæ ſemel acceperint. At homini multa habere auxilia

Naturæ elogium.

Ariſt. lib. 4. de Part. Anim. cap. 10.

auxilia licet, eaque ſubinde mutare. Arma etiam quæ velit, & vbi velit capere poteſt. Manus enim & vnguis eſt,& vngula,& cornu,& haſta, & enſis, & quoduis aliud genus armorum,aut inſtrumentorum. quippe omnia hæc ſit, quoniam omnia, & ſumere poteſt, & tenere cui manus, natura forma etiam adhibita eſt congrua, diuiſa enim, & multifida eſt: nam in eius diuiſione componendi facultas eſt, in compoſitione vis diuidendi eſſe non poſſet, vt ſi etiam eadem modo ſimplici,modo duplici,& omnino multifariam liceat. quæ ſanè doctiſſima ſentẽtia manu ducit intellectum noſtrum ad intelligendum abditiſſimum naturæ myſterium in hominis nuditate intelligenda, quæ ſanè habet cauſam finalem non A ſimplicem, nam ſalutaris exiſtit, & opportuna cum ad conſeruationem, tum ad cuſtodiam, Nuditas quaſi Penea, & Ratio quaſi Porus, hæc affluentia illa indigentia parentes fuerunt quorumcunq; humanæ naturæ commodorum. hinc vis illa intellectus practici dimanauit qua ſecundum partem aliquam Deo ſimiles euadimus artium genitores, quemadmodum ille ſpecierum exiſtit creator, cui analogiæ damus dictum illud Platonicum,homo eſt Dei ludus, quam tamen propoſitionem aliter,& ſubtiliſſimè explicauit non ætatis noſtræ ſolummodo, ſed & ſæculorum omnium honos eximius Iacobus Mazonius Ceſenas vir patritij ordinis ſcientiarum hæros, cui non ſecus, ac Platoni, & Ariſtoteli alteri vniuerſa poſteritas debeat; ſanè homo beneficio,ope lumine practici intellectus artes adin- B uenit humano corpori non ſolum,at dominatui etiam quem dedit illi creator ſuper omnem animam viuentem perneceſſarias, & qui damnant nuditatem humanam, damnant reconditiſſimum omnium naturæ myſteriorum in ſpecie humana cõformanda,augenda,ornanda,imperfectiſſimus animalium omnium homo naſcitur,& abſolutus periculosè viuit,niſi intellectus opera adiutus, vt intelligat cultum intellectus cæteris anteferendum,cuius ope eſt,quicquid eſt,& conſeruatur.Hinc ſocietatis ius illud ſanctiſſimum profluxit cùm nihil homo habeat, quod alteri homini non debeat,nihil obtineant omnes, cuius vim, & facultatem non acciperent à Deo Optimo Maximo, vnde pietatis, ac religionis totius ratio dimanauit, quod vnum eſt homini proprium, & ſingulare. indigentiam promo- C uiſſe intellectum practicum ad inueniendas artes, & exercendas Poeta diuinus Itali nominis decus hiſce carminibus cecinit:

Homo quomodo ſimiles Deo euadat.

Artium inuentio.

Religionis Pietatis origo.

—— Pater ipſe colendi
Haud facilem eſſe viam voluit, primusq́; per artem
Mouit agros,curis acuens mortalia corda
Nec torpere graui paſſus ſua regna veterno.
Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni,
Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quærebant, ipſaq́; tellus
Omnia liberius,nullo poſcente, ferebat
Ille malum virus ſerpentibus addidit atris,
D *Prædariq́; lupos iuſſit, pontumq́; moueri,*
Mellaq́; decuſſit folijs, ignemq́; remouit
Et paſſim riuis currentia vina repreſſit,
Vt varias vſus meditando extunderet artes
Paulatim,& ſulcis frumenti quæreret herbam
Et ſilicis venis abſtruſum excuderet ignem:
Tunc alnos primum fluuij ſenſere cauatas:
Nauita tum ſtellis numeros,& nomina fecit

Pleiadas,

Pleiadas, Hyadas, claramq́ Lycaonis Arcton
Tum laqueis captare feras, & fallere viſco
Inuentum, & magnos canibus circumdare ſaltus:
Atque alius latum funda iam verberat amnem
Alta petens, pelagoq́ alius trahit humida lina,
Tum ferri rigor, atque argutæ lamina ſerræ,
Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum.
Tum variæ venêre artes. labor omnia vicit
Improbus; & duris vrgens in rebus egeſtas.

Intellectus humanus qui eſt omnia facere, & omnia fieri, qui & Porus veluti dictum eſt Peniæ, ſcilicet indigentiæ humanæ copulatus cuncta genuit, quæ maximè commoda, & opportuna ſpeciei forent humanæ, eiuſdem arbitrio libero iam obnoxia in hominis nuditate, & ad omnia natura ancipiti relucent quaſi in ſpeculo totius intellectus facultatem quis non perſpiciat? hanc nuditatis humanæ querelam exploſit quoque Galenus ab Ariſtotele ſententiam mutuatus, cùm ſcripſit cap. 2. lib. 1. de vſu part. omnibus aptum eſt corpus animę moribus, atque facultatibus: Equo quidem fortibus vngulis, & iuba eſt ornatum inſtructumq; (etenim velox, & ſuperbum, & generoſum eſt animal) leoni autem vtpote animoſo, & feroci, dentibus, & vnguibus validum. Ita autem, & tauro, & Apro: illi enim cornua, huic autem exerti dentes arma ſunt innata. Ceruo autem, & lepori (timida enim ſunt animalia) velox quidem eſt corpus, ſed nudum omnino, & inerme. Timidis enim opinor, velocitas quidem: arma verò audacibus conueniebant. Neque igitur timidum animal aliquod armauit Natura, neq; audax quodpiam nudum deſtituit. Homini autem (ſapiens enim eſt hoc animal, & ſolum eorum quæ ſunt in terra, diuinum) pro omnibus ſimul defenſorijs armis manus dedit, inſtrumentum ad omnes quidem artes neceſſarium: Paci verò non minus quàm bello idoneum. Non igitur indiguit cornu ſibi innato, cùm meliora cornibus arma manibus, quandocunque volet, poſſit accipere. Etenim enſis, & haſta maiora ſunt arma, & ad incidendum promptiora quàm cornua. Sed neque indiguit vngula, nam lapis, & lignum quauis vngula quaſſant violentius. Hominum verò arma eminus iuxta, ac animus agunt: telum quidem, ac ſagitta magis quàm cornua: lignum autem, & lapis magis quàm vngula. Sed velocior eſt homine leo, quid hoc tandem eſt? Homo ſanè equum domuit ſapientia, & manibus, velocius Leone animal: quo vtens, & ſubterfugit, & proſequitur Leonem, & ſedens ex alto humilem illum percutit. Non igitur eſt nudus, neque inermis, neque vulnerari facilis, neq; calceamentorum expers homo: ſed ipſi eſt thorax ferreus, quandocunque libet omnibus corijs difficilius ſauciatu organum. Eſt autem & multiplex calceamentorum ſpecies, eſt & armorum, eſt & operimentorum. Non igitur thorax ſolummodò, ſed & domus, & murus, & turris ſunt hominum operimenta. Si autem innatum eſſet ei cornu in manibus, vel aliquid tale aliud armorum defenſoriorum, non vtique poſſet vti manibus ad domus conſtruendas, vel muri, vel haſtæ, vel thoracis, vel alicuius alterius ſimilis. Iiſdem manibus homo veſtem texuit, & rete contexuit, & naſſam, & ſagenam, & velum. Quare non ſolum his, quæ in terra ſunt animalibus, ſed eis etiam quæ in mari, & aere, dominatur. Talia quidem homini ad fortitudinem arma ſunt manus. Attamen pacificum, & politicum animal homo manibus, & leges ſcripſit, & aras, & ſimulachra Dijs erexit, & nauem, fiſtulam, lyram, ſcalpellum, forcipem, & alia vniuerſa artium inſtrumenta conſtruxit, & commentarios etiam ſpeculationis

Galeni ſententia.

A B C D

corum

eorum ſcriptos reliquit, ſolique liceat litterarum, & manuum beneficio etiam nunc colloqui cùm Platone, cum Ariſtotele, cum Hippocrate, & alijs veteribus. Et alibi Galenus vires humanas cõſiderãs illas in intellectu poſitas eſſe ſcripſit, nam lib. 11. de vſu part. cap. 9. dicebat, Natura certò ſciebat cùm hominem effingere ſe animal manſuetum, ac ciuile conformare, cui robur, ac vires eſſent ex ſapientia, non ex corporis fortitudine. Et cap. 2. Non enim in morſu fortitudo hominis conſiſtit, ac vires, neque eo cætera animantia domat, ſed quemadmodum iam inde ab initio oſtendimus ratione, ac manibus: quod lepidiſſimè cecinit Poeta Lyricus dicens Ode. 4. lib. 3. carminum.

A *Vis conſili expers mole ruit ſua:*
Vim temperatam Dij quoque prouehunt
In maius:

Summa ſummarum præceptor ſcripſit Ariſtoteles primo Polytic. cap. 2. Homo arma tenet per innatam prudentiam, atque uirtutem: ſumma ſummarum homo quia excellit forma anima rationali cũctorum entium ſubordinatam ſeriem ſenſibilium, ille idem dotibus omnibus, ornamentis, utilitatibus ineffabili quodam diuino magiſterio ſuperat entia omnia iam dicta: quapropter munitus homo ſatis eſt contra actiuarum qualitatum vires, iuxta anni recurrentis ſingulas horas: nulli cedens animalium, ac eorundem omnium domitor, atque dominus exiſtẽs. *Arma hominis ſunt Ratio, & Prudentia.*

B Quibus ita conſtitutis apparet luce meridiana clarius conuelli penitus declamatoriam potiùs, quàm Phyſicam querelam ad nuditatem, & imbecillitatem humani generis propoſitam à nobis, vt ex illius confutatione deſumere nobis liceret argumentum euidentiſſimum ad erroneam opinionem confutandam, quę innititur prolixitati pilorum Muſtaceorum, quos inutiles Scaliger dixit, quin immo, ſi Deo placet, etiam vſum vitæ impedientes. Natura ſapientiſſima voluit harum particularum (ſi modo licet per factiones hominum pilos tales appellare) modum, & quantitatem arbitrio noſtro, ac voluntati eſſe obnoxias, in vberiorem commodorum amplitudinem exinde humano generi propterea contingentium; de quibus alibi à nobis dicetur, ſi otium fuerit, & alia ſuadent: modo aliqua ſubiungemus. *Reſponſio Autoris ad opinionem Scaligeri.*

C Primò comitem vocauit intellectum humanum in ſuæ fabricæ cuſtodiam, atque ſeruitium, hac neceſſitate eius promouens ſtudium, quàm ſententiam protulit ipſe Scaliger, cùm de ſtringendis vitibus loqueretur. Dicit enim lib. 2. operis iam citati: Stringuntur vites, propterea quod obſunt frondes. Quo in rerum genere mihi quidem videtur Naturæ conſilium multo callidiſſimum: quæ vltrò auxerit hominis ſtudium, non tam neglecta, quã relicta parte operis ei, cui theſaurum appararat. Præterea nónnè in ipſius Naturæ prudentis, atq; induſtriæ arcanam declarandam maieſtatem ſcripſit ferè conſimilem, niſi eandem, Ariſtotelicę doctrinæ ſententiam huiuſmodi. Quibus animalibus verò non fabricauit munitiones ijs artem dedit, qua ſibi iam fabricata compararent, vt carcinadi. Vacuas enim indigenis conchas, & quærit, & inuenit, & ſubit, & ſubinde mutat:

D ſi ita ei facta ſit acceſſio corporis, vt prioribus ædibus capi nequeat. Catus & inquilinus, & œconomicus magiſtra Natura. Ex quibus verbis vnicuique ingenuè philoſophanti Scaligerum in cenſura pilorum memoria potiùs quàm ingenio lapſum fuiſſe cõſtat. Cum. n. Naturæ conſiliũ in Vegetalibus, & opus quod ſecus noxium videbatur, ſit interpretatus benignè, & ſumma cũ laude archytectatricis naturæ: præterea, & in carcinade arcanum Naturæ myſterium docuiſſet, negligentia eodem animali repræſentante quantum pertinet ad cuſtodiam, & conſeruationem; cur hoc idem non egiſſet in pilis Muſtaceis, modo propriæ iam à ſe *Aequanimitas authoris ergo Scaligerum.*

enunciatæ

enunciatæ doctrinæ meminiſſet. Hoc autem quicquid eſt erroris, modò error exiſtat, huius herois, detur infinitis eius alijs meritis in opera ſtudiorum veritatis, ac tali viri doctrinę incomparabilis, ingenuitatis auguſtæ, quantum gratię habendum eſt ob diligentiam, atque ſedulitatem, tantum nobis retinere libertatis licuerit ad iudicandum ob veritatem.

EXERCITATIONIS APPENDIX ad iam dictis opinionis priorem propoſitionem.

AVCTARIVM eſt ad primam opinionis Scaligerianę propoſitionem negatiuam. *Pili in homine nulli ſunt neceſſarÿ:* hoc argumentum, at difficile, quia deſumitur à re difficili, quam etſi ſenſus, attamen leuiter attingit: pilum nempe differre ſexualiter, iuxta principia, & principiorum formas, à quibus fluit. Quapropter indicium eſt, & ad veſtigãda principia, licet non ſimpliciter, quod ſeparatim intelligere oportet, nam coniunctim valet cum ijs, quæ ſunt alterius generis. Hanc philoſophiam vidit Ariſtoteles, ſecutus eſt Galenus. Differt pilus maſculinus à pilo fœminino. Legitote, auditote quid ſcripſerit Ariſtoteles vertente Gaza in lib. 4. calce ad hiſt. anim. vbi diſtinctiones, ac notas dat ſexuũ, vel ſexus. Partes ſuperiores prioreſque in quocunque animalium genere maribus ſunt potiores, validiores, & aptiores. Quæ autem dici poſſunt inferiores poſterioreſque eas fœminæ habent robuſtiores, tùm in hominibus, tùm in cæteris animalibus omnibus, quæ pedeſtria ſunt, atque animal generant. Quod tamen omnino dixerim, fęmina etiam eneruior, atque infirmior eſt. Pilum etiam habet tenuiorem, quàm mas, aut quod vice pili ad proportionem haberi Natura ſtatuerat. Ecce Gaza vertit pilos maſculinos eſſe craſſiores; contrà verò *pilos fœmineos* eſſe tenuiores vbi comparentur ſexualiter, ac verum eſſe cognoſcimus phyſicè, ſecũdum ſcilicet maiorem partem, ſi obſeruamus, & hac occaſione ſolemus intentiſſimo mentis oculo cuncta rimari: nihil negligere oportet in rerum natura, niſi is negligentiam flocciſaciat; ſiquidem negligetur, & ipſe. Quæ magni auctores dixere, penſitanda ſunt, non tempore, at viribus ingenij, hoc niſi ſit uelox ad percipiendum, quod conſequitur, non habet naturam liberalem. Ecce colligo ego hinc argumentum non aſpernandum ad aſſeuerandam opinionem noſtram, pilum barbalem inſeruire vni ex facultatibus animę; ſiquis intelligere valet; atque cognoſcere, is omnino viget ingenio. Teneamus viam, quam ingreſſi ſumus, Pilus deſeruit indicandis principijs, & non erit pars, cùm partis habeat caracteriſticas notas alias? nec ſophiſtæ mihi obſtrepere audeant, quicquid valet ad indicandum principia per nos erit pars corporis. Audiatis Ariſt. in Poetica, & ca. 6. ad finẽ. Doctrina eſt negatiua per interpretem doctiſſ. Alex. Paccium Florentinum, nihil degenerantem à ſagaci prouidentia patriæ Florentinorum, Nã hæc Gens valet, viget ingenio, vſque ad miraculum. Quod enim additum, vel ſubtractum totum non immutare uidetur, nulla quoque eius erit pars. Obſcuriſſima eſt mea oratio, at indigito, non doceo. Propoſitionem unam intelligere non eſt cuiuſuis ingenij: plures fuerint Phyſici, qui ſibi arrogent cognouiſſe, quod indicauimus, at nonnulli fallentur. Totum eſt cognoſcendum, materia eſt intelligenda. Sed nimis fortaſsè vrget hoc argumentum à pilo ſexuali, at duntaxat doctos, nam & illi nos, ac illis nos profitemur nũc ſcribere. Qui non valet aſſequi veritatem

Pilus eſt index ſexuũ.

Documẽtũ.

Pars quid ſit docetur negatiuè.

A B C D

veritatem huiuſce ſententiæ pilos diſtingui ſexualiter, is omnino non credit quæ recitauit Iuuenalis de Montano Satyra 4. vbi ait.

Vicit digna viro ſententia, nouerat ille
Luxuriam imperij veterem, noctesq; Neronis
Iam medias, aliamq; famem, cum pulmo Falerno
Arderet; nulli maior fuit vſus edendi
Tempeſtate mea, Circeis nata forent, an
Lucrinum ad ſaxum Rutupinóue edita fundo
Oſtrea callebat primo deprendere morſu
A *Et ſemel adſpecti litus dicebat Echini.*

Qui negat Montano contingere potuiſſe tantam peritiam, ij omnino ſunt rerum imperiti: nonne fit peritia ex vario multiplici vſu ſpecierum, ac ætatum; dicant mihi, quotuſcunque eſt, vel Phæacum ſub aere natus, qui primo aſpectu non cognoſcat hominis ętatem, cuius tamen argumenta neſcit vir ſapiens adducere dicet ſutor, cerdo, & gigantum fraterculus, ex fæce vrbis homuncio, dummodo principij non habeat corruptionem, vt interim vtamur nominibus interpretis Ariſtotelici, cùm primùm adſpexerit hominem, ſi peritus exiſtat, illum eſſe huius ætatis, nec falletur conjectura ad annum vnúm, vel alterum. Vrgemus adhuc, voce diſtinguuntur principia itaque, & pilo credibile eſt ipſa principia ſecerni: an B diſtinguantur, vnuſquiſque ſeipſum conſulat, an dignoſcat virum à muliere ex voce. Nemo tam bardus exiſtit, qui hanc diſtinctionem voci ineſſe non intelligat, & audebit aſſerere non ineſſe pilis, quia nō videt forſan, at negetur inditium vocas quia non videtur vox; *Quæ tu non noſti fortaſſe nouit Offellus*. Diſtinctionem ſexualem vocis nemo ſcriptorum priſcorum non ſubodoratus eſt: aſſeuerare illam rationibus eſt difficillimum, niſi à peritia deſumptis. Quapropter hucuſque progreſſum eſſe humanum ingenium ſufficiat ad indigitanda myſteria Naturæ, quæ ſi tentes vlterius aperire, iam fabula fies. & ita ſuadet nobis natura eſſe aliquid oportere occultum ſi illam imitari volumus, & ego profiteor, profitebor, Docti intelligūt, plebs ridet. Pili ſunt ſexuales, quia datur cognitio localis in eadem ſpecie, veluti apparet ex peritia Montani. Aſſerit præterea neceſſariam C propoſitionem argumentum analogicum à voce ſexuali diſtinguente ſexum: quę vox habet quoque indiuidui characterem, veluti docemus nos in libro de vocis indiuidualitate, quam nemo negare audebit, quia nemo non habet cognitionem indiuidualem aliquam, ſcilicet alicuius ſibi noti, & familiaris, quem in tenebris, vel in cuſtodia dignoſcit. Si quis negare audet vocis indiuidualitatem, is vel nō dedit lectionem, aut aſſentit Plinio, qui & aſſeruit ipſam cognoſci à brutis lib. 10. cap. penultimo, quinimo dicetur aptius, caret ſenſu communi. Si eſt itaque peritia indiuiduorum, cur non ſit peritia ſexuum dignoſcendorum. Eſt peritia indiuiduorum, quia vnumquodq; indiuiduum habet quid proprium ſibi. At ſi hoc eſt, curet ſexus non habeat proprium quid ſibi? Si quis negat:

Aetas cognoſcitur ex adſpectu.

Sexus cognoſcitur ex voce.

Occultum eſſe debere aliquod ipſa ſuadet clamat natura.

D *Stat contrà ratio, & ſecretum gannit in aurem,*
Ne liceat facere id, quod quis vitiauit agendo
Publica lex hominum, naturaq; continet hoc fas,
Vt teneat vetitos inſcitia debilis actus.
Diluis elleborum certo compeſcere puncto
Neſcius examen: vetat hoc natura medendi.
Nauem ſi poſcat tibi peronatus arator
Luciferi rudis, exclamet Mali certa periſſe

Frontem de rebus.

Dantur pili regionales, & non dabuntur ſexuales? qui non intellexit puer, in poe-
tis, ac hiſtoricis verſatus, pilos eſſe regioni cuipiam referendos, attamen cœlum,
& ſolum cauſæ ſunt magis longinquæ; ſexus principia ſunt cauſæ magis proxi-
mæ: videbit oculus muſcilionem, non aſpiciet equum. Pilos à regione tales ne-
mo rerum naturalium peritus negare auſus fuit. Hanc philoſophiam nemo ne-
gare audeat homo, ſi modo frons eſt hominibus; at de cæcis iſtis phyſicis merito
dicere poſſimus illud Satyricum Iuuenalis;

Pili regionales.

—— Sed illos
Defendit numerus, iunctaq; vmbone phalanges. A

Niſi me mea fallit memoria Galenus cognouit pilum ſexualem. Si differt ergo pi-
lus maſculinus à pilo fœminino: pili ſunt neceſſarij: audite monſtra quod vobis
videtur monſtrum credimus nos, & vngues eſſe ſexuales, at fabulam ſurdis nar-
ramus. Elucet naturæ dignitas, Dei maieſtas, non in organis duntaxat, at in par
tibus quibuſcunque, & quarumcunque partium accidentibus; quæ incognita
ſpernuntur, ſed vtinam eorum ſcientiam ſatageremus. Phyſiculi obtrudunt ac-
cidentia non cognoſci, non ſciri poſſe, aſſero, ſed ſubijcio à vobis, non à peritis;
differemus nomine quam ſcientiam vos appellatis, ego dico preſſius loquens,
coniecturam, de qua vtinam videretis commentaria, vel haberetis, quæ parabi-
mus poſteritati, ſi Deo placuerit. Obſeruate vim horum accidentium, non ſimpli B
cium, at indiuidualium. Auſum eſt humanum ingenium ex his diuinari tentare
animæ irrationalis motus inteſtinos, perpendere accidentium dignitatem, qui
ignoratis, definire, nunc mea non intereſt veritatem huiuſce negotij, quia repu-
gnat ingeniolum, preterea inſtitutum, quod habeo aliqua eſſe debere occulta, re-
pugnat adhuc tempus, & poſtremo locus. Natura ſurſum deorſum ageret, niſi
accidentia finem haberent; an ſatis hucuſque dixerimus? intelligite quod nūc
dicturi ſumus. Pili ſexuales agniti fuerunt à phyſicis præceptoribus omnibus, ab
Ariſtotele, à Galeno, & lib. de hiſt. animal. & lib. de ſemine. Tacemus ordinem li-
brorum, quia arbitramur noſtras huiuſmodi lucubrationes attingere doctos, pe-
ritos, reliquos verò qui ſunt negligentes à nobis negligentur, non odij cauſa, ſed
ratione admoniti inteſtina, vbi obiter admonemus digniſſimè pronuntiatum à C
Mazonio, pilarem eſſe diſtinctionem aliquam imperſcrutabilem ſecūdę ſect. cap.
vnico, quia & vnum, & ſingulare pag. 77. editionis Venetæ prioris Guerilianæ,
neque tamen conſtituitur Aporectica ſecta, niſi ab Aporecto Apoplectico, quam
deſtruit hydram Hercules Mazonius. De pilis quoque ſexualiter diſtinctis legas
Plinium lib. 11. ſuæ hiſtoriæ ca. 39. Pili exeunt à cute craſſa hirti, fœminis tenuio-
res: quæ veluti cętera deſumpſit ille ab Ariſtotele, ac grauiſſimis temporum ſuo-
rum autoribus quorum vigebant opera, nunc temporis vi ſublata: & hic non pi-
get vnum adnotaſſe (niſi fallimur) haudquaquam contemnendum: illud autem
eſt nomen hirtus, oppoſuit hanc vocem pilum tenuiorem, quòd ſanè haudqua-
quam feciſſet, niſi hirtum pilum intellexiſſet idem quod eſt craſſum. Præter hanc D
grammaticam rationem ducitur etiam argumentum à phyſicis dogmatibus, quę
aſſerunt à cute craſſa oriri pilos craſſos, & è contrà pilos tenues oriri à cute ipſa
tenui. Quam propoſitionem ſcripſit præceptor Ariſtoteles lib. 5. de Gener. Anim.
& olli ſubſcripſerunt autores grauiſſimi. Sit necne analogia inter pilum, & cu-
tem, atque ſexualis, vel ad ſexum diſtinguendum, ſeu conſtituendum pertinens,
id alterius eſt negotij, & explicabitur in lib. de ſexu: ac vt iuniores intelligant,
voluimus dixiſſe, an quemadmodum pilus fœmineus eſt ipſo pilo maſculino te-
nuior,

Naturæ maieſtas elucet non ſolum in partibus organicis, ſed in accidentibus omnibus vbi quis illa cognoſcere ſatagat.

nuior, ita ſit quoque ipſa cutis fœminea omnino tenuior, quàm ſit cutis maſculina, & hoc magna ex parte intelligendum eſt; nam ſunt & monſtra, vel dicas rara aliqua in conformationibus corporum humanorum pertinentia ad ſingulas partes: vt interim tranſeamus fœminas viragines, quæ cæteris paribus debent habere, ſi cutis obſeruet proportionem, debent, inquam, habere cutem craſſiorem cæteris fœminis non viraginibus; & hoc præceptum confert plurimum ad medicinam exercendam pro operibus Naturæ intelligendis, & arte iuuandis. Nam cutis differentia indicat etiam ipſa, quantum fert eius natura in arte medicæ, & qui talia momenta valet cognoſcere, is plurimum recedit à conditione vulgari

A medicorum. At hæc ſilentio veniunt inuoluenda, non maleuolentia aliqua, ſed quia ſunt dogmatica, vel probabilia, neque certa quapiam demonſtratione concludi poſſunt: quapropter ne fabula fias, taceto: vt proſis, indigitaſſe ſufficiat, neque omnibus, at ingenijs optimæ ſpei.

Aliqua tacere oportet

CAP. II. PILORVM CALVAE, BARBAE, PRETEREA *vnguium ipſorum digitorum non carere myſterio incrementum qualecunque ſit, quomodocunque vocetur, & phyſicum eſſe poſſe finem aliquem, declarare conatur author.*

B

OPERAEPRETIVM exiſtimamus nos docere in præſentiarum pilos capitis, ſeu caluæ, atque Barbæ, qui creſcunt, ſeu creſcere videntur aſſiduò, & quaſi indefinitè illorum inquam crementum, quale quale vocetur, nõ carere myſterio, atq; finem habere. Sed ante omnia declarare volumus antiquorum teſtimonio licere nobis, quinimmo neceſſitatem imponi homini philoſophanti hoc præſtare conari. Principio conſentiunt omnes homines, atq; Plato Diuinus Præceptor docuit, nefas eſſe ab ipſa veritate diſcedere, atque eandem propere impium eſſe. An ſenſerunt id ethnici, nos qui veritatem cæleſtem profitemur religione vitæ lumine illuſtrati diſcedamus turpiter ab huiuſmodi honeſta-

Nefas eſſe à veritate diſcedere.

C tis officio ſacerrimo? Audiamus Platonem Dial. 2. de rep. vel de iuſto. Hæc ego cum audiſſem, quauis & aliàs ſemper Glauconis, & Adimanti ingenium adamaſſem, tunc tamen vehementer admiratus ſum dixique non malè in vos ò filij illius veri principium elogorum carminum amator Glauconis inſcripſit, qui cũ in Megarenſi prælio fortiter pugnauiſſetis, O filij, inquit, Ariſtonis incliti viri diuinum genus hoc dici videtur, Amici: diuinè enim affecti eſtis, ſi non eſtis perſuaſi iniuſtitiam eſſe meliorem iuſtitia, cùm adeo pro ipſa abundè loquamini, vi domini autem mihi perſuaſi non eſſe, coniecturam capio ex moribus veſtris quoniam ſecundum orationem ipſam minimum crediidiſſem vobis. Quo autem magis credo, eo magis ambigo, quo me vertam, nam quomodo adiuuem neſcio: vi-

D deor quippe non poſſe illud autem ſignum eſt, quod ea quibus ego ſupra aduerſus Traſymachum ſufficienter oſtendiſſe putabam iuſtitiam eſſe meliorem iniuſtitia, non admiſiſtis, neque rurſus quomodo nunc ſuccurram inuenio, veritus ne fortè impium ſit, vt ſubterfugiat qui iuſtitiam coram vituperari intelligit, neque pro eius defenſione verba faciat, quandiu ſperare, & loqui conceditur. Præſtat itaque pro viribus ſuffragari. Hactenus Plato, quo in loco docet nos in ipſius iuſtitiæ defenſione, & emoriendum eſſe, cuius autem potior ſit iuſtitia in hoc mundo ſenſibili quàm naturæ ipſius referendæ penitus in Deum naturæ autorem?

Iuſtitia præcipua in hoc Mundo ſenſibili eſt ipſius naturæ.

atque ſi pilos caluę Barbæ creſcere videamus illo ſuo aſſiduo incremento, neque negamus id illis ineſſe propter naturę dictatum, cùr hoc iuſtum non prædicamus aſſerere quoq; conemur ad eruendum aliquod myſterium ipſius naturæ in agendo? An reprehenſione me dignum aliquis iudicare audeat ſi vtar in defendenda naturæ dignitate; à qua opus hoc incrementi pilorum caluæ Barbæ promanat (qualecunque ſit, quomodocunque vocetur) illa ſimilitudine quam Plutarchus adduxit ad aſſeuerandam diuinam prouidentiam lib. de ijs qui ſerò à numine puniuntur, quando ait, nam cùm perdifficile ſit homini plebeio conſilium medici deprehendere quod ſecutus non ante, ſed poſt ſectionem adhibuit, neque heri licuit ægrotum, ſed hodie ſubdens. certè de Deo non facilè aliud quicquam fir- A mum homo pronunciabit, quam eum, vt qui optimè opportunum medendi flagitijs tempus habent cognitum medicamenti inſtar pęnam ſceleri cuiuis imponere, neque eadem in omnibus magnitudinis menſura, atque eodem articulo temporis definita, ſed de natura nihil temere pronunciandũ ab homine philoſopho; qui immo aſſerendum videtur illam Dei Opt. Max. alumnam potentiam eius ordinariam facere omnia, & ſingula non inutiliter, ſed vtiliter, non fruſtra, ſed in finem aliquem.

De Natura nihil temere pronunciandum eſt.

Talis tantaque èſt apud me fateor ingenuus Naturæ maieſtas, & dignitas, vt perſuaderi nunquàm potuerim, vel adhuc puer ipſam quid fabricaſſe temerario motu. Poteſtas eius haud ſatis intellecta à mortalibus ducit me non renuentem, ſed volentem iubet in hanc arenam deſcendere, cuius puluere etſi B futurum ſit, vt ſathiſcere poſſim ſtrangulatis faucibus, hoc quicquid erit exitus in mei ingenioli potiùs imbecillitatem velim referendum, quam in eius temeritatẽ, quando & hoc nominis in eius operibus nuncupaſſe piaculum cenſeam.

Poteſtas Naturæ haud ſatis intelligitur à mortalibus.

Sit, concedo, à me demoſtrari non poſſe quod cupio: non diſcedam attamen à doctiſſimorum præceptorum veſtigijs Galeni, & Ariſtotelis: atque vt ab hoc exordiar, qualeſcunque concedatur hæc eſſe materia: teneo eius præceptum, ſi hæc ſunt illius quæ leguntur lib. 6. Ethic. cap. 11. Quare non minus eorum qui ſunt experti, & ſeniorum, vel prudentium, & demonſtrabilibus ſententijs opinionibusvè, quã ipſis demonſtrationibus mentem adhibere oportet. Quia namque iam experientia viſum habent, principia ipſa cernunt. Nonne in materia dogmatica ſcripſit Galenus lib. 8. de plac. Hipp. & Plat. cap. vlt. licere vnicuique profiteri quod ſen- C tit, atque ſcriptis mandare ſi modeſtè rem agat moratè, non vitioſè. Audiatis ipſum loquentem præceptorem.

In materia dogmatica licet vnicuique profiteri quod ſenſit.

Si totum potum nos deglùtire in pulmonem exiſtimat Plato, meritò accuſandus eſt, quippe qui apertiſſimam rem ignoret; ſi portionem quandam potus per aſperam arteriam transfuſam exinde per aſperam arteriam in pulmonem probabile quoddam docet, id quod in alijs dogmaticis vſu venit, in quibus diſceptatio eſt inter philoſophos, & medicos. Neque enim idem eſt falſum aliquid, & derridiculum affirmare. Nam etiam ipſum Eraſiſtratũ oſtendimus erraſſe de uſu reſpirationis, de uſu item pulſuum, & generatione, de decoratione, & concoctione, neque tamen exiſtimauimus eſſe deridendum. Non enim omne quod eſt falſum, continuò etiam eſt deridendum. Quinimo cum de- D monſtraſſemus eum erraſſe, de inflammationis etiam ortu, & febrium dignotione, de ſanguinis miſſione, nonnullisque alijs curatorijs rationibus, quidam è ſectatoribus eius oratione contra me contorta, contendit nos in ijs erraſſe, non autem erraſſe Eraſiſtratum, neque tamen, aut nos illum, aut ille nos deridendos duxit. Cùm enim incerta ſint dogmata, & rationum argumẽtis videantur alijs probabiliora, alijs abſurda, ſicut ſuccenſendum non eſt, ſi quis defendit opiniones ſuas eſſe veras, ita concedere debemus, vt alij nobis contradicant. At procacis

Non omne falſum eſt & deridendum

hominis

hominis eſt, ac petulantis carpere mordaciter, atq; irridere quaſi ſtultum aliquid quod venerit dogmaticè in controuerſiam. Hucuſque Galenus. An ſatis conſtat ex his quæ hactenus dicta ſunt neceſſitatē nobis imponi, & licere profiteri quod ſentimus ad tuendam naturæ ipſius dignitatem, atque maieſtatem in vnguium pilorum caluæ Barbæ incremento, quas partes dixit idem præceptor creſcere in longum, nam de vnguibus loquens lib. 1. de vſu part. cap. 11. ait: Sed quoniam ſcalpendo, vel aliud quid vnguibus agendo exteri debeant nobis eorum extremitates; ſolas has animalis particulas ſemper augeri potentes natura conſtruxit, quamuis iam totum corpus augeri deſeruit. Augentur autem non vt aliæ partes

Vnguium & Pilorum crementum quale?

A in longum, & latum, & profundum, ſed pilorum modo in longum ſolùm, ſubnaſcentibus alijs ſemper vnguibus nouis, & antiquos propellentibus: neque hoc otioſè inſtituit natura, ſed vt in locum eius, quod aſſiduè exteritur in ipſorum extremitate ſit aliquid, quod ſufficiatur. Sic igitur ad ſummam naturæ prouidentiā peruenit vnguium conſtructio. Hucuſque Galenus. quæ ſanè eius voluntas probanda eſt in defendenda naturæ prouidentia, hanc verò necne afferat, aliorum eſto iudicium. Nos hunc locum adduximus, vt incrementum pili, quale foret ex eius natura diceremus, prætérea & vnguium, de vtriſque verba nunc facturi, ſed occaſionem datam non eſt in animo refutare. Credidit Galenus à natura datum eſſe vnguibus, vt in longum ſemper creſcerent, veluti finem, vt quod exteritur aſſidue, reficeretur: atque ſi verum hoc foret, pili qui nunquam vſu aliquo exteruntur

Finis cremēti vnguium.

Examinatio opinion. Gal.

B poſſidere non deberent hanc ſemper creſcendi conditionem; pilos autem nō exteri quis aſſerat indigere probatione? Ego ſaltem hactenus non video quomodo exterantur. Sed vngues in ocioſis non creſcant, nam exteruntur minime, attamen creſcunt: videre videor quam ſint mihi reſponſionem allaturi nonnulli. pilos creſcere ſemper in longum, non quia exterantur, ſed ex neceſſitate materiæ. Vngues itidem ſemper creſcere, licet non exterantur, videbitis, quia illud iam habuerunt à natura architectatrice in finem optimum, ſi quando extererentur vrgebunt exemplo rerum artificialium, naturalium lapis habet propenſionem ad cētrum: rota ſemel impulſa mouetur adhuc, & alia multa. Nihil moror iſtas reſponſiones, quibus arrident, eæ ſtant, accipiantur, nunc tentabo ego nihil contrà obijciens an alia ratione tueri valeam Naturæ ipſius prouidentiam eximiam: Et dico

Reſp. communis.

C ipſius ineffabilem ſapientiam non reſpexiſſe in tribuendo id generis potentiam vnguibus, & pilis aliquid imperfectum, ſed potius quid valde perfectum, ſiquidē refertur hoc augmentum ad animam rationalem commonefaciendam, vt deſcēdere non pigeat ad corpus etiam conformandum, curandum: quæ admonitio, & deſcenſus non eleuat animæ noſtræ vires, at potius eaſdem vehementer auget: ipſa enim eam colligit exemplo tali admonita (nam rationalis eſt) ſi quandoque deſcendere me oportet ad corpus, cur & ad ſuperiora non aſcendere debeam? Conſideremus pilam paruam, quæ regreſſa eſt illuc, vnde procurrerat, quia progreſſa fuit quò procurrerat, viam eandem it, redit, obicem cùm adinueniat repellentem; ita mentis hæc agitatio circa corporeas partes huiuſmodi pilos, & vn-

Reſponſio Autoris indicans Finē Naturæ in Vnguium, & Pilorum cremento.

D gues ſemper creſcentes, reflectitur audentius ad ſemetipſam anima, & ad potiora veſtiganda; vt propterea videantur hæ partes, & motus animæ ad illas conſeruandas, ſeu conformandas poſſe aſſimilari peccato, quod vtile aliquando eſt ipſi peccanti. Audias præceptorem Diuinum in lib. 14. de Ciuit. Dei, cap. 14. ita dicētem, & docētem. Et ideo audeo dicere ſuperbis eſſe vtile cadere in aliquod apertum, manifeſtumque peccatum, vnde ſibi diſpliceant, qui iam ſibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus ſibi diſplicuit, quando fleuit quam ſibi placuit,

quando

quando præſumpſit. Hoc dicit, & ſacer Pſalmus. Imple facies eorum ignominia, & quæret nomen tuum Domine, vt tu eis placeas quærentibus numen tuum, qui ſibi placuerunt quærendo ſuum. Ita comparare ego ſoleo monſtra, ſiue ſpeciei, ſiue temporis, ſiue loci, ſiue cuiuslibet alterius ipſis peccatis. Docent enim illa vtilitates, & commoda naturalis operis. Contremiſco ego pronunciaturus aliquid eſſe in ipſa Natura, quod ſit præter naturam, & eſt opinio quoque I. C. Scaligeri, ſed hanc neceſſariam curam hominis circa pilorum, & vnguium perpetuum ferè crementum afferre ipſi humano generi non vtilitatem, at vtilitates plurimas eximias tunc indicabimus, quando prius declarauerimus hoc incrementum nihil repugnare naturæ agenti, quę ſibi diſſentiat nunquam conſentiat, niſi hoc ſucceſ- A ſiuum crementum aliquibus tribuerit partibus. Fames initium exiſtat noſtrę contemplationis, quæ cõſenſu hominum omnium contingit nobis ob diſſipationem eorum, quæ corpus noſtrum conſtituunt occultam ſane, atque ſenſus ipſos ſubterfugientem. Hanc famem quis vnquam damnauit, nemo ſanè, cum ſit opus naturæ naturaliter operantis, atque admonentis nos alitionis, & operis facultatis nutricis animæ. Non contingeret verò fames, niſi decreſcerent corporis partes, cuius decrementi ſenſus nobis obueniens fames nuncupatur. At ipſi fami in decremento perpetuo poſitæ correſpondet iam cura pilorum, & vnguium in eorundem cremento ferè perpetuo conſtituta. Sicut enim fames admonebat eſſe accipiendum aliquid, vt reficiatur diſſipata ſubſtantia: pariter hoc incrementum pilorũ, vnguiũ admonet nos aliquid eſſe detrahendum, vt commoderatæ ſint hæ B partes ad operationes naturæ, neque illas quoquo pacto impediant, interturbẽt. Summa ſummarum decretio aſſidua partium quæ contingit ex earum diſſipatione, accretio perpetua vnguium, & pilorum ambo hæc admonent nos corpus eſſe curandum, quæ prior eſt neceſſitatis admonitio nomen adinuenit operis nutricis facultatis animæ regentis gubernantis, hæc verò poſterior nomine caret, nihilominus huiuſmodi cura eſt rationalis attingens opera naturæ, cùm reſpiciat abſolutionem operum ipſarum partium, ad quæ pertinẽt vngues pili ſemper, vt aiunt creſcentes, vt decremento inopportuno impediant operationes naturæ ipſius quemadmodum vngues ipſi longiores facti accremento illo importuno officiunt digitorum apicibus: ſi modo ijſdem vtantur aliquid homines acturi: quarum C partium ſemper accreſcentium occaſio niſi virtutis quadam ſpeciem gignat adhuc nomine carentem proprio, non ſit vitium (veluti communis opinio vociferat eſſe vitium) homines negligere curam illarum qui propterea ſi reperiuntur hoc nomine generico minus politici, & agreſtes homines nũcupantur ſordidi animi, ſecordes, vnde & ſordidati nomen fortaſſe fluxit, nam eas partes geſtant ſecummetipſis, quę inter ſordes, ac recremẽta veniunt reijciendæ. Quis adeo feri exiſtit animi, & procul ab hac humana vita poſiti, vt non horreat huiuſmodi homines obuios, quando & nos nobiſmetipſis vbi contingat hoc vitium incurrere, diſpliceamus: adeo eſt valentiſſima huiuſce vitij poteſtas, atque vis, vt eruat, elidat prorſus, quod eſt inſitum nobis ab ipſa natura, vt quiſque ſeipſum diligat. Veruntamen dixerint hoc incrementum non eſſe naturale, adeò inhæret hoc vitij ipſis D hominibus, vt ſatagant in verbis, & vigilẽt, in rebus uerò, & uita, intellectione in quem finem uerba pronunciantur, negligentiam indicent, obdormiant. Contrà ego ſentio, & ſentire cum ueritate exiſtimo, aut ſaltem ipſe mihi perſuadeo incrementum iſtarum partium eſſe maximè naturale: diſſipationis uerò decremẽtum eſſe non naturale, ſi modo liceat quod exiſtat in ipſa natura non naturale dixiſſe, neque enim aſtruo quin deſtruat diſſipatio decrementum ipſum corporis compagem,

Ratiociniũ Autoris ex Analogia.

Argumẽtũ ab Analogia famis.

Fames eſt ſenſus corporis decreſcẽtis.

Animaduertas hanc proportionẽ ipſis innixã contrarijs.

Commoderatio partiũ corporis eſt propter Naturæ opera, & fit Additione, Detractione.

Cum Pilorum, & Vnguiũ eſt rationalis, & cur?

Cremẽtum Pili, & Vnguis eſt ſeminariũ virtutis.

Sordidati etymon.

Cremẽtum Pilorum, & Vnguiũ eſt Naturale.

gem, ſed alia ratione id probare contendo; ipſius diſſipationis decrementum, & illarum partium incrementum conferamus, ante omnia conſtituentes quod ſit maximè naturale, ſeu naturæ operibus conſentiens. Eſt ne illud quod pluribus animaduertitur ſenſibus, nec ne, omnino ſenſus ſint iudices oportet, nam hi præſertim ſunt naturæ agentis opera. Nunc veſtigemus incremētum pili, & vnguis, decrementum ex ipſa diſſipatione cęterarum partium corporearum, vnde fames, paribus ne calculis an imparibus vnumquodque ipſorum ſubijciatur ſenſuum choro. Decrementum videamus primò, ſeu conſideremus, ego vt de me ipſo fatear ingenuè, quod ſentio hactenus, nullo ſenſu comperire olfacere potui ipſum

A decrementum tale, non auribus, non oculis, non olfactu, non guſtu, non tactu, ſed tactus cuiuſdam ſpeciem aiunt eſſe famem ipſi phyſici, lubens, volens do, concedo, ſubſcribo, aſſero: conſideremus parumper incrementum pili, & vnguis perpetuum, hoc quibuſdam ne ſenſibus obijcitur, ſubijcitur; ſanè quādo non cæcutiat homo, videt vngues, pilos excreuiſſe, aut ſupercreuiſſe, ſed quia cum ipſis cæcis rem fortaſſe agimus, interrogo illos, num ex tactu dignoſcant incrementum factum, ſi negent, vapulabunt, ferulam quippe non ſentient colaphum incutiant ijs legentes, radant vnguibus genas illorum non ſentient. Senſus itaque duo ſtant iudices incrementi facti ſuper excedentis, & decrementi facti nullus iudicat ſenſus, niſi fames tactus quidam: ſed negabunt famem contingere ob decremētum, nolent concedere partes decreſcere: tunc peto ego vnde fames, à diſſipatione

Fames eſt decrementū corporis.

B pronunciabunt, inſto, hæc diſſipatio additne quidpiam partibus humani corporis, aut detrahit? ego medium quid hucuſque ſaltem videre non valeo, cogor aſſerere à diſſipatione prouenire decrementum cuiuſcunque partis nutriendæ. An vllæ me intemperies adducent, vt fatear diſſipationem importare nobis meram meram intemperiem, alterationem naturæ diſconuenientem, & famem nutritionem pertinere, ita ad meram alterationem? Sanè cautio mihi ſit ab id generis abſurdo, ne aduerſarij me mei cogant nutriri odoribus. tenebo te Proteum, inquient. Si decreſcunt corporis partes, ac longè diſcedunt à proprio ſuæ quantitatis modo meta, atque menſura: quomodo non ſentiatur hoc decrementum? dico ego ſentiri hoc decrementum adueniens, at longo tempore tranſacto ſucce-

C dente. Reuocent medici oculos mentis, ſed & omnes homines ad ægrotos Gallicæ luis veneno curādos quadragenaria illa victus ratione ſæueriſſima extenuatos, non negauerint profectò decreſcere partes corporis ex nutritione deficiente ob occaſionem alimenti in minori quanto ſubminiſtrati, quod ſuadebit faciliori negocio, & contrarium ſiquidem largiori cibo, & vberiori omnino diæta enutriti creſcunt, molem conſpicuam ſatis ſibimet acquirentes. Veruntamen refractarij non deſiſtent, vrgebunt adhuc, & decrementum intelligent, vel intelligi volent quoque de ipſa corporis longitudine cuiuſmodi decremētum. Concedimus nos, & veriſimile eſſe ſecundum hanc quoque dimenſionem corpus diminui in longiſſima tenuiſſimi victus ratione ſeruata: cur autem pateat minus, eam non nega

Corpus in ieiunio decreſcit iuxta ſuas dimenſiones.

D bo eſſe cauſam quæ ab oſſibus petitur, in quibus ratio longitudinis corporeæ maximè omnium conſiſtit, quemadmodum dimenſio reliqua latitudinis, craſſitiei (ambitum quoque dicas, & aptius) conſiſtit quidem in oſſibus, at non ſolis, & maximè, ſed in muſculorum ipſa mole, quæ molliores partes diſſipantur ſecundum portionem maiorem quam ipſa oſſa: & hæc eſt cauſa cur decrementum corporis ex nutritione ſublata niſi ex toto, ſaltem ex parte, cur decremētum, inquam, conſtet ſenſibiliter magis in dimenſione ambitus, quàm in dimenſione longitudinis. Nam hæc niſi tota ſit oſſea puſillum certè, ac minimum alterius obtinet ſubſtātię,

Longitudo corporis in quibus conſiſtat.

Ambitus corporis in quibus conſiſtat.

cuiuſmodi

cuiuſmodi eſt cartilago ſubungens oſſium articulos, cutis & adeps: quę intropoſitæ ſubſtantiæ, vel coniunctæ oſſibus conſtituunt vnà cum ipſis longitudinis dimenſionem corpoream, cùm ſint minimæ quantitatis minimumque decreſcant, & adhuc minùs oſſa ipſa nihil eſt mirum ſi longitudinis decrementum non animaduertitur ab ipſis ſenſibus. At rabie perciti obtrudent illa famigerata minima non curantur; & medici exiſtunt artifices ſenſibiles. Contrà ego niſi minima curentur, aio & aſſero nunquam quiſquam maximum acquiſiuerit; nam & minima parentes exiſtunt maximorum. Docent Plató, Ariſtoteles, conclamat ipſa Natura. Sed ne in re apertiſſima credere videar homines cæcutientes, audite oraculum Ariſtotelicum in Politicis, cap. 8. lib. 5. *Contrariorum contrarij effectus. Corruptioni autem conſeruatio eſt contraria. In illis igitur repuſp. quæ laudabiliter permiſta, ac temperata ſunt, illud eſt diligenter obſeruandum, ne quod ex legibus, inſtutisq; moueatur maximeq; ab eo cauendum, quod paulatim repit. Latet enim corruptio, quia non tantum ſimul fuit; decipiturq; mens ab illis, vt ſophiſtica illa ratio, ſi vnumquodq; puſillum, & omnia. Hoc autem & eſt, vt ſit, & eſt, vt non.* Saluberrimum præceptum in adminiſtratione. Interſit principis qui Deum repræſentat in terris maximè omnium curare minima, & circa minima quæque viuere occupatum. Et non moueat nos minimum? ſanè quemadmodum minima obtinent nocẽdo valentiſſimas vires, parem calculum obtineant in mentis agitatione promouenda, qua propter non ſunt negligenda minima, ſed obſeruanda. Latent enim ipſa minima rei, ac temporis. Huius autem quod eſt minimum videtur rarum, aut rariſſimum, & quia nõ ſæpe fit, latet numerare volentes. Scribebat præceptor Ariſtoteles, ſi minima latent, obruantque nos, eia contrà nitamur, nè obruamur, ſed eruamus nos, ac in lucem illa proferamus. Vtinam vis minimorum intelligeretur à quouis: ſed hoc minimum nonne obſeruatur in natura iugiter: doceant illi nos ſpecierum tranſitus, quæ ſpecies etſi differentes, attamen ſibi conſentiant, atque conſentientes diſſentiant. Audite Ariſtotelem lib. 4. de Partibus Anim. Natura continuè ab inanimatis ad animalia tranſit per ea, quæ viuant quidem. Sed nõ ſint Animalia, ita vt parum admodum differre alterum ab altero videatur propter ſuam propinquitatem. Doceant nos operationes omnes ipſius Naturæ, ac facultatum Animæ noſtræ, Solis motus, vegetalium, animalium cremẽta, mentis contemplantis profectus, quorum omnium operationes dum agunt, momenta pertranſeunt: & peracta ſentiuntur, licet dum fiunt, non ſentiantur. Hæc ſunt quæ cõtrà minimorum detrectatores dixiſſe compendio, & calamo præcipitanter acto dixiſſe voluimus, vt intelligant ſe minimos ad maximi metam nũquam progreſſuros eſſe, niſi hanc inſaniam dediſcant, contemptionem ſcilicet minimorum. Aiunt præterea medicos artifices ſenſibiles non curare niſi ſenſibilia vtinam huiuſmodi propoſitio intelligeretur ſatis. Vtiliorem enim illam quàm nocentiorem experirentur, & experiretur homines fatui: qui execranda ſenſuum mancipia, in ſterquilinio ſenſuum animam rationalem ſepeliendam blaterant, quaſi inter ſenſus ipſos non ſit, non vigeat valentiſſima domina, inter ſenſus, inquam humanos. Sed longiùs fortaſſe progrederer, ſi & hanc propoſitionem falsò intellectam aperire voluero, & communem ſenſum faucibus adapertis, atque præcordijs iugulare proſternere. Atq; ne me rabulam declamantem iactent apud gregarios ſuos, & opiliones nonnulli cominus accedamus. Omnino ſi damnare audemus incremẽtum ſuper excedẽs pilorum, & vnguium damnare quoque oporteat, decrementum ipſius corporis, quia ſi nocet illud operationibus, hoc identidem nocet operationibus, niſi quis fame nimia delinquens cõtempletur, vel motricis agat munia, loca velociter, ac validè

Minima curare ſapientem, atque prudentẽ virum decet.

Cremẽtum Pilorum, & Vnguiũ non eſt damnandum occaſione ipſius noxæ quæ ſequitur.

A B C D

valdè permutans, colluctans, vrgens; labaſcunt, deſinunt, abeunt animæ totius facultates in ſuperexcedenti facta diminutione corporearum partium; quemadmodum, & in aſſymetro incremento vnguium pilorum impediuntur operationes plurium partium. Cura neceſſaria pilorum, & vnguium ſupercreſcentium æquipollet omnino curæ partium reliquarum ſemper decreſcentium, & cura huius, deficientiæ eſt in ipſa natura, quæ verò eſt pilorum non eſt in ipſa natura irrationali, àt rationali ſiquidem nutrimur oblatis, & à natura ipſa parente ſubminiſtrantis. Quid ſi demonſtrem curam partium iſtarum, vnguium ſcilicet, ac pilorum eſſe nobiliorem? Audite nonnè pertinet horum cura ad rationem, ad intellectum,

Cura cremēti pilorum, et vnguium eſt nobilior cura decrementi cæterarum partium.

A vt aiunt, practicum, ſed quantò intellectus practicus nobilior eſt anima nutriente (modo liceat ita dixiſſe) tantò nobilioris ordinis exiſtat cura pilorum, & vnguium conformandorum in ipſam Naturæ legem. Vrgeo adhuc nonnè nutricis obiecta indigent opera intellectus practici quis non abhorreat vitam illam ruſticam, ſeu ſylueſtrem?

Victum infelicem, baccas, lapidoſaq; corna
Dant rami, & vulſis paſcunt radicibus herbæ.

Virg. in Aen. lib. 3.

Nonne huiuſmodi vitam abhorret ſenſus communis omnium hominum, alioqui deterrens poeta fruſtra ceciniſſet.

Quod niſi, & aſſiduis terram inſectabere raſtris
B *Et ſonitu terrebis aues, & ruris opaci*
Falce premes vmbras, votiſq; vocaueris imbrem:
Heu magnum alterius fruſtra ſpectabis aceruum
Concuſſaq; famem in ſyluis ſolabere quercu.

Victus ferinus, agreſtis, niſi à diuinis viris diuinè diuina meditantibus aſſumatur, in cæteris damnatur iure, damnatus fuit, ſemperque damnabitur: qui tollat vinculum quoddam humanitatis haud aſpernandum, & rationalem animam, vel ipſum practicum intellectum obſoleſcere permittat, inuitet, ducat, attrahat. Nuditas, indigentia, inſufficientia vitæ humanæ conciliant omnium maximè amorem ineffabilem erga parētes, ac homines reliquos, à quibus pueruli alimur, C nudati cooperimur, fouemur, conformamur in mores, in diſciplinas, & ſcientias ipſas, in religionem, qua potiſſimùm homines dici meremur, veram directi, conformati ducimur; ſiquidem ciuitas omnis, vt rectè ſentit Ariſtoteles lib. 4. Politic. cap. 4. non ſolùm neceſſariorum gratia conſtituta eſt, ſed & magis gratia honeſti. Eſt autem quocunque etiam honeſtiſſimo honeſtius Deum creatorem cognouiſſe, illum pia, ſed & pijſſima colere mente, cui ſoli omnis homo omnia debet, & cui ſoli laus, & gloria, qui veluti vtitur etiam cordibus malorum ad laudem, atque adiumentum bonorum, veluti rectè ſentit D. Augu. in li. de gratia, & lib. arb. c. 20. ita peccato protoplaſtæ vſus eſt in bonum humanæ ipſius ſpeciei.

Ciuitatis qui finis exiſtat rectus?

Nam primo cuneis findebant fiſſile lignum.
D *Tum variæ venêre artes: Labor omnia vincit*
Improbus, & duris vrgens in rebus egeſtas.

Diſpereãm, niſi quis putet me nunc rhetoricari, vel pompas topicas in hac arena promouere: ſed hoc non ſentiat niſi populus, & populare ingenium, At quod aimus, id eſt verò veriùs. Cura harum partium, ſcilicet, vnguium, pilorum ſemper creſcentium æquipollet, vel analogia reſpondet ipſi nutrici, & eſt homini propria, habetq; virtutem, & vitia, quæ tamen res perdifficilis eſt intellectu ab ingenijs quadriuij: ecce agam per oppoſita, mox difficultatis rationem addere non pigebit.

Cura pilorum, & vnguium ſemper creſcentium eſt propria humanæ ſpeciei.

Vnguis, pilus aliquis exiſtunt partes, quæ ſemper ferè creſcunt; atque talem exceſſum quantitatis auctę, cum incurrant, prætereа aliud nocent operationibus animæ humanæ.

Partes reliquæ corporis decreſcunt ſemper, & incurrunt exceſſum quanti diminutum proportione haud reſpondentem animæ facultatibus vſuris, præterea & exceſſum qualitatis; hinc earum partium defectus nocent operationibus animæ humanæ.

Moderatio, vel deductio iſtarum partium ſemper decreſcentium ad commoderationem fit beneficio animæ nutricis, vtentis alimento quo reſtituantur partes, quæ decreuere. A

Moderatio, vel deductio illarum partium ſemper creſcentium ad commoderationem fit beneficio intellectus vtentis; vel miniſtro ſeſe, vel miniſtro alieno; atq; opera intellectus practici; adhæc operibus, & operationibus.

Moderatio, ſeu commoderatio partium ſemper decreſcentium vocatur nomine communi nutritio.

Moderatio, ſeu commoderatio partium ſemper creſcentium, atque aliud præterea nocumentum afferentium dicitur parum noto nomine cultus. In ipſa nutritione eſt vitium vtriuſque exceſſus. Nutrimentum nimium, nutrimentum paucum; ſed hoc aliquando neceſſarium, cùm propter medicinam, tum propter ipſam religionem, alioqui non eſſemus homines rationales, ſed irrationales, & beſtiæ, bruta, niſi obſequamur ipſi religioni præſcribenti nobis parſimoniam cibi nuncupatam ieiunium, vt aptior ſit anima ad vtendum cibo ſpiritus; & qui non ieiunant, ſunt veluti diximus belluę; ſicuti qui non vtuntur quantitate cibi, & qualitate præſcripti ab arte medica; ſunt itidem belluæ, quia non agnoſcunt rationis dictata. Hinc damnantur etiam ab Eccleſia Sacroſancta Romana. Vitium illud nutrimenti nimij ſatis patet, quis non videt quotidiana exempla: In ipſo cultu ſtat vitium vtriuſque exceſſus, vtrique vitio nutritionis analogum, ſed nomina parum nota, ſqualor, & oppoſitum alterum vocabitur à me interea delitium. Scio hanc doctrinam eſſe difficilem, quia nomina deſunt, & proh pudor, quia non egit Ariſtoteles de hiſce in Ethicis, quantum nunc memoria valeo conijcere: qui vult intelligere hanc virtutem cultum, atq; eius exceſſus legat Q. Fl. Septimium Tertullianum, Anticlaudianum Poetam, & Bernardinum Scardeonium Patauinum Preſbyterum, in opere ſuo de caſtitate, & lib. 1. de ſacris Virginibus, cap. 10. cuius viri eximij opus aureum obſoleuiſſe quaſi non poſſumus ſatis mirari, cùm ſi quis alius author, conferat plurimum ad mores Chriſtianos conformandos, neq; putet aliquis me caritate ductum patria iſtud pronuntiaſſe, teneor quidem ſacro amore cęli illius, non ſum adeo vecors, lapis, ſilicernium, vt neſcio qua dulcedine inſita, cuicunque obuia nota ingenuo ipſe non tangar, & vrantur ipſa præcordia. Veruntamen ita me ſeruet ſoſpitalis Deus quemadmodum nihil defero Scardeonio cõterraneo meo propter patriæ vinculum, & officium, is eſt qui de ſe metipſo prædicet ſatis, legant intelligant, cognoſcet quiuis homo ingenuitatem meam, aliud habeo argumentum ſi collaudare vellem patriam meam Patauium: hoc autem eſt, hanc vnam vrbem in orbe ſemper regnaturam propter ſcriptores Patauinos, in quacunque ſcientia eximios, quibus vigentibus nunquam funditus tolli poteſt ſcientiarum orbs, rota: vno tamen patria mea caret, quo fruitur Bononia hæc, quod ſemper occultabo, donec veniat plenitudo temporis. Veruntamen ſatis; repetamusque vitia cultus, qui pertinet ad curam partium ſemper creſcentium, & externarum quicquid eſt reliquum. Dixi

Homo niſi obſequatur religioni eſt Beſtia. B

Squallor delitium vitia. C

Bernardini Scardeonij Patauini Presbyteri Elogium. D

vitium

vitium cultus diminuti eſſe ſqualorem, quem ſatis intelligent, qui ſordidatos Romanorum intelligunt, licet hic latiùs ordo ſpatietur; nam attingit quoque veſtitum. Huic oppoſitum aliud vitium eſt, quod nuncupaui delitium nomine ficto, non fictitio; conceſſerint ne mihi cenſores Latij iuris? flocci bullę omnino eſtis, vbi credatis cultum non eſſe virtutem humani generis, illique vitia exceſſus non inexiſtere. Suadeat vos Anticlaudianus Poeta, qui vt refert eius operis titulus, index ſingulari feſtiuitate, lepore & elegantia libros nouem conſcripſit non credibili doctrina, ordine & breuitate complectentes *τὴν κυκλοπαιδείαν* vniuerſam, & humanas diuinaſque res omnes, in quibus quiuis homo non omnino *ἄμουσος* A occupari, meditariq; debet, quiſque quemlibet non prorſus *ἄθων* quadamtenus ſaltem ſcire, aut certè per omnia admirari, & ſuſpicere oportet. Hic lepidiſſimus Poeta lib. 7. ſui operis canens à Natura corpus excuſſum, concordia ſpirituum vnitum, certis verò virtutibus pro iure ſuo hominẽ creatũ exornatum fuiſſe, ait:

Cultus eſt virtus.

Forma pudicitiæ, cuſtosq; modeſtia dotes
Apponit proprias, & donum cætera vincens
Dona, nec in dando menſura deſerit, imò
Singula deſcribit certo moderamine finis,
Totum componit hominem, contemperat actus,
Verbaq; metitur, libratq; ſilentia, geſtus
B *Ponderat, appenditq; habitus, ſenſusq; refrenat,*
Admonet inſtanter, vt nil agat vnum pudendum
Vnde pudor frontem ſignet, mentemq; reatus
Torqueat, aut famæ titulos infamia lædat
Demonſtrat quæ verba, quibus, vel quando tacenda
Quauè loqui deceat, ne vel dicenda tacendo
Strangulet, aut nimio largus ſermone tacenda
Euomat, ac ſerram diffuſo ſubtrahat ori
Deſcribit geſtum capitis, faciemq; venuſtè
Suſcitat ad recti libram, ne fronte ſupina
C *Ad ſuperos tendens videatur ſpernere noſtros*
Mortales, noſtram dedignans viſere terram,
Vel nimis in terram faciem demiſſus inertem
Deſertumq; notet animum, moderatius ergo
Erigitur; nec enim ſurgit, vel decidit vltra
Menſuram, ſignans mentem conſtantia vultus
Scurriles prohibet geſtus, nimiumq; ſeueros
Abdicat inceſſus, ne vel laſciuia ſcurram
Prædicet, aut faſtus nimius rigor exprimat vſum.
Et ne degeneres ſcurrili more lacertos
D *Exerat, & turpi vix, & ſua brachia geſtu,*
Aut faſtu ſignans vlnas exemplet in arcum
Admonet illa virum, vel nè delibet eundo
Articuliſq; pedum terram, vix terrea tangens
Eius legitimo formet veſtigia greſſu.
Ne cultu nimio crinis laſciuus adæquet
Fæmineos luxus, ſexusq; recedat honorem.
Aut nimis incomptus iaceat ſqualore profundo
Degener, & iuuenem propriȷ neglectus honoris

Philoſophum nimis eſſe probet, tenet inter vtramque
Illa modum, propriosq; locat de more capillos.
Non habitum cultus nimij ſplendore ſerenat,
Nec ſqualore premit, mediocriter omnia penſat.

Cultum inter virtutis cenſum ſtare quis non videat? qui ſanè diſtinguitur calculo ſexus, ætatis, at forſitan, & vitæ inſtituto, virtute hac Phyſici Cynici conſultò ſemetipſos priuarunt, ſpadones propterea phyſici. nam ſi abſit cultus homo non ſit aptus ad concilia, ad cœtus, ad ſocietatem, quæ intellectu viget, atq; vtriusq; beneficio contemplantis, practici: Abeant ij phyſici, qui excludunt cultum corporis, veſtitum. ego ſi quis modo ſim, & hilum promoui in ludo litterario, cum illis non ſentio, non ſentiam niſi ſecùs alia ſua ſerit cauſa, qui ſe iactat ſqualore phyſicum, is ne quantum ego ſentio hæret iam in medio luto, niſi ecſtaticus viuat. Ecſtaſis autem quid ſit, pauciores, non quidem pauci, niſi & pauciſſimi intelligunt: nam & rarò viſitur hic affectus, & deplet, non replet crumenam, atque loculos. Hanc indico ſignatis verbis, quibus docuit me præceptor Iul. Cæſ. Scaliger in exercitat. ad Cardanum de ſubtilitate exercitat. 312. Stupor autem ſi validiùs incumbat, & diuturnius inſideat, ecſtaſis dicitur à Grçcis, à noſtratibus exceſſus. Eſt autem priuatio officiorum animæ ſentientis, mouentis, & intelligentis. Immoti manent, ac potiùs rigent; transfixi non ſentiunt. Neq; verum eſt, quod aiunt: ſi à prauis rebus moueatur, horrorem appellari: motam mentem potiùs dicam cum Ciceronianis. Horror autem ad ecſtaſim haud vnquam pertingere poterit ſua ſignificatione. Abſiſtit igitur anima ſuis à functionibus, perculſis ſpiritibus, ac receptis in intimos cordis ſinus. Adeo vt apertis oculis, nil videant, nil audiant, & quæ ſequuntur. Ecſtaſim intelligent duntaxat ecſtatici, cęteri arabunt littus, memini credo me legiſſe nonnihil apud Plotinum, quem virum credo fuiſſe ecſtaticum, alioqui illa non ſcripſiſſet. Sed hic affectus eſt momentanei ferè temporis in corpore: iſtęc animi gratia ſufficiat indigitaſſe. Non apparet hęc virtus cultus ob ſorditiem ſæculi, quia non leguntur ſcriptores optimi, ſi leguntur, non intelliguntur, ſi intelliguntur, omnino ducimur vitio, quod ait ille.

A — *Ecſtatis.*

B

—— Ita vt ingenium eſt omnium
Hominum à labore procliue ad libidinem

C

Et animus qui eſt Dux, atque Imperator vitæ humanæ, non probitate induſtria, cęterisq; artibus bonis virtutis via graſſatur abunde pollens potensq; & clarus ad veram vitam quæ ſolida erit in patria cæleſti, ſed captus prauis cupidinibus ad inertiam, & voluptates corporis peſſundatus eſt. Veruntamen ad aſſeuerandã hanc virtutem cultum, non eſt hic opportunus locus: commentario enim ampliori eget, quod exarare non pigebit ſi otium ſuppetit, vel digni erimus fauore diuino. Hanc virtutem ſufficiat non dixerim indicaſſe, at potiùs indigitaſſe, quam ſatis norunt egregij phyſici, ſed ignorat phyſicellorum bullatorum loculos tenẽtium ſordida plebecula, heſternum minutal, quiſquiliæ, regnant id generis laruæ in cauernis cymmerijs palpum inuicem ſibi inijcientes, execti, exoleti, eijciẽdi, baubantes, canes qui remeent in veſtigia virtutis huius ſacerrimæ ex vitijs eiuſdem nimioperè eluceſcentibus, protritis, quotidianis, vt captatori moueant faſtidia Coſſo. Ago cum ipſis medicis, ipſe medicus, adſunt excrementa alui, & non adſit chyuls, vnde excrementa. Phy. Deliramenta putida monſtra ſumus. Intellectus practicus eſt huiuſce uirtutis miniſter, ac reliquę artes neceſſarię cultui. Ipſæ artes beneficio intellectus practici adſunt extrinſecus nobis & os, dentes, palatum, œſophaghus, ventriculus, inteſtina tenuia, mæſereon, venæ primæ, he-

D

par, vena prima caua, cor, arteriæ, cerebrum, ſpinalis medulla, nerui. Summa ſummarum organa facultatis animæ, quam dicunt nutricem, quæ organa reparant, reſtituunt excreſcentes, vel ſupercreſcentes partes. Organa verò intellectus practici reparant reſtituũt excreſcentes, vel ſupercreſcentes, aut ſemper creſcentes partes, in omnibus partibus eſt finis quidam ſtatus commoderatio certa quantitatis partium ad actiones earundem iuxta facultates vtentes organo corpore. Intelligere mihi videor obiectionem, quam obtrudere mihi tentabunt homines quidam. Hæc quæ tũ dicis ſtant extra hominem. O miſelli, ſi homines modo eſtis, non cadauera & ſepulchreta. Dici ſolet communi phyſicorum conſenſu,
A tactum, guſtum eſſe ſenſus brutos quia communicamus eorum gratia cum ipſis brutis, & hæc quibus nullis cum brutis communicamus, fuerint extra hominem, ad hominem conformandum non pertinebunt. Audite hæc, virtus adeo eſt humana, vt heroicum gradum non attingat, niſi per figuram quid à nobis dicatur. Homo viuat abſque cultu opera, ſcilicet intellectus practici? nemo ſanè dicit, nemo ſanè vtitur: eſt enim ferinus uictus, qui non regitur ab intellectu practico, quemadmodum doctè cenſuit Hippocrates in lib. de veteri med. vbi ait. Quin vt rem altius expendamus, neque ipſam ſanorum diætam, ac alimoniam, quæ nunc vtuntur, inuentam fuiſſe cenſeo, ſi ſuffeciſſet homini idem cibus, ac potus, qui boui, ac equo, & omnibus alijs præter hominem, veluti ſunt ex terra naſcentia, fru-
B ctusque, ac herbæ, & fænum. Ex his enim nutriuntur, & augeſcunt, & illæſi degunt non indigentes alia diæta, quanquam ego ſanè ab initio etiam hominum tali victu vſum eſſe putem. Quæ verò nunc inuenta ſunt edulia, multa arte excogitata, & multo tempore eſſe producta mihi videntur, cùm multa, ac grauia ex forti, ac ferino victu homines paterentur, qui intemperatus, & magnas vires habens ingerebatur: qualia ſanè etiamnunc ex ipſo pateremur, doloribus vehemẽtibus, & morbis obnoxij, & breui etiam morti, & quæ ſequuntur. Quapropter Cardanus meritò reprehenditur à Scaligero in Exercit. 22. ſub rubrica Addita principijs principia, & hac in contemplatione Cardanus fuit phyſicus Cynicus, non autem rationalis, dignus ferula quauis niſi, & fuſte. Abiſſinos Ethiopes à veteribus appellatos Trogloditas, qui in regno Angot agitant huius opinionis homi-
C nes abeant, & habeant ibi ſubſellia. Ibi ex vaccino felle intinctus parent ſibi, nec non è crudo ſanguine, fluente, fumante adhuc, nondum vaporatis ſpiritibus. Quo prouerbium illud mirificè quadret: Similes habent labra lactucas. Recordentur miſelli eorum præceptorem odioſiſſimum Diogenem, niſi & odium, vel odio odioſiorem bullam, crudo polypo deuorato, propius nil factum eſſe, quàm vt interiret. Audiant coquum Plautinum Pſeudoli comediæ, qui Ballionem Lenonem impuriſſimum ſcæna 2. act. 9. alloquitur hiſce carminibus.

Non ego ita cœnam condio, vt alij coqui
Qui mihi condita prata in patinis proferunt.
Boues, qui conuiuas faciunt, herbasq́; aggerunt.
D *Eas herbas herbis alijs porrò condiunt*
Indunt coriandrum, fœniculum, allium, atrum olus
Apponunt rumicem, braſſicam, betam, blitum
Eo laſerpitij libram pondo diluunt.
Teritur ſinapis ſcelerata cum illis, qui terunt
Priuſquam triuerunt, oculi vt extillent, facit.
Non condimentis condiunt, ſed ſtrygibus
Vtuis conuiuis inteſtina, quæ ex edunt.

Hoc

Hoc quidem homines tam breuem vitam colunt.
Quom haſce herbas huiuſmodi in ſuum aluum congerunt.
Formidoloſas dictu non eſu modo
Quas herbas non edunt pecudes; homines edunt.
BAL. Quid tu diuiniis condimentis vtere.
Qui prorogare vitam poſſet hominibus
Qui ea culpes condimenta. CO. audacter dicito,
Nam vel ducenos annos poterunt viuere
Meas quas eſitabunt eſcas, quas ego condio.

& quæ ſequuntur. Coquinam exercere eſt intellectus practici, atque pertinet ad animæ nutricis facultates, inſeruiens medicinæ, illa vitam attingit, atque attingens, aut diruit, aut conſtabilit.. An liceat nobis vti argumento Plutarchi, quo vſus eſt in libello, aquane an ignis ſit vtilior pro igne pertranſimus. Melius id eſſe quo ſoli vtimur, eiusq; bonitatem ratione percipimus. nonne virtus hæc ipſius cultus erogata circa partes ſemper creſcentes commoderandas in vſum rectum iuxta animæ facultatum actiones diſgregat nos ab animalibus brutis qui nó habent has partes ſemper creſcentes officientes, actionibus, nam carent ratione, atque manu. Tales verò partes, atque huius ordinis inſunt nobis aliquæ, nam ſumus rationis compotes, & illius tacita quadam admiratione Naturæ docemur ignaros alioqui, & bruto more viuentes. nec obijciant mihi dẽtes mulæ, roſtrum quod recitat Ariſtoteles, nam iſta ſunt cum ætate affecta, & ſtant præludia mortis, atque Acherontis quaſi veſtibula. Hæ partes increſcentes ſemper dant nobis argumentum nobiliſſimũ naturæ diuinæ, ſi homo ſatagat, & ſemetipſum cognoſcat, ſed in prædicanda Naturæ architectricis iuſtitia, atque illius erga nos benignitate ineffabili, prouidentia nunquam ſatis intellecta pro modulo ingenioli noſtri peroraſſe ſufficiat iuxta nobile præſtantiſſimum ordinem pilorum, & vnguium ſemper creſcentium myſterium, quod niſi quis intelligat, is caliget in ſole, & ſiccus pernatat Oceanum. Dono præterea vos hoc auctario, quod reperi modo inter meas ſchedulas præcipitanter exaratum, rude expolitum, veluti & hoc vniuerſum opus, quod tantum abeſt, vt nonum premátur in annum, vt nec in horam nonam ſeruetur, nam partim amanuenſi dictatum eſt à me deambulante, partim exaratum manu mea tumultuariè, nunquam repetitum, vel ipſa lectione præcipiti. Cogimur quippe inhærere maioribus. Fuerint attamen pueri, qui ſibi perſuadeant me annos inuigilaſſe huic operi, cùm attamen libros nullos habeã, niſi iſtorum grauiſſimorum virorum Hippocratis, Platonis, Ariſtotelis, Plotini, Auguſtini, Mazonij, & ab hiſce diſcedens parumper, cætera iocos putem, exiſtimem ſtudia, veluti eſt declamatiunculæ puerilis cuiuſdam imago hæc mea ad barbam commentatiuncula, cuiuſmodi nugas dabo iſtis infantibus cenſoribus, quales, quot ij voluerint, ſi ij dederint amanuenſem, vel amanuenſes, cogito ego maiora, & dabo ſi otium honeſtum ſuppetet. Audite modo repetentem me phyſiologiam partium ſemper creſcentium pilorum quorundam, & vnguium: & animaduertite, eſt ſchedula pomeridiana, quam ſurgens à menſa præceps calamus dedit: ſiquidem memini, & ſcio rectè me meminiſſe. Si tu dicis eſſe naturale nutricis opus, quia omnia animalia in hoc communicant ego dico cultum, & crementum harum partium, quia cum hac cura nullum animal communicat brutũ, nam & anima rationalis eſt huiuſmodi, atque humanæ ſpeciei differentia ſpecifica. Differentia autem hoc nomen ſibi nacta eſt, quia differt genus, id eſt, diſtrahit, vt & ſuprà dicebamus, hæc præceptor Scaliger lib. 3. de cauſ. plant. cap. 24.

Beſtiæ cur habeant partes quantitatis ſtatæ, definitæ? Obiectio. Reſp.

Non

Non ſignificat igitur diuerſitatem, quæ eſt relatio, niſi prius conſtituat ſpeciem, quæ eſt res abſoluta. Animam rationalem eſſe huiuſmodi confirmare volebam, vt gratificarer hominibus, qui gaudent illa ſua doctrina autoritatiua, & elicitiua, ſed non vacat. Damnetur nuditas, inſufficientia vitæ humanæ, quod eſt vinculum potentiſſimum ſocietatis. Cura neceſſaria eſt pilorum, propter eorundem creſcentium quantitatem quaſi indefinitam, veluti cura eſt nutritionis propter diſſipationem totius corporis, quod eſt decrementum continuum. Legatis lib. de fœtuum format. Galen. & intelligetis decreſcere ſemper corporis partes, propterea nutriri: Quæ ambo contraria, ſcilicet partium quarundam cremen-

A tum, decrementum generant quaſi parentes, & alumni caritatem ſui ipſius; vnde plura conſurgunt bona, diſtinguere tempora, inuenire artes, intellectum conuertere, ducere ad hanc curam, & caritatem corporis proprij. Audite mira! Partes noſtri corporis aliquæ declinant à ſuo quantitatis proprio modo, atque decreſcunt vlterius. Partes noſtri corporis aliquæ, vngues pili barbales, cephalici declinant à ſuo quantitatis proprio modo, atque creſcunt vlterius. Partes noſtri corporis aliquæ; vt pili ſuperciliorum, & palpebrarum niſi quid præter naturam contingat, mox vbi conſequutæ fuerint certum quantitatis propriæ modum, ſtant, conſiſtunt, non creſcunt, velut reliqui pili iam dicti, & vngues, non decreſcunt, veluti reliquæ partes niſi ætate deſinente: illa duo priora

B naturam oſtendunt, hoc poſtremum ſenſibiliter pertinet ad indicandam omnipotentiam Dei Creatoris. Quæ creſcunt, requirunt opus, operam & operationem intellectus practici. Quæ decreſcunt, ea attingunt organorum ordinem nutricis facultatis adiutæ ab intellectu noſtro, & practico. Ecce ternarium nunquam ſatis intellectum, nunquam ſatis laudatum in hoc microcoſmo homine repræſentatū, vt intelligas tu, & intelligens laudes Deum eſſe Creatorem, atque ipſum eſſe tribuere alijs non neceſſitate naturæ, ſed ſecundum ſuæ arbitrium voluntatis; ſeu diuinum moderamen, vnde conſequēs eſt, vt factorum ſuorum ſit dominus, atq; ſuper à ſe productas res obtineat dominium perfectum, vtpote qui ad eas producendas non exterioris agentis adminiculo indigeat, nec materiæ fundamento,

C cum ſit totius eſſe vniuerſalis autor. Neq; agentia naturalia effectum vltra ſuam ſibi propriam formam extendunt, certis momētis ante librata: quapropter ignis terminum habet calefaciendi, atque finem eius vis tenet, neque frigus per ſe, vt aiunt, inducit quod & de cæteris agentibus naturalibus hoc tu exemplo commonefactus exercearis ad colligendum. Veruntamē D. Deus vtitur agentibus naturalibus ad opera contraria perficienda; & qui calor vnus calefacere tantum poteſt, cæteroſque conſequentes effectus calori pares tribuere, hic animæ tegentis beneficio calor ſuſtinet ſeſe, ac effectus conſequentes proprij operis contrarij adducit: quos niſi cognoſcas in ipſo quaſi aſſiduo cremento pilorum quorundam, & vnguium, præterea decremento aſſiduo partium cæterarum, atq; poſtremum ſtatu conſiſtenti, & incommutabili (ſi viam ad mortem excipias (pilorum ſuper-

D ciliarium, & ciliarium omnino procul es poſitus ab integerrima illa philoſophādi ratione ac via, quæ ducit nos in cęlum Dei Creatoris, Redemptoris templum æternum, cuius eſt ad imaginem, & ſimilitudinem animus noſter, eius ſacro irradiante lumine illuſtratus! Ecce do vobis aliam ſchedulam: partes eſſe aliquas in corpore noſtro, quæ cultum requirant humanum, vt vngues, & ex pilorum cenſu nonnulli, quales exiſtūt præſertim pili myſtacis dicti, vbi creſcunt longiores, barbæ, reliqua cæſaries, ſi quiſpiam admiretur, vel damnet, hæc ſanè agit ſimplicitate pudenda, & inconſideratè. Principio humana ſpecies, quæcunque obtinet

Vtilitates quæ oriūtur ex cremēto, ex decremēto partium.

Humana ſpecies vt viuat indiget intellectu practico.

ad uitam

ad uitam peragendam, uel ea quibus utitur ad uidendum, nonne omnia indigēt opera intellectus practici ipſarum artium niſi autoris, alumni ſaltem? Exemplū ſit in obiectis facultatis primæ, ſcilicet Nutricis. Vua frumentum, comeſtilium reliqua ferè omnia nonne requirunt operam intellectus practici? Qui nouit in plantario genere quemadmodum aliqua uiuere nequeunt, abſque cultura, ceu illa quæ coli ſolent, alia cultum nullum patiuntur, ſed deteriora redduntur, ut abies, pinaſter, celaſtrus, hic profectò non admirabitur, non damnauerit partes aliquas eſſe in corpore humano, quæ niſi colantur ab artifice ingenio intellectu, ſcilicet practico, nocituræ ſint ipſi corpori humano, cuius partes exiſtunt, quarū partium moderatio, & cultura eſt ſub dictatura rationis intellectus contemplan- A
tis ſub miniſterio artificis ingenij intellectus practici. Quinimo ſi hoc non extitiſſet, niſi hoc daretur, natura proprias leges non teneret, atq; verum non eſſet illud inter vulgatiſſima dictu maximè occultum intellectu, quemadmodum & facies hominem ſcilicet eſſe mundum paruum: quam analogiam vtinam ſimpliciter intelligeremus: at hæc ſunt voti potius quam rei; vellemus quidem, aut volumus, at non valemus: nec voluntatem ſequitur effectus, conſequitur autem pium affectum in patria condignus effectus. An huiuſmodi reſtitutio pro commoderatione quantitatis faciunda opportunæ ad actiones facultatum animæ humanæ non ſit humana, & ad hominis non pertineat naturam: huiuſmodi, inquam, reſtitutio partium vnguium, & pilorum quorundam continuo ferè cremento pro- B
motorum, quæ indigent organis artium, & intellectu practico. Sit verò magis humana, & ad hominis naturam pertineat magis, quæ ſit reſtitutio partium continuo fere decremento deſinentium. Cùm fiat ipſarum commoderatio in quantitate beneficio organorum nutricis animæ? Sanè vbi rem acriter velis conſiderare huiuſmodi reſtitutionem, ſeu commoderationem factam beneficio, & opera organorum naturalium fuerit quidem ſecundum naturam illa magis, at humana dicitur minimè, niſi ex ea tantùm parte, ex qua forinſecus nutrix facultas indiget opera intellectus practici. contra verò ipſarum commoderatio partium in quantitate facta pilorum, & vnguium eſt maximè humana, quia nulla animalia ferè vtuntur eadem, & ſi vtantur, homo vtitur maximè, atque opera intellectus C
practici, & operibus cuiuſmodi ſunt artium organa: quæ commoderatio partiū eſt arte facta, ſeu artificialis tota, tota, mera, pura, puta: eſt verò cōtra ipſa quæ fit beneficio Naturę: illi pręterea ineſt certitudo maior, huic verò minor. Oportuerat itaq; naturam humanam habere partes continuò decreſcentes, vnà cum reliquis brutis cōmunicantē: habere contrà partes continuò accreſcentes (quod per figuram dictum ſit) veluti vngues, pili exiſtunt aliqui, vt in Naturæ prioribus vniuerſalioris declararetur vis, atque poteſtas, in poſterioribus verò eluceret claritudo humanę formæ ingenij, atque intellectus. Quapropter tantum abeſt, vt dicamus nos has partes pilos, & vngues creſcere ex neceſſitate materię, quaſi prouidentia nulla facto cremento, vt potius dicamus finem eas homini proprium habere: atque non ſatis mirari queamus diuinam prouidentiam tali tantæque rei D
conſulentem diuinis, & nunquam intellectis myſterijs. Eſſe verò harum partium crementum proprium humanum indicat, vel illud ſcilicet virtus cultus à nobis iam indicata partes circa iam enarratas conſiſtens. Cur autem latuerit hæc virtus, non admodum difficile eſt percepiſſe, modo rationem innominationis intelligant homines, quæ ſcripta fuit lib. 2. Ethicor. cap. 7. ab Ariſtotele pręceptore noſtro, vbi ait, circa voluptates verò, & ęgritudines non omnes, ſed corporales, atq; eas maximè quæ in tactu exiſtunt, circa ægritudines autem minus mediocritas, tem-

Theoph. lib. 1. cap. 6.

Cum partium ſemper creſcentium eſt maxime humana.

Oportebat Naturam humanā habere partes, quæ ſemper creſcerent.

te mperantia eſt ; exceſſus intemperantia. At quia non admodum inueniri conſueuerunt, qui in voluptatibus deficiant, idcirco neq; nomen aliquod huiuſmodi homines adepti ſunt, ſed ſtupidi appellantur : Si nomen deeſt aliquibus exceſſibus particulare , quia non reperiantur, qui tales excedant, cur virtus aliqua non celebretur, ſi vix reperiatur vnus, aut alter illam ipſam qui teneat ? Cultus virtus eſt eximia, & huius mediocritatis exceſſus quotidie apparent, præſertim eorũ qui luxu recedunt à mediocritate iſta , neque ſolùm apparent exempla in ſexu fęmineo, ſed & maſculo, quod & opprobrium noſtrum eſt acerrimum dignum Laroniæ indignantis voce illa auguſta quam recitat Iuuenalis canens. *Delitium.*

A *Non tulit ex illis toruum Laronia quendam*
Clamantem toties, vbi nunc lex Iulia ? dormis?
Ad quem ſubridens felicia tempora, quæ te
Moribus opponunt, habeat iam Roma pudorem.
Tertius è cælo cecidit Cato. Sed tamen vnde
Hæc emis ? hirſuto ſpirant opobalſama collo
Quæ tibi? ne pudeat dominum monſtrare taberna
Quod ſi vexantur leges, ac iura citari
Ante omnes debet Scantinia : reſpice primum
Et ſcrutare viros : Faciunt hi plura, ſed illos
B *Defendit numerus, iunctæq; vmbone phalanges.*
Magna inter molles concordia , non erit vllum
Exemplum in noſtro tam deteſtabile ſexu.
Tædia non lambit Cluuiam, nec Flora Catullam
Hiſpo ſubit iuuenes, & morbo pallet vtroq;
Nunquid nos agimus cauſas ? ciuilia iura
Nouimus ? aut vllo ſtrepitu fora veſtra mouemus?
Luctantur paucæ, comedunt colliphia paucæ.
Vos lanam trahitis , calathiſq; peracta refertis
Vellera, vos tenui prægnantem ſtamine fuſum
C *Penelope melius, melius torquetis Arachne*
Horrida, quale facit reſidens in codice pellex ,

& quæ ſequuntur . Par pari nos referimus ijs , qui mordent ſexum fæmineum, quaſi non certet eodem in vitio ſexus noſter maſculus , contendat, palmam eripiat ijſdem fæminis ? Qui vult intelligere delitium cultus muliebris, legat Plautum in Pænulo act. 1. Sc. 2. Adelphaſium, Antheraſtelis.

ADEL. Negotij ſibi qui volt vim parare, Nauem & Mulierem
Hæc duo ſibi comparato , nam mille magis res duæ
Plus negoti habent , eas fortè ſi exornare occeperis
Neque vnquam hæ duæ res ſatis ornantur, neque eis vlla ſatis
D *Ornandi ſatietas eſt, atque hæ vti loquor nunc modo*
Docta dico , nam nos vſque ab aurora ad hoc quod diei eſt,
Poſtquam aurora illuxit, nunquam ceſſauimus ex induſtria
Ambæ lauari, atque fricari, aut tergeri, aut ornarier
Poliri, expoliri, pingi, fingi, & binæ vnæ ſingulis
Quæ datæ nobis ancillæ, eæ nos lauando, eluendo operam
Dederunt, ab gerundaq; aqua ſunt viri defeſſi duo
Apageſis negotij in muliere quantum vna eſt, ſi verò duæ
Sat ſcio maximo vni populo cui lubet plus ſatis dari

Potis ſunt, quæ noctes dieſq; in omni ætate ſemper
Ornantur, lauantur, tergentur, poliuntur, poſtremo modus
Muliebris nullus eſt, neque vnquam lauando, & fricando ſumus
Saturæ. Nam quæ lauta eſt, niſi perculſa eſt meo animo
Quaſi inuenuſta eſt.
ANTHER. Miror equidem ſoror, te iſtæc fabulari, quæ tam callida
Et docta ſis, & faceta, nam cum ſedulo
Munditer nos habemus, vix ægrèq; amatorculos inuenimus.
ADELPH. Ita eſt: verùm hoc vnum tamen cogitato: Modus omnibus
In rebus ſoror eſt optimum habitu. Nimia omnia A
Nimium exhibent negotium hominibus ex ſe. ANTHER. Soror cogita
Amabo iam nos prohiberi, quaſi ſalſa muriatica
Eſſe autumant ſine omni lepore, & ſine ſuauitate, niſi
Mulſa aqua vſque, & diu macerantur, olent ſalſa ſunt, tangere vt non velis
Item nos ſumus eiuſcemodi, mulieres ſunt admodum
Inſulſæ, atque inuenuſtæ, ſine munditia, & ſumptu.

Nemo homo (aut inſanimus nos) poſſit mirari cur hæc dixerimus, aut quærere à nobis extrema vitia huiuſce virtutis cultus. Nam & indicauimus ſatis hoc vitiũ nimiarum delitiarum eiuſdem, quod apparet in ipſo ſexu muliebri, & noſtra de cauſa, qui eas volentes nolentes eo perducimus nauſeabundis delitiolis noſtris B quærentes in ſcyrpo nodum, & anagyrim dimouentes, cuiuſmodi vitium delitium diximus, & habent iam etymon ipſum ipſi grammatici, quibus non eſt vnquam ſatis rem quærere, niſi & beata illa ſua originatione ludant neſcientes. Habent oppoſitum vitium ſordidatorum, & ſi iubeat ſorditium: quod verò interiacet medium virtus cultus à nobis dicitur, ac opportunò, ſed opportunitatem iſtam homines importuni lacerant, ego illorum cadauera ſuis fabuloſis vulturibus interim linquens, mandans, abeo, ad ea quę doctrinæ ſunt, non autem vocis, & nauſea clauſulam ſignat.

Cap. III. MARCI TVLLII CICERONIS OPINIO, C
quæ legitur Libro tertio, de Finibus Bonorum, & Malorum, atque ad huiuſmodi opinionem Exercitatio.

RIDEBVNT hæc ἄμυσοι, ſciolorum adhuc vmbræ, legentes me Phyſica ſubſellia dediſſe M.T.Ciceroni, in quem confirmandum, exornandum conſenſit ab aſtris deuolans, inclinauit omnis, atq; vniuerſus Muſarum chorus. Fuerit verò ſicarum maſtigiorum iſte riſus:

—— Quem ſæpe maligna D
Gignit abortiuum deriſio, liuor ab intus
Parturit, aut extrà falſi deſcribit amoris
Forma, vel inſtabili cribro laſciuia pingit
Qualem cauſa, locus, tempus, perſona repellit.

Opinabuntur me nugari in tali tantaq; re, adeo ſeria, adeo veneranda, qualis eſt diſquiſitio Barbæ ad cauſam finalem attingens Naturæ ipſius dignitatem ipſam, & maieſtatem. Cicero fuit vir Princeps æuo ſuo ad omnem ſcientiam natus hominum liberalium, ac liberaliter, ſed & vlterius educatorum cynoſura. Is enim

eloquio non ſolùm regnauit, ſed & ſenſu intimo: Sed audiamus illa verba potiùs quæ de Barbæ fine pronunciauit. *A falſa autem aſſentione magis nos alienatos eſſe, quam à cæteris rebus, quæ ſunt contra naturam arbitramur. Iam membrorum, ideſt, partium corporis alia videntur propter eorum vſum à Natura eſſe donata, vt manus, crura, pedes, & quæ ſunt intus in corpore; quorum vtilitas quanta ſit, à medicis etiam diſputatur: Alia autem nullam ob vtilitatem, quaſi ad quendam ornatum, vt cauda Pauoni, plumæ verſicolores Columbis, viris mammæ, atque Barba.* *Finis Barbæ ex mente Ciceronis.*

A *E X E R C I T A T I O.*

IN examinatione huius opinionis conferamus primò inuicem quæ ſentiunt Scaliger, & Cicero. Ambo negant finem vſus, vel vtilitatis: ille verò ſubdit appendicem odioſam, & ad partem Barbæ, qui ſunt pili Muſtacei, dicens hos eſſe impedimento vſuum vitæ: hic verò nimirum Cicero ponit appendicem gratioſam, nempe Barbam donatam fuiſſe maribus hominibus, licet non ad vſum, tamen quaſi ad ornatum. Quapropter minus detrahit Cicero maieſtati ipſius Naturæ: magis verò ipſe Scaliger, quinimo hic eam deſpicabilē
B reddit, ac lacerat quaſi conuitio. Vt ſi in re dubia, atque probabili liberum ſit vnicuique iudicium, & aſſenſus, Ciceroni potiùs quàm Scaligero adhærere non dubitemus, àc hujus modo collatio non odium, ſed exercitationem intellectus ratiocinantis attingit. Homines humanē, ac humaniter ſentiant, & benigni benignē interpretentur. Sed perpendamus acriter magis opinionem Ciceronis exiſtimantis membrorum, ideſt, partium corporis alia propter eorum vſum à Natura eſſe donata, vt manus, crura, pedes: alia autem nullam ob vtilitatem, quaſi ad quendam ornatum, vt viris mammæ, atque Barba. Quæ opinio eſt prorſus erronea. Talem verò eſſe nunc indicabimus per argumentum, ac reſponſionem analogicam. Oſtendemus porrò illam eandem eſſe manifeſto falſam, vbi finem pro-
C prium Barbæ referremus ex mente noſtra. Veruntamen quoniam ſententiæ duorum grauiſſimorum virorum Plotini, & Auguſtini manuducunt ingenium noſtrū ad cognoſcendam falſitatem illius diuiſionis Ciceronianæ, ac illud ipſum illuminant, quaſi à tenebris in lucem deducentes vtriuſque ueriſſimā, & conſentientia dicta hic ſcripſiſſe non grauabimur, quæ proderunt maximè ad moderandas ingenij humani quandoq; liberiori impetu excurrentis in diuinorum operum conſideratione, uires & ratiocinium: in quo niſi adſit modus, neceſſariò irrepit error. *Doctiſſimū.* Et quemadmodum appetitus boni ſæpe labitur etiam in malum, ita mentis agitatio ad veritatem cognoſcendam, ſæpè ruit in falſitatem. A falſa autem aſſentione magis nos alienatos eſſe, quàm in cæteris rebus, quæ ſunt ſecundum Naturam
D Stoici arbitrantur, at ſcitiſſimè. Nam homo, & ad verum intelligendum, & ad bonū conſequendum natus eſt, cuius vtriuſq; imaginem, ueluti per umbram nunc uidemus peregrinantes, demum in patria conſequuturi, ſi piè ſanctè hic uiximus. *Humanæ ſpeciei finis.* Plotinum iam audiamus ex uerſione Ficini ita loquentem cap. 9. lib. 2. Ennead. 3. *Homo profectò tam pulcrum opificium eſt, quàm pulcrum eſſe poteſt, atque ita in mundo conſtitutus eſt, vt ſortem habeat potiorem quàm cætera, quæ in terra ſunt, animalia. Quandoquidem animalia etiam inferiora homine terræ afferentia ornamentum prudens nemo vituperat. Ridiculum namq; foret, ſi quis animalium naturæ detraheret, quòd hominem mordeant quaſi deceat homines ſecura prorſus ignauia viuere. Neceſſarium eſt autem hæc etiam eſſe,*

atque vtilitates, quæ ab illis prouenire poſſunt, partim per ſe euidentiſſimæ ſunt, partim verò ſi minus manifeſtæ ſunt, temporis longitudo demonſtrat, vt nihil in eis fruſtra ſit, vel quoad ſe, vel etiam quoad homines. Riſu verò dignum eſt, ſi quis propterea improbet, quod pleraq; animalium agreſtia ſunt, quippe cum homines etiam ſunt agreſtes. Quod ſi multa non parent homini, ſed diffidentia reluctantur, nihil mirum videri debet. Hucusq; Plotinus. Ex qua ſententia habemus ſpecies omnes mundi huiuſce ſenſibilis non ſolum habere finem proprium præter ornatum, ſed & referri omnes ad uſum ſpeciei humanæ, ac utilitatem. Hæc porrò utilitas homini contingēs licet ſingillatim omnium ſpecierum non ſit manifeſta; non propterea nobis mali accidit quicquam; ſed potius bonū nos ex huiuſmodi ignoratione conſequimur: nam ex collatione intellectus noſtri ad opera Dei cognoſcenda, vel ineptitudine noſtra bonum illud conſequimur percipiendi eo modo quo interim nobis datum eſt infinitam Dei ſcientiam, poteſtatem, atq; bonitatem ineffabilem, incomprehenſibilem. Et hæc una fortaſſis cauſa fuit cur mundus datus exiſtat ueluti ænigma: quod nemo homo unquam intelligat (niſi cui Deus reuelare uoluerit) dum eſt in hac terreſtri ciuitate. Sed conferamus, & argumētum analogiæ deducamus ex Plotini doctrina. In mundo magno, quem dicunt, ſenſibilem cunctæ ſpecies entium cedūt in uſum hominis, cum ipſe ſit princeps ac dominus. In mundo minori, ſeu paruo, qui eſt homo cunctæ partes cedunt in uſum eiuſdem hominis. Quæ profectò congruētia mihi eſt loco demonſtrationis, cum redundet in aſſertionem maieſtatis Naturæ, cuius ero ſemper aſſertor, nunquam deſertor. Exeat itaq; opinio Ciceronis, exibiletur, aſſeramusque omnia membra, ideſt partes corporis humani omnia propter eorum uſum homini eſſe donata, atque utilitates, quæ ab illis proueniunt, partim per ſe euidentiſſimæ ſunt, partim uerò ſi minus manifeſtæ ſunt, temporis longitudo demonſtrabit, ſperamusque nos in proximè ſequenti opere, quod publicabimus poſt huius libri editionem luce meridiana clarius Philoſophia noſtra indiuiduali Facierum eſſe oſtenſuros nullum accidens eſſe in corpore humano, abſque cauſa finali corporea. Obtinent enim accidentia omnia corporis humani qualiacunque, quantacunque ſint, & quandocunque appareant, finem corpori interraneum, non ad animam rationalem relatum, vt ſentiunt phyſiognomonici. Confutabimus, & argumentorum ſenſibilium vi, accidentia huiuſmodi eſſe, vt contingit in ſpecie humana, quod perperam arbitrantur Peripatetici, ac illa eſſe ex neceſſitate, vt aiunt materiæ. Dabimus, inquam, finem nos, & finem corporis pomæria non egredientem cæſietati oculorum, coloribus pilorum, læuitati aſperitati cutis, ac id generis accidentibus reliquis. Hæc eſt illa Philoſophia (vt ſcribimus nos) Indiuidualis, cuius commentaria ſurrepta nobis fuere ab hominibus iniuſtis, ne durius aliquid pronunciemus, dummodo ſit aliquid in homine iniuſtitia teterius, damnabilius, & diris omnibus magis execrandum vitium. Et hoc latrocinium præcipites nos egit, vt hæc qualiacunque ſunt exarata aduerſaria vigiliarum noſtrarum publicaremus, ſed proſequamur, ne irrationalis facti œſtro iniuriæ perciti, nos qui neminem vnquam hactenus, niſi forſan imprudenter læſimus, indignum homine effutiamus: poſtremò conſcientiæ acerrimo apud nos iudici, ac tortori ſæuiſſimo pœnas daturi. Audiamus nunc Auguſt. doctiſſimam, & pijſſimam ſententiam Plotinianæ ſuperiori conſentientem, & aliquanto illuſtriorem. Hæc lib. 1. tomi primi contra Manichæos dicebat.

Vtilitas quæ contingit homini ex ignoratione finis quarundam ſpecierum.

Subtil.

Autoris ingenuitas.

A B C D

Et dixit Deus, eijciat terra animam viuam ſecundum vnumquodq; genus quadrupedum, & ſerpentium, & beſtiarum terræ, &c. Solent Manichæi mouere quæſtionem

quæſtionem vt dicant: Quid opus erat, vt tam multa animalia Deus faceret, ſiue in aquis, ſiue in terra, quæ hominibus non ſunt neceſſaria, multa etiam pernitioſa ſunt, & timenda. Sed cùm iſta dicunt, non intelligunt, quemadmodum pulchra ſunt conditori, & artifici ſuo, qui omnibus vtitur ad gubernationem vniuerſitatis, cui ſumma lege dominatur. Si enim in alicuius opificis officinam imperitus intrauerit, videt ibi multa inſtrumenta, quorum cauſas ignorat, & ſi multum eſt inſipiens, ſuperflua putat. Jam verò ſi in fornacem incautus inciderit, aut ferramento aliquo acuto, cùm id male tractat, ſeipſum vulnerauerit, etiam pernitioſa, & noxia exiſtimat ibi eſſe multa. Quorum tamen vſum nouit artifex, inſipientiam, & verba inepta non curans officinam ſuam conſtanter exercet. Et tamen tam ſtulti ſunt homines, vt apud artificem hominem, non audeant vituperare, quæ ignorant, ſed cùm ea viderent, credunt eſſe neceſſaria, & propter vſus aliquos inſtituta. Jn hoc autem mundo, cuius conditor, & adminiſtrator prædicator Deus, audent multa reprehendere, quorum cauſas non vident, & in operibus, atque inſtrumentis omnipotentis artificis volunt ſe videri ſcire, quod neſciunt. Ego verò fateor me neſcire (animaduertite qui legitis, ingenuitatem Auguſtini, & animaduerſam imitemini) ego verò inquam fateor me neſcire, mures & ranæ, quare creata ſint, aut muſcæ, aut vermiculi: video tamen omnia in ſuo genere pulcra eſſe, quamuis propter peccata noſtra: multa nobis videantur aduerſa. Non enim animalis alicuius corpus, & membra conſidero, vbi non menſuras, & numeros, & ordinem inueniam ad vnitatem concordiæ pertinere, quæ omnia vnde veniant, non intelligo, niſi à ſumma menſura, & numero, & ordine, quæ in ipſa Dei ſublimitate incommutabili, atq; æterna conſiſtunt. Quod ſi cogitarent iſti loquaciſſimi, & ineptiſſimi, non nobis tædium facerent: ſed ipſi conſiderando omnes pulchritudines, & ſummas, & infimas Deum artificem vbique laudarent, & quoniam nuſquam offenditur ratio, ſicubi fortè ſenſus carnalis offenditur non rerum ipſarum vitio, ſed noſtræ mortalitatis meritis imputarent.

Exemplum.

A B C D

Hæc eſt illa ſententia Auguſtini omni nectare ſuauior, gemmis, & auro pretioſior vnicuique philoſophanti mandanda memoriter, ac quotidiè repetenda. Hęc docet nos affirmandi arrogantiam vitare, atque temeritatem fugere, quæ à Sapientia diſcedit plurimùm. Tirones audiant, intelligant. Corpus humanum eſt Dei officina, & animæ rationalis organum. Illud namq, effinxit Deus Opt. Max. & de limo terræ formauit, atque inſpirauit in faciem eius (quod myſterium ſuo loco iam explicauimus pro modulo ingenij noſtri) ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem. In qua Dei Opt. Max. officina, ſi quis adeo blaſphemus non erubeſcat fateri aliquid eſſe ſuperfluum, uel nō neceſſarium neceſſitate, inquam, officij, uſus, uel utilitatis, omnino is ferula Auguſtiniana dignus eſt, ac iure dicitur à nobis non ſolùm imperitus, verumetiam, & valdè inſipiens, niſi adhuc inſipientiſſimo quoque inſipientior. Næ quod nunc ſubijcimus, id omni vero exiſtit verius. Non ſenſu noſtro, ſed & maieſtate Naturæ quædam oportet dimetiri: & cogitatione animoq; comprehendere (niſi valeamus re) nihil vnquam ab

illa prudentiſſima, ſapientiſſima, & maximè potenti, cum ſit ordinaria Dei poteſtas, ac eius imago quædam ſapientiæ nihil vſquã, & vnquam (dicimus) vel ocioſum, vel vanum ab eadem factum, conformatum fuiſſe. Quando, & in operibus artificioſis, nihil eſt præter artem. Cæterùm hoc argumentum deſumptum à congruentia mundi parui hominis, & magni huiuſce ſenſibilis non aſpernabuntur ſanæ mentis homines, quam ſi negare audeant, eos nullam frontem habere, & in rerum cognitione leuiſſimè eſſe verſatos ſatis conſtabit. Mox ſi negent cognitionem noſtram, quæ ab Entibus dependet, ac vt altiùs ſupra ſenſus ſeſe erigat in ſublimitatem ratiocinij elata, ab ijs nihilominus ordiens auſpicatur; ſi negent, inquam, cognitionem noſtram longè inferiorẽ eſſe ipſa agitatione Naturæ in ſuis operibus conformandis adminiſtrandis, eiuſdem effectus parum, vel craſſè nimis animaduertiſſe videantur, cuius laudes prædicari, quantum patitur humana conditio, ſi quis eſt delicatus adeò, vt ægre ferat, næ ille monſtrum exiſtit, ac præter naturam conformatus fuerit. Veruntamen tentemus afferre argumenta quoq; alia perſuadentia Barbam propter vſum aliquem à Natura conformatam, & nobis datam fuiſſe. Illa porrò à loco, & loci dignitate, à tempore, & à ſpecie. Nam vt primùm de loco dicamus, nemo negauerit Faciem vnam eſſe ex partibus noſtri corporis externis, quæ ſpeciem habeat honeſtam (modò vera ſit opinio Ciceronis, & Galeni, qui hanc diuiſionem nobis reliquerunt ad partes corporis noſtri, nimirum alias eſſe ſpeciei honeſtæ, alias verò deformis aſpectus, & formæ, vtimur interim Ciceronianis verbis, quam diuiſionem alibi expendemus) quod ſi dignitatem habeat Facies, & dignitatis velut gradus, & ordines aliqui exiſtãt, illa inter honeſtas partes honeſtiſſima omnium, atque digniſſima meritò cenſeatur, cùm in ipſa ſint poſita organa ſenſuum potiora rationalis animę internuncij, ſtipatores egregij, & in eadem facie quaſi ſpeculo reluceat modo quodam ineffabili totius ferè animæ maieſtas, nutus, vis agitatio, & adminiſtratio, veluti aliàs declarare loco magis proprio conabimnr, nunc indicaſſe tantùm ſufficiat. Quibus poſitis non video ſane quomodo, & pertinaciſſimi, & ſtupidiſſimi quiq; (modo ſit vlla frons hominibus) fateri non cogantur Barbam vſum aliquem habere debere. Hoc autem niſi fuerit, næ indignum aliquid in parte digniſſima perpetrauerit, & ſui tunc maximè oblita fuit, quando minimè omnium oportebat. Sed huius ordinis homines ij ſunt, paululum ſupra ſenſus euecti ruditer philoſophantur: & in monumentis priſcorum præceptorum euoluendis penſitandis oculorũ non mentis operam adhibuerunt. Audiant Plinium. *Naturæ rerum vis, atq; maieſtas in omnibus momentis fide caret: ſi quis mudo partes eius, ac non totam complectatur animo. intelligant, illius moderationem animalium omnium, quæ noſci potuere. Natura generatim membratimq́; ita ſe habeat.* Sunt nimirum aliqua in hoc Naturæ nunquam ſatis admirando theatro ſingulari cuipiam homini occulta: Sunt, & aliqua ſpeciei vniuerſæ humanæ ignota, quorum ſcilicet naturam non valeat vnquam attingere mens humana; atque horum etiam incomprehenſibilium rationalis meditatio non eſt ocioſa, cùm propterea cognoſcamus doctiſſimam illam ignorantiam, ſcilicet ſciendi ea quæ neſcimus: Sic harum indagatio ſubtilitatum, vt ille ait, etſi non eſt vtilis ad machinas farinarias conficiendas, exuit animum tamen inſcitiæ rubigine, acuitque ad alia: eo deniq́ue ſplendore afficit, vt præluceat ſibi ad nanciſcendum primi opificis ſimilitudinem. Qui vt omnia plenè, ac perfectè eſt, ac præter, & ſupra omnia: ita eos qui ſcientiarum ſtudioſi ſunt, ſuos eſſe voluit: ipſorumque intellectum rerum dominum conſtituit. Aliud eſt à Tempore argumẽtum, quod vel ſingulare valeat ad aſſerendum Barbæ eſſe nempe vſum aliquem.

Videmus

In Artefactis nihil eſt præter Artem.

Monſtrum eſt homo, qui abhorret laudes Naturæ maieſtati datas.

Facici dignitas.

Plin. lib. 7. hiſtor. cap. 1.

Doct. Ignorantia vtilis.

A tempore.

A

B

C

D

Videmus enim illius inchoamenta prodire certis quibuſdam definitis temporibus,quorum libratio momentorum Deo creatori præſertim eſt conſpicua, & eius firmata conſilio. Audiant increduli Claudianum viuidiſſimum ingenium, atque inter cæteros eius ordinis viros non aſpernandum, cum ad omnia natus eſſe videatur.

Nam cùm diſpoſiti quæſiſſem fœdera mundi
Præſcriptuſq; mari fines, anniq; meatus
Et lucis noctiſq; vices: tunc omnia rebar
A *Conſilio firmata Dei: qui lege moueri*
Sidera, qui fruges diuerſo tempore naſci
Qui variam Phœbem alieno iuſſerit igne
Compleri, Solemq; ſuo: porrexerit vndis:
Littora, tellurem medio librauerit axe.

Deus Creator, ſiue Natura eius adminiſtra, & rectrix certum ſpecificum tempus enaſcendi præſcripſit Barbæ quemadmodum, & reliquis mundum cæleſtem, & ſenſilem complentibus, propter certum, & ſpecificum finem, in quem hominibus ab illa incomprehenſibili Sapientia fuit donata. Hic eſt ille numerus, quem innuit ſapiens, dicens: *Creauit Deus omnia pondere, numero, & menſura.* Non eſt abſq; B myſterio diſpenſatio temporis, cui cuncta creata ſubijciuntur: vtinam intelligeremus. At ſapere oportet ad ſobrietatem. Tertium argumentũ erat a ſpecie, quod nunc declaramus. Videre licet pilos omnes reliquos vniuſcunque cenſus, & vbicunque poſiti ſunt, vſum habere, & homo hiſcat ineptus aliquos pilos barbales vſum non habere. Fuitne vſque adeo rudis, aut impotens, vel proprij inſtituti, ac muneris oblita Natura, cùm id generis pilos conformaret, meditaretur, promoueret ad certam quantitatem, & præſtitutam? neque enim creſcunt indefinitè pili Barbæ, ſed ij exiſtunt alteri, qui à cæſarie creſcunt prolixi, ſenſu aſſertore, ac Doctore Ariſtotele, veluti aliàs docuimus. An habeant vſum reliqui pili, & quorum- C cunque locorum palam conſtabit, ſi homines paullò peruicatiores conſulant priſcorum monumenta virorum: qui pilos pectoris, dorſi, hippocundriorum, alarum artuum conſiderauere, neq; ſimpliciter, at iuxta qualitatem, quantitatem, quarum differentias pilis peculiares alibi narrauimus adhuc & ſubindicauimus Pilorum Morbos dãdos eſſe alicubi locorũ, vel aliquando. Non enim omnia vna ætate proueniunt. Inſuper ijdẽ viri citum, vel tardũ egreſſum non neglexere ab omnibus deſumẽtes inditia tẽperierũ corporis humani, in quarũ tẽperierũ latitudine adeò euariat ſpecies humana, vt ad eaſdem liceat Vergiliana illa carmina ſubſcribere.

Sed neque quam multæ ſpecies, nec nomina quæ ſint
Eſt numerus: neque enim numero comprehendere refert:
D *Quem qui ſcire velit, Lybici velit æquoris idem*
Diſcere quàm multæ Zephiro turbentur arenæ,
Aut, vbi nauigijs violentior incidit Eurus
Noſſe, quot Ionij veniant ad littora fluctus.

Quem vſum indicatricem pilorum cùm animaduertiſſem, non potui non admirari hominum peruicatiam, aſſerere non erubeſcentium, omnino pilos barbales vſu deſtitutos eſſe. Præterea niſi illud meminiſſem, quod populariter fertur

Non omnia poſſumus omnes

deſideraviſſem in Galeno hanc diligentiam, vt recenſuiſſet Barbæ pilorum vſum in opere ſuo de arte medica, ac cæteris voluminibus, quorum nullam fecit mentionem niſi duobus in locis, quantum noſtra nunc fert memoria. Veruntamen

nulla

Argumentum tertium

nulla eſſet in poſteris agitatio mentis propria, niſi ſeruilis, vbi cuncta ſcibilia prio-
Doctiſſimũ. res agnouiſſent. Diſpenſauit Natura vnicuique ætati hominum certam quan-
dam cognitionis portionem ſuiipſius. Hinc varijs temporibus certa quædam
ſcientiarum additamenta, & inuenta prodire animaduertimus. Et vbi fatendum
ſit ingenuè quid quiſque ſentiat, nullam ætatem extitiſſe arbitramur, in qua non
fuerint eminētiſſima ingenia, vel Artium, vel Scientiarum, quæ niſi floruerunt po-
pulari fama, extiterunt ſanè: Cōſenuerunt quidem plura, atq; in tenebris vitio eo-
rum, quorum intereſt id generis negocia curare, ij tamen viri Aſpendium imitan-
Doctiſſimi tes Muſis, & ſibi non inſuauiter vixerunt. Habemus noſtra ætate ſi qua alia vn-
viri qui no- quam fuere, ſublimia ingenia nulli priſcorum poſtponenda. Dicam de noſtris tan-
ſtra florent tum, ſed, & cæteræ regiones proprium habent decus, & ſtemmata. Piccolhomi- A.
ætate. neum, Pendaſium, Montecatinum, Vliſſem Aldrouandum (ſunt forſan & alij, lo-
Philoſophi. quor de mihi interim cognitis) quis non admiratur tanquam totius philoſophiæ
Mathematici. lumina? Clauius, Maginus conterraneus, & familiaris à prima ætate meus repræ-
Hiſtorici. ſentant omnibus numeris Archimedem, Ptolomeum, Euclidem, præſtantiſſimos
viros mathematicarum ſcientiarum: quorum etiam gloriam glorioſiſſimis inuen-
tis non parum perſtrinxere. Sed Tychonem Brahe virum ſuper omnia etiam cel-
ſiſſima exempla genitum quis tacitum prætereat, abſq; iniuria totius Aſtrologiæ?
quam Heros hic reparauit aliquouſq;, dum Friderico Secundo Daniæ Regi inſer-
uiret. At huius viri ſcripſimus nos Elogium, propterea conſultò plura eiuſdem re- B
ticemus. In Hiſtoria vtriuſq; generis cùm ciuili, tum Eccleſiaſtica, quis ingenij
acrioris homo requirat veteres illos, vbi legerit Maphæum, & Baronium, quem
vnum hunc Varronem eccleſiaſticum dicere ſoleo. Is ambiguam ſui ipſius admi-
rationem omnibus ętatibus inſinuauit, ambiguam diximus nam certè neſcias om
nifariam eruditionem, an ſolidam doctrinam potius admirari debeas, cum vtraq;
in ipſo eluceat ſuprema, & hoc vnum illud eſt inter cætera præcipua, quod & nos,
& poſteri debeant CLEMENTI Pontif. Max. huius nominis OCTAVO, cùm
renuntians ipſe Baronium in Purpuratorum Patrum ordinem celſiſſimum præ-
monſtrauerit aliquatenus, quò conuertenda ſint ora Procerum omnium. Timuiſ- C
ſem notam hominum maleferiatorum in recenſione huius viri, niſi me & mens
Medici. mea, & illius clariſſima defenderent monumenta. Noſtri cenſus medici viros cla-
riſſimos, atque interea temporis in Medicina faciunda regnantes non prætermit-
temus, qui veluti nouimus nos, aut ex familiaribus colloquijs, aut ex eorum ſcri-
ptis, nulli ex priſcorum ordinibus debeant ratione poſtponi, ij verò ſunt. Andreas
Ciſalpinus: Horatius Augenius: Hieronymus Fabricius ab Aquapendente: Hie-
ronymus Barbera: Felicianus Bettera: Laurentius Longus: hic Medicus apud Se-
reniſſimum Vincentium Gonzagam Mantuanum Ducem ſtat præcipuus, & in vr-
be ipſa: quibus adnumerare oportet Marcellum Donatum, adhæc Torniellum.
Regnant pariter Heroes Patauini tota Europa celebres Aemilius Campolongus: D
Hercules Saxonia: Alexander Vigontia Iulij clariſſimi Iuriſperiti filius Patritij or-
dinis viri, & cenſus Phyſici, atq; Medici inter cæteros mortales pręcipui. Andreas
Baccius: Hieronymus Rubeus Rauennas operum ſuorum teſtimonio vigent vi-
gebunt nobiliſſimi: Rubeum Rauennatem nouimus nos cùm in Philoſophia,
& Medicina doctiſſimum, tùm in cæteris omnibus ſtudijs humaniſſimum.
Quid? Quod nonnè Clariſſimus pariter viget, vigebit apud ipſam poſteritatem
monumentorum ſuorum Phyſicorum, & Medicorum occaſione Ioannes Franci-
ſcus Vlmus conſanguineus meus? Cæterùm digreſſioni huic noſtræ, cùm vtili,
tum debitæ modum imponentes regrediamur in viam, dicentes vnicuiq; palam

conſtare

conſtare Barbæ vſum aliquem eſſe debere, nam id ſuadent vehemẽter argumẽta deſumpta, veluti retulimus, à loco, & loci dignitate, à tempore, à ſpecie? Vſum tamen Barbæ Cicero negauit, qui lib. 3. de Oratore ſcripſerat in hanc ſententiam. *Referte nunc animum ad hominem, vel etiam cæterarum animantium formam, & figuram: nullam partem corporis ſine aliqua neceſſitate affictam, totamq́; formam quaſi perfectam reperietis arte, non caſu. Quid in arboribus, in quibus non truncus, non rami, non folia ſunt denique niſi ad ſuam retinendam conſeruandamq́; naturam?* Et hæc ſanè phyſica prorſus eſt ſententia viro digna doctiſſimo, qualis fuit Cicero, non tantùm oratione felix, ſed & mente validus, atque illa ipſa variè plurimumq; exercitata. Qui non *Diuiſio communis.*

A ſenſu penitiori, ac mente, ſed verbotenus philoſophantur, ac ſibi ſapere vidẽtur, & cortice adhuc natantes, pulcherrimam illam diuiſionem præferrent dicentes eorum quæ ſunt in corpore, alias eſſe ipſius partes veras, alias verò non exiſtere veras partes: cuiuſmodi ſunt eæ prodeuntes à neceſſitate materiæ, cuius cenſus exiſtit pilus, excrementum, non pars, & ſi pars, ea excrementitia materiaria penitus, ac vſus nullius, ad quem cenſum reducenda eſt Barba, quia tota pilus eſt. Quam doctrinam pace illorum dictum ſit, non accipimus: popularis enim exiſtit, *Confutatio.* & erronea prorſus. Pilus enim exiſtit corporis pars, & maximè neceſſaria, veluti ſuo loco docebimus, atq; neceſſitas illius eſt ab vſu, & officio, quod habet in corpore non à materia, vel eius vt aiunt, neceſſitate. Dedit pilum natura corpori hu- *Pilus eſt neceſſarius pp Finem, quẽ habet.*

B mano propter vſum, ac eum nõ ſimplicem veluti aliquatenus indicatum hucvſq; fuit pluribus argumentis, ac præſertim per rationem deducẽtem ad impoſſibile, vel abſurdum innixam ipſius naturæ maieſtati, quæ cum ſit Dei ordinaria poteſtas, ac eius imago ſapientiæ omnia propter finem aliquem agit, ac pręſertim nobiliſſimè id præſtat in corpore humano animalium omnium digniſſimo. Hunc *Naturæ elogium.* vſum, cuius doctrinam ſumus nos allaturi proximè ſubſequenti libro, ignorarunt Peripatetici, ac præceptor cõmunis Ariſtoteles, prætereà, & qui ſubſequuti ſunt hactenus phyſici omnes cuiuſcunq; nationis, quorum commentaria ad manus meas peruenire potuerunt, atque ob ignorationem huius vſus, vel officij Ariſtotelis doctrina, lib. 5. de generat. Animal. probari non poteſt, & accipi ab homini-

C bus ingenuè rationaliq; anima philoſophantibus, qui verò ſeruiliter, ac anima irrationali perturbationibus rapti exercentur à phyſicis contemplationibus addicti, factionibus, ſectis, magiſtros in quorum verba iurarunt, hæc ferre non poterunt. Subiungemus adhuc propter vſus, vel officij huius ignorationem Galeni doctrinam, quæ legitur cap. 10. lib. 1. de vſu part. mancam, & inſufficientem, quod aiunt, exiſtere & aſſeremus nihilominus veram. Cuius tamen Galenicæ doctrinæ origo fluit ab Ariſtotele communi præceptore. Tacemus interim ſententiam noſtram conſultò, quæ proximè ſubſequenti libro publicabitur, & iuxta tale principium docebimus luce meridiana clarius omnia quæcunque, qualiacunq;, quantacunque, quandocunque, quomodocunque ſint in corpore noſtro habere offi-

D cium, vſum, vtilitatem, vel finem dicas, illumque omnino eximium intra pomeria corporis conſiſtentem: ita conſtabit veram eſſe non poſſe doctrinam Ariſtot. lib. 5. de generat. animal. Scriptam, vbi præceptor concedit maximo Naturæ dedecore publicato, aſſeuerato (vt ei licuit) affectiones nonnullas eſſe, vt contingit, quod maximè (ait) in hominibus contingit, cuius opinionis errorem niſi indicẽ, eumque confutem allata veritate aſſerant me homines phyſici omnibus, & inſaniſſimis adhuc inſaniorem. Quapropter ferant ij, quod nos & conſultò, & maxima ratione coacti differimus. Nunc regredientes in viam dicamus parumper de ornatu, cuius gratia dedit Barbam Natura hominibus velut ſcripſerat Cicero.

Digitized by Google

Op. Auguſt. de Fine Barbæ.

Hanc ſententiã pariter Aug. aſſeruit, vel accepit, cũ lib. 22. de Ciu. Dei, c. 24. dicat.
Sunt verò quædã ita poſita in corpore, vt tantummodo decorẽ habeant, non ẽt vſum,
ſicut habet pectus virile mammillas; ſicut facies Barbã, quã non eſſe munimento, ſed
virili ornamento indicãt puræ facies fæminarum, quas vtiq; infirmiores viris muniri
tutius conueniret.

Barbę Finis eſt ornamentum ad Galeni mẽtem.

Gal. qui vſum aliquem Barbæ ſcripſit eſſe præterea illam quoq;
ipſam ornamẽtum dare voluit dicens lib. 11. de V. P. c. 14. Porrò quod neceſſe ſit,
naturã ex abundanti nonnunquã pulchritudinẽ aſſequi, intelligunt ij, qui naturæ
opera perſcrutantur. Quod cum nunquam ſuperiori ſermone docuerim, de eo di-
cẽdum nunc mihi maximè putaui. Nam pili qui ad malas proueniunt, non modo A
genas operiunt, verum etiam decus, atq; ornamentũ adferunt. Venerabundus, &
magis mas apparet, idque potiſſimum ſi ætatis progreſſu pili vndique ei pulchrè
circumfundantur, & quæ ſequuntur. Lactantius Firmianus in lib. de opificio Dei
Barbam inſeruire præter fines alios à ſe ſcriptos, vt ornamentum tradat, memo-
riæ mandauit, quemadmodum in eius recenſenda opinione conſtabit. Summa
ſummarum omnes cùm Phyſici, tum qui inſecuti ſunt, Medici, hanc ſententiam
acceperunt vnanimi conſenſu, ſcribentes Barbam eſſe donatam homini à natura
propter ornamentum. Quid autem ſibi velit hæc vox ornamentum, nemo ſatis
docet, cùm nihilominus latè pateat, ac plura ſignificet, veluti conſtat ijs qui ver-
ſati ſunt in Latino ſermone, nobis etſi patrio, attamen quæ eſt rerum viciſſitudo B
nunc peregrino extero, ſeu pluſquam extero. Galenus cap. 13. libri iam citati
exemplo ab artibus petito, videtur nos docere cuiuſmodi ornamẽtum ſit Barba,
vel ipſa noſtro ſexui afferat: quod nunc ſubiungimus ex verſione Nicolai Rogij
Calabri, vt vnuſquiſque genio ſibi proprio cenſere, ac elicere valeat Galeni do-
ctrinam. Cæterùm quo pacto Natura earum etiam pulchritudini præuidit (nam
id quoque ex abundanti facere conſueuit, nullam partem impolitam, neque *illa*-
boratam, aut ſine rythmo, ac lepore relinquens) id iam conſideres, licet. Quem-
admodum enim boni artifices præter opus inſtitutum artem ſuam oſtentant, ver-
bi gratia in clauſtris, ſeu obicibus, clypeis, & plerunque in enſium capulis, ac nõ-
nunquam etiam in phialis, ornamentum quoddam, ac ſtatuarium opus aliquod, C
quod ad vſum partis nihil pertineat, aut hederam quanuam, aut vites flexuoſas,
aut cypariſſum, aut id genus quiduis inſculpentes, ſic & Natura ex abundanti
omnia membra, eaque potiſſimum hominum exornauit. Quæ ornamenta multis
in partibus clarè apparent, obſcurantur tamen aliquando ab ipſius vtilitatis ſplẽ
dore. In auribus certè manifeſtè apparet; quemadmodum (ni fallor) & in cute
extremi pudendi, quam præputium appellant: item & in ipſis natium carnibus.
Euidenter autem partis ipſius turpitudinem, ſi nuda carnibus fuiſſet, ſimiam con
ſpicatus, agnoſces. In oculo porrò tametſi omnibus his longè ſit præſtantior pro
nihilo ducitur pulchritudo: quod ipſius vtilitas valdè eſt admirabilis. Contem-
nitur, & naſi ornatus, & labiorum, & aliorum ſexcentorum, quod ipſa vtilitatis D
pulchritudo, aſpectus voluptatem multum ſuperat. Quod ſi exiguum quiddam
de labijs, aut naſi alis fuerit abſciſſum, dictu difficilè fuerit, quam deformis fa-
cies tota ſit futura. Sed hæc omnia (vt dixi) à Natura non primo ſcopo, ſed velut
operis additamenta, ac ludicra fuerunt facta. Quibus verò ipſa maximè incum-
bit, & in quæ ſemper intuetur ſunt ea quę ad actiones, atque vtilitates pertinent.
Diximus enim antea, quinam actio ab vtilitate differret, tùm quòd conſtructio-
ne quidem, ac generatione prior eſt partis actio: dignitate verò prior quidem eſt
vtilitas: actio autem poſterior. Demonſtrauimus autem, & quod vera pulchritu-

do

do ad vtilitatis ſucceſſum, ac bonitatem refertur, tum quod primus partium omnium conſtructionis eſt vtilitas. Quæ Galeni doctrina modo venit à nobis expendenda, & pro viribus ingenij vtinam verum attingentibus, quemadmodum collimantibus. Capiti huic, qui præceptoris orationem per capita (vt aiunt) diſtribuere, appoſuerunt id generis rubricam. *Naturæ, & artificum collatio in partium decoratione.* Sed antequam ad examinationẽ huiuſce Galenicæ ſententiæ propius accedamus operæpretium eſſe arbitramur docere quid ſit vera, vt ait interpres pulchritudo partis, quam nos vel phyſicam, interdum officialem pulchritudinẽ appellare ſolemus, nam exit ab officio, vſu & vtilitate, non ſecus ac riuus è fonte, ſeu crypta, vel ſcaturigine fluit, atque dimanat. De hac officiali pulchritudine audiamus Galenum præceptorem in eiuſdem operis lib. 1. cap. 9. ita loquentem. Palam eſt quod ea corporis noſtri conſtitutio eſt optima, quæ omnes habeat particulas, vtilitatem ad organorum functiones ſufficientem à ſeipſis præbentes. Digitorum enim ait εὐφυΐα eſt, vt id magnum ſit, quod in medio eſt: magnusq; digitus indici opponatur. Quod ſi roges quapropter? promptam habes ſcriptam reſponſionem. Nam in corporatura, inquit, omnia conſentiunt: omnes verò particulæ vniuſcuiuſque partis ad eius functionem. Igitur partis noſtræ manus videlicet, quæ eſt actio? Sanè eſt apprehenſio. Sed quo pacto ad hanc digiti omnes conſpirabunt, niſi & magnum id habuerint, quod in medio eſt, & magnus indici oppoſitus fuerit? Ita enim omnia, quæ manus per eos obibit, probe peracta fuerint. Igitur oculorum quoque, & narium εὐφυΐαν, ſi quæras, inuenies, ſi cum actionibus ipſarum iunxeris, ſimulque expenderis conſtructionem. Ipſa enim εὐφυΐας veræq; pulchritudinis diſcernendæ regulam, menſuram, iudiciumq; tibi præſtatura eſt. Vera enim pulchritudo aliud nihil eſt, quam conſtitutio optima, quam actionibus explorabis non albedine, vel mollitie, vel id genus alijs, per quæ non natiua, non vera, ſed fucata, adulterina pulchritudo oſtẽtatur. Quo fit vt alia quidem corpora mango, alia verò Hippocrates laudaturus ſit, neque apud Xenophontem iocari Socratem fortaſſe putas, ambigentem de pulcritudine cum illis, qui ætate ſua formoſiſſimi videbantur: is autem ſi ſimpliciter loquimur, neq; referret ad actionem, & ſi omnem pulchritudinem impediret, forſan vtique ſolum iocaretur: ſed quoniam toto illo ſermone pulchritudinem conſtructionis particularum refert ad actionis bonitatem, nequaquam ipſum tantummodò iocari, ſed etiam ſerio loqui æſtimandum eſt. Hæc namque Socratis Muſa fuit, vt ſeria iocis ſemper immiſceret. Hucuſque Galenus. Ex qua ſententia colligere vnicuiq; licet, quod ſanè veriſſimum exiſtit, atque à phyſicis omnibus pari conſenſu aſſeueratum: pulchritudinem unam eſſe in animalibus, eorumq; partibus à fine manantem; quam obtinent animalia eorumque partes, vbi illud præſtant, in quod creata fuere ab ipſa Natura. Hæc cùm ſit in toto, & parte, differatq; vſus ab actione, varijs nominibus poterit nominari. Genericè principio dicitur pulcritudo finis, vel finalis: mox pulcritudo totius, uel totalis: adhæc pulcritudo partis, uel particularis: poſtremo pulcritudo actionis, uel actionalis: & pulcritudo uſus, utilitatis, officij, uel pulcritudo officialis. Ferant id generis nomina critici, & cenſores latij iuris quando nobis propoſitum eſt rem, & quid ſentimus, explicare, non autem dicendi pompam, & ſupellectilem oratoriam adferre: qui nec ij ſumus, ut ualeamus, nec interea fert materiæ ratio. Admonemus nunc tyrones phyſici negocij pulcritudinẽ generico ſignificatu acceptam finis, uel finalem ineſſe cunctis à natura creatis cùm ſimplicibus, tum cõpoſitis (omittimus interim ipſius mundi intelligibilis naturam nunquam ſatis admirandam, nunquam ſatis comprehenſam)

Digreſſio de pulchritudine vera, & fine.

A *Pulchritudo vera, & phyſica eſt à Fine.*

B

C

D *Pulchritudinis phyſicæ diuiſio.* *Pulchritudo totius, vel totalis.* *Pulchritudo partis, vel particularis*

ſam) quæ pertinent ad hunc mundum ſenſibilem, cuius nos peregrini habitatores exiſtimus, patriam illam cęleſtem anhelantes. Finem uerò, & bonum, ac pulcritudinem omnium horum quæ ſunt in orbe ſublunari non intelligit homo, neq; forſan intelligere ualet humana ſpecies, quorumcunque ſcilicet ſingularium hominum etiam ſingulariter, quod eſt dictu eximiè philoſophantiũ chorus ex ętatibus omnibus præteritis, noſtra & futuris. Hanc pulcritudinem finis bonitati iuſtitiæ æquipollentem Platonicus ille lib. de anima, & dæmone docebat, nouit optimè ingeniorum apex Mazonius, & ſcripſit in lib. 1. de comparatione Platonis, & Ariſtotele, opere nũquam ſatis laudato, laudandoue, cui Herculi ſcientiarum Deus Opt. Max. concedat, obnixè pièque rogamus, concedat, inquam, otium decorum nullis turbulentijs interruptum, contaminatum, vt valeat noſtra, & poſteritatis ingenia eo, quo cępit, lumine genitali illuſtrare, fouere ad ueritatem rerũ abſtruſam percipiendam, perceptam cognoſcendam. At redeamus vnde ſumus digreſſi. Hanc pulcritudinem finalem reſpiciens Plotinus dicebat Ennead. 3. lib. quinti cap. 1. Ficino interprete. A

Proclus.

Elogium Iac. Mazonij patricij Caſenatis.

Quod turpe eſt, id naturæ Deoq; contrarium. Natura enim pulcrum ſpectans agit; ſpectat autem determinatum, quod quidem in boni ordine collocatur: indeterminatum verò turpe eſt ordiniſq; contrarij, ſed origo naturæ inde dependet, à bono, atque pulchro. B

Ciceronis opinio de partium turpitudine, & Galeni.

Huius modo pulcritudinis finalis occaſione non poſſumus accipere doctrinam Ciceronis, (cui videtur ſubſcripſiſſe Galenus in præſenti capite,) traditam in lib. 1. de officijs in hanc ſententiam.

Principio corporis noſtri magnam natura ipſa videtur habuiſſe rationem, quæ formam noſtram, reliquamq; figuram, in qua eſſet ſpecies honeſta eam poſuit in promptu. Quæ autem partes corporis ad naturæ neceſſitatem datæ aſpectum eſſent deformem habituræ, atque formam, eas contexit, atque abdidit. Hanc Naturæ tam diligentem fabricam imitata eſt hominum verecundia. Quæ enim Natura occultauit, eadem omnes, qui ſana mente ſunt; remouent ab oculis, ipſiq; neceſſitati dant operam, vt quàm occultiſſimè pareant, quarumq; partium corporis vſum ſunt neceſſarij, eas neque partes, neque earum vſus ſuis nominibus appellant: quodque facere turpe non eſt, modò occultè, ſed dicere obſcœnum eſt: itaque neque apertè actio rerum illarum petulantia vacat, nec orationis obſcœnitas. Nec verò audiendi ſunt Cynici, aut ſi qui fuerint Stoici pene Cynici, qui reprehendunt, & irrident, quod ea quæ turpia non ſunt verbis flagitioſa dicamus, illa autem quæ turpia ſunt, nominibus appellemus ſuis. Latrocinari; fraudare, adulterari turpe eſt, ſed dicitur non obſcœnum; liberis dare operam re honeſtam eſt, nomine obſcœnum: pluraq; in eam ſententiam ab eiſdem contra verecundiam diſputantur. Nos autem naturam ſequamur, & ab omni quod abhorret, ab oculorum auriumq; approbatione fugiamus. C D

Ex qua ſententia Ciceronis habemus partes aliquas noſtri corporis habere formam, atque figuram honeſtam, & has eſſe in promptu: aliquas verò habere formam, & adſpectum deformem eſſeq; in abdito, cui ſententiæ manifeſte (niſi fallimur)

ſallimur) ſubſcripſit Galenus cap. 1. iam relato, quando inquit. Quæ ornamenta multis in partibus clarè apparent, obſcurantur tamen aliquando ab ipſius vtilitatis ſplendore. In auribus certè manifeſtè apparet, quemadmodum (ni fallor) & in cute extremi pudendi, quam præputium appellant: item & in ipſis natium carnibus. Euidenter autem partis ipſius turpitudinem, ſi nuda carnibus fuiſſet, ſimiam conſpicatus agnoſces. Ecce quomodo aſſerat podicem partem eſſe formæ, & aſpectus turpis, vel deformis, cui turpitudini occultandæ inſeruit natium tumor: conſenſus Galeni adhuc clarior cap. 3. lib. 14. de Vſu Partium, vbi tractat vteri phyſiologiam, quem locum conſultò prætermittimus. Hanc doctrinam pa-
A ce tantorum virorum admittere non poſſumus, quia ſi partes omnes corporis noſtri habent finem, conſequenter dici poterunt adhuc bonæ, & pulcræ. Cynicis attamen, & Stoicis illis penè Cynicis non aſſentimur. Confitemur enim aliquas partes noſtri corporis eſſe turpes non forma, & figura corporea, vt videtur velle Cicero, non officio vel fine; ſiquidem vtriuſque occaſione omnes & ſingulæ partes exiſtunt pulcherrimæ, vel ipſo Ciceronis teſtimonio, vt dicemus. Sed confitemur eas eſſe turpes, aut inditio, vt explicauit doctiſſimè Auguſt. lib. de Ciuit. Dei, aut relatione, vt dicemus nos ad animam rationalem. Quæ inferius à nobis explicabuntur nunc ex Cicerone ipſo teſtimonium reddituris omnes partes corporis noſtri eſſe pulcras, nullas conſequenter dici poſſe turpes. Hoc verò teſtimo-
B nium legitur lib. 3. de Orat. vbi aſſerit orationis leporem, ac ſuauitatem naſci ab vtilitate, ac neceſſitate, cuius hæc eſt doctiſſima, & nectarea ſententia, quam non piguit ſcribere in tyronum gratiam circumciſo, ita labore nimio locũ exquirẽdi.

Sed vt in pleriſq; rebus incredibiliter hoc Natura eſt ipſa fabricata, ſic in oratione, vt ea quæ maximam vtilitatem in ſe continerent, eadem haberent plurimum, vel dignitatis, vel ſæpè etiam venuſtatis: incolumitatis, ac ſalutis omnium cauſa videmus hunc ſtatum eſſe huius totius mundi, atque naturæ rotundum, vt cœlum, terraq; vt media ſit, eaq; ſuaui nutuq; teneatur: ſol vt circumferatur, vt accedat ad
C *brumale ſignum, & inde ſenſim aſcendat in diuerſam partem: vt luna acceſſu, & receſſu ſuo Solis lumen accipiat, vt eadem ſpacia quinque ſtellæ diſpares motu curſuq; conficiat. Hæc tantam habent vim, vt paulum immutata cohærere non poſſint; tantam pulcritudinem, vt nulla ſpecies ne excogitari quidem poſſit ornatior. Hic admonemus interim lectorem obſeruandam eſſe illam vocem comparatiuam (ornatior) nam pertinet ad intelligendam vim nominis ornatus, cuius cauſa ſcripſerat Cicero Barbam homini à natura fuiſſe donatam. Referte nunc animum ad hominum, vel etiam cæterarum animantium formam, & figuram, nullam partem corporis ſine aliqua neceſſitate affectam, totamq; formam quaſi perfectam reperietis arte, non*
D *caſu: Quid in arboribus? in quibus non truncus, non rami, non folia ſunt deniq; niſi ad ſuam retinendam, conſeruandamq; Naturam: nunquam tamen eſt vlla pars niſi venuſta. Linquamus Naturam, arteſq; videamus. Quid tam in nauigio neceſſarium quàm latera, quàm catena, quàm prora, quàm puppis, quàm antenna, quàm vela, quàm mali, quàm reliqua, quæ tamen habent in ſpecie venuſtatem, vt non ſolùm ſalutis, ſed etiam voluptatis cauſa inuenta eſſe videantur. Columna, & templa,*

& por-

& porticus ſuſtinent, tamen habent non plus vtilitatis, quàm dignitatis. Capitolij faſtigium illud, & cæterarum ædium non venuſtas, ſed neceſſitas ipſa fabricata eſt. Nam cùm eſſet habita ratio, quemadmodum ex vtraq; parte tecti aqua delaberetur: vtilitatem templi, faſtigij dignitas conſequuta eſt, vt etiam ſi in cælo Capitolium ſtatueretur, vbi imber eſſe non poſſet, nullam ſine faſtigio dignitatem habiturum fuiſſe videatur. Hoc in omnibus item partibus euenit, vt vtilitatem, ac propè neceſſitatem ſuauitas quædam, & lepos conſequatur.

Quomodo partes aliquæ noſtri corporis poſſint dici turpes?

In hac porrò ſententia obſeruamus vbertatem illam Ciceroni familiarem, neſcio an quęſitam, an innatam, cum vtatur pluribus nominibus ad pulcritudinem finalem ſignificandam; dignitas, venuſtas, voluptas, quorum rationem nominum, & preſſiorem ſignificationem nunc docere non intereſt. Videamus nunc ex doctiſſima Auguſtini interpretatione, quomodo partes aliquæ turpitudinis nomen mereantur. Dicamus autem primò, quæ ſint huiuſmodi partes; illæ verò genitalia vtriuſq; ſexus exiſtunt, nomen ſibi à pudore conſequutæ, ac pudenda etiam nominata. Pudoris vocabuli nomen Scaliger Cæſar, nobis rationem, & vim explicauit Exotericarum Exerc. 312. Pudor metaphorica vox eſt: ſicuti auertitur ſenſus à pudendis, idem quod verecundia: ſed latiùs funditur. Quippe etiam cum meremur inferiorum reprehenſionem. Verecundiæ autem vocis etymon, ac facultatem hiſce verbis docuit eodem loco. Verecundia eſt magna opinio reprehenſionis. Cum væ, ideſt, valdè remur, hoc eſt, putamus ipſam rem. Abiecta altera vocali ex diphtongo facta breuis eſt ſyllaba: quapropter exiſtimamus pudenda dici partes generationis primo actui deſeruientes, quaſi reprehenſibiles partes, putidas, & odioſas, à quibus ipſi ſenſus auerti debeant. Audiamus iam Auguſtinum. A B

Pudenda.
Pudor.
Verecundia.

Hinc eſt quòd, & illi philoſophi, qui veritati propiùs acceſſerunt, iram atque libidinem vitioſas animi partes eſſe confeſſi ſunt; eò quòd turbidè, ac inordinatè mouerentur, ad ea etiam, quæ ſapientia perpetrari non vetat, ac per hoc opus habere moderatrice mente, atque ratione. Quàm partem animi tertiam velut in arce quadam ad iſtas regendas perhibent collocatam, vt illa imperante in iſtis ſeruientibus poſſit in homine iuſtitia ex omni parte conſeruari. Hæ igitur partes quas, & in homine ſapiente, ac temperante fatentur eſſe vitioſas, vt eas ab his rebus, ad quas iniuſtè mouentur, mens compeſcendo, & cohibendo refrenet, & reuocet: atque ad ea permittat, quæ ſapientiæ lege permiſſa ſunt: ſicut iram ad exercendam iuſtam coertionem: ſicut libidinem ad propagandæ prolis officium: hæ, inquam, partes in Paradiſo ante peccatum vitioſæ non erant. Non enim contra rectam voluntatem ad aliquid mouebantur, vnde neceſſe eſſet eas ratione, tanquam frænis regentibus abſtinere. Nam quòd nunc ita mouentur, & ab eis, qui temperanter, & iuſtè & piè viuunt, aliàs facilius, aliàs difficilius tamen cohibendo, & refrenando modificantur: non eſt vtiq; ſanitas ex natura, ſed languor ex culpa. Quod autem iræ opera, aliarumq; affectionum in quibusq; dictis, atque factis non ſic abſcondit verecundia, vt opera libidinis quæ fiunt genitalibus membris: quod cauſa eſt, niſi quia in cæteris C D

membra

membra corporis, non ipſæ affectiones, ſed cum eis conſenſerit voluntas mouet, quæ in vſu eorum omnino dominatur? Nam quiſquis verbum emittit iratus, vel etiam quenquam percutit, non poſſet hæc facere niſi lingua & manus, iubente quodammodo voluntate, mouerentur, quæ membra etiam, cum ita nulla eſt, mouentur eadem voluntate. At verò genitalis corporis partes, ita libido ſuo iuri quodam modo mancipauit, vt moueri non valeant, ſi ipſa defuerit, & niſi ipſa, vel vltrò, vel excitata ſurrexerit. Hoc eſt quod pudet, hoc eſt quod intuentium oculos erubeſcendo deuitat: magisq́; fert
A *humo ſpectantium multitudinem quando iniuſte iraſcitur homini, quam vnius aſpectum, quando iuſte miſcetur vxori. Hæc leguntur lib. 14. de Ciuit. Dei, cap. 9. & cap. 17. ait: Merito huius libidinis maxime pudet, merito & ipſa membra, quæ ſuo quodam, vt ita dixerim, iure, non omnimodo ad arbitrium noſtrum mouet, aut non mouet pudenda dicuntur, quod ante peccatum hominis non fuerunt. Nam ſicut ſcriptum eſt, Nudi erant, & non confundebantur. Non quod eis ſua nuditas eſſet incognita, ſed turpis nuditas nondum erat: quia nondum libido membra illa præter arbitrium commouebat: nondum ad hominis obedientiam redarguendam ſua inobedientia caro quodammodo teſtimonium perhibebat, & cap. 20. ait: Pudet*
B *igitur huius libidinis humanam ſine vlla dubitatione Naturam, & merito pudet. In eius quippe inobedientia, quæ genitalia corporis membra ſolis ſuis motibus ſubdidit, & poteſtati voluntatis eripuit, ſatis oſtendetur quid ſit hominis illi primæ inobedientiæ retributum: quod in ea parte maxime oportuit apparere, qua generatur ipſa Natura quæ illo primo, & magno in deterius eſt mutata peccato: à cuius nexu nullus eruitur, niſi id, quod cùm omnes in vno eſſent, in communem pernitiem perpetratum eſt, & Dei iuſtitia vindicatum, Dei gratia in ſingulis expietur.*

Ex qua in vniuerſum Auguſtini ſcitiſſima doctrina vnuſquiſq; valeat collige- *Turpitudo partiũ quæ ſit?*
C re partium turpitudinem inditio, non officio, vel fini eſſe innixam. Cùm enim partes huiuſmodi ſui iuris exiſtant, & voluntati non vſquequaque obediant pœnæ nobis debitæ teſtimonium perhibent. Solebamus antea nos interpretari quàm legeremus Auguſt. ſententiam has partes pudenda uocari, quod inter cęteras noſtri corporis exiſtant maximè aduerſæ ipſi rationali animæ hac, vel importunitate ſacra tyrannica, vel inobedientia plurimum reprehendendæ, turpes. Nam quicquid irrationale eſt, illud turpe exiſtit. Adhæc illo, vel nomine partes iam dictæ ſunt reprehendendæ, turpesque dicendæ, quod hominem ad maximam turpitudinem deducant. deducitur autem homo tunc ad maximam omnium turpitudinem, quando rationem amittit, eam porrò iugulat ipſa Venus, quemadmo
D dum Plato docuit in Phitet. cuius hæc ſunt verba Ficino interprete.

Voluptas maximè omnium temeraria. Fertur enim de Veneris voluptatibus, quæ ingentiſſima omnium æſtimantur, quod peiurantibus illis, Dij prorſus ignoſcunt, quaſi pueri quidam ſint, nullius intelligentiæ compotes.

Hinc Poeta, vt Grammaticis faueamus locum vnde ſumpſerit, indicantes.

Iupiter ex alto periuria ridet amantum.

Quod,

Quod, & præceptor Ariſtot. docuit nos lib. 7. Ethic. cap. 11. vbi ait.

Præterea voluptates impedimento prudentiæ ſunt: atque quo magis hiſce quiſpiam gaudet, eo magis impeditur: vt in venerea fit voluptate. Nemo namq; dum eſt in illa mente quicquam perſpicere poteſt.

Atque vtinam in ipſo Veneris actu duntaxat mente priuaremur, non etiam in preuia meditatione ad eundem quam furorem, & rabiem dixit, & deſcripſit Vergilius lib. 3. Georg. hiſce carminibus.

Omne adeo genus in terris hominumq; ferrarumq; A
Et genus æquoreum, pecudes, pictæq; volucres
In furias, ignemq; ruunt: amor omnibus idem.
Tempore non alio catulorum oblita Leæna
Sæuior errauit campis: nec funera vulgo
Tam multa informes Vrſi, ſtragemq; dedere
Per ſyluas tum ſæuus aper, tum pyſſima Tigris
Heu male tum Libiæ ſolis erratur in agris.
Nonne vides, vt tota tremor prætentit equorum
Corpora, ſi tantum notas odor attulit auras?
Ac neque eos iam fræna virum, nec verbera ſæua
Non ſcopuli, rupeſq; cauæ, atque obiecta retardant B
Flumina, correptos vnda torquentia montes.
Ipſe ruit, denteſq; Sabellicus exacuit ſus,
Et pede proſubigit terram, fricat arbore coſtas,
Atque hinc, atque illinc humeros ad vulnera durat.
Quid iuuenis, magnum cui verſat in oſſibus ignem
Durus amor? nempe abruptis turbata procellis
Nocte natat cæca ferus freta, quem ſuper ingens
Poria tonat cæli, & ſcopulis illiſa reclamant
Æquora, nec miſeri poſſunt reuocare parentes
Nec moritura ſuper crudeli funere virgo. C
Quid Lynces bacchi variæ, & genus acre luporum,
Atque canum? quid quæ imbelles dant prælia cerui?

Tranſimus conſulto carminis maieſtatem, leporem, poſſunt ne apertioribus argumentis phyſicè comprobari, quas furias addat ſola meditatio Veneris non homini tantùm, ſed & brutis quoque cæteris. Pudenda itaque, vel partes reprehenſibiles exiſtunt, quod animalia omnia in rabiem agant è naturę cancellis proprijs amoueant, in homine verò maximè omnium iugulent ipſam rationalem animam, cunctarum facultatum moderatricem, & reginam niſi pręſit illa, vel pręeſſe ſatagat, ac dictatorio iure dominari. Summa ſummarum partes corporis humani turpes à nobis iure cenſentur, non corporatione forma, ſeu figurâ, non vſu, vel officio, aut fine, ſed inditio, ad mentem Auguſtini, & rectè, aut quemadmodum ſolebamus dicere nos, quia rationali animæ parum difficulterque obediant, eandemq; aliquando in rabiem, & furorem agant. Nunc propoſitæ orationis filum reſumentes dicimus partes omnes corporis humani obtinere pulcritudinem finalem, & propterea bonitatem, ſeu iuſtitiam, cui opponitur propria turpitudo, quæ aliud nihil eſt, quàm ipſe morbus abdicans partes ſingulas munere, & offitio proprio, quam ob rationem ars medica vniuerſa dici poſſet latiori quadam acceptione D

Partes omnes corporis exiſtunt pulchræ propter Finem.

ptione

ptione Coſmetices, vel ornatrix, quia verſetur circa pulcritudinem finalem corporis conſtituendam, & abigendam turpitudinem finalem, ſine ſcilicet priuantem ipſas partes, vel totum cuiuſmodi turpitudo eſt morbus. Præter hanc turpitudinem finalem Galenus (niſi fallimur) videtur cognouiſſe aliam pulcritudinem in partibus omnibus inexiſtentem corporis noſtri, quam ornatum voluit eſſe. Hanc verò pulcritudinem ait apparere manifeſto in auribus, in cute externi pudendi, quam præputium appellatur item, & in ipſis natium carnibus, præterea in alis naſi, & labijs. Deduxit porrò hoc pulcritudinis genus (quantum ego interim ſentio) commentitium, ac imaginarium ab opere artis, in quo videre licet *Ars medica vniuerſa poteſt dici Coſmetices.*

A pulcritudinem talem. docebimus autem quomodo hæc pulcritudo, quam comminiſcitur Galenus non exiſtat niſi commentitia imaginaria ſi prius de ornatu ipſius operis artificioſi dixerimus. Exempla attulit plura Galenus de ornatu operis artificioſi, illorum verò vnum duntaxat accipiam, & clypei. cuius cum exiſtat operis finis tutari corpus ab extrinſecus laceſſentibus, & impetentibus telis quod muneris, vbi præſtare valeat, habet pulcritudinem finis artificioſam, vel finalem artis clypeariæ, ſeu clypeum fabricatricis. modo hic ſanè clypeus poteſt habere aliud pulcritudinis genus beneficio puta anaglyphices artis alterius, quę ad impreſſuram ſpectat: celabitur enim, ac plures, & varias figuras obtinebit clypei externa ſuperficies, quemadmodum ſæpius videri cōtingit. Hæc pulcritudo ſi

B referatur ad clypeum non eſt ei intrinſeca, quia non pertinet ad eius finem, & vocatur in eodem ornatus, vel ornamentum, quod tamen in opere artificioſo clypeo finem obtinet, quamuis non ea ratione qua clypeus eſt, ſed alia, atque id generis finis eſt pretium addere, vel gratiam aliam. Clypeus beneficij anaglyphici expers, & politæ læuiſque ſuperficiei dicitur pulcer ſimpliciter, quia vnam, & ſolam pulcritudinem, eamq; finis proprij ſibi obtinet. Clypeus verò cum additamento beneficij anaglyphici vocatur pulcer non ſimpliciter, quia præter pulcritudinem finalem ſibi propriam includit pulcritudinem alterius artis, qualis eſt anaglyphices. Quod ſi idem clypeus habeat opera aliarum quoque artium, quotcunque ipſe habuerit, ſanè tot nominibus pulcer vocabitur. Et hoc ornamentum, ſeu artis alterius additamentum in aliquo opere artis exiſtens,

C nuncupamus nos pulcritudinem externam, aduentitiam, artificioſam, vel artificialem nam, & artis opus, & ab arte fluit. Externam diximus, quia nihil confert ad finem operi artificioſo proprium, & intrinſecum. Videamus modo an poſſit dari in parte aliqua corporis humani pulcritudo conſimilis iam relatæ pulcritudini externę artificioſæ omnino ſi liberum eſſe debet vnicuiq; pronunciare quod ſentiat, non video hactenus ſaltem quomodo poſſit concedi in corpore humano, vel eius partibus. Nam præter vſum, & actionem nihil reperias aliud in corpore humano, vel eius partibus; quæ ſunt quid intrinſecum nam, & finis in quem corpus, & partes eiuſdem creatæ fuerunt, & omnino qui concedere vult id generis pulcritudinem, oportet illum profiteri eſſe aliquid in corpore humano, ac eius *Pulchritudo externa.*

D partibus præter uſum, uel actionem. At detur gratis in corpore humano eſſe aliquid ornamenti cauſa, interrogo ſtatim, nec iniuria, cedo mihi huius ornamenti finem qui profecto debet adeſſe in ornamento phyſici, ſeu Naturæ, quando ornamentum artificioſum, ſeu artis puta diaglyphicum opus in iam dicto clypeo finē habet. Barba ornamentum phyſicum, ſeu naturæ in corpore maſculo quem finem habeat? Galenus uidit hanc obiectionem, & illam diluere conatur his uerbis.

Nam pili qui ad malas proueniunt, non modo genas operiunt, verùm etiam decus, atq; ornamentum adferunt. Venerabundus enim magis mas apparet, idq; potiſſimùm, ſi ætatis progreſſu pili vndiq; ei pulcrè circunfundantur, hanc philoſophiam vnicuiq; accipere liceat, dummodo libeat, nos interim accipere non poſſumus.

Intererat Galeni docere hęc duo, quid eſſet veneratio, & mox qua ratione pili barbales maribus tribuerent venerationem. doctrina cuiuſmodi ſi modo aliqua exiſtit, obſcura exiſtit, pluribusque obſtructa difficultatibus. Perpendamus in ſequentia verba Galeni.

A

Quæ cauſa etiam fuit cur malæ, quas vocant, & naſum Natura pilorum expertia, ac nuda reliquerit: ſyluestris enim eo modo, ac fera facies tota fuiſſet, haudquaquam animali manſueto, ac politico conueniens.

Natura reſpicit quid poſitiuum. Cauſa finalis nuditatis Malarum, & Naſi quę ſit ad Autoris mentē. Argumentum aliud. Elogium Vliſſis Aldrouādi Patritij Bononienſis.

Hæc non eſt nuditatis, vel glabriciei iam dictarum partium cauſa finalis, vt euitaret hoc pacto natura conformationem brutalem, ſylueſtrem: reſpicit quid poſitiuum Natura ferè ſemper, non autem quid negatiuum, ſeu priuatiuum. Finis quem reſpexit, fuit indiuidualitas, veluti ſuo loco declarabimus, eiusque manifeſtatio. Præterea ſi piloſæ forent partes iam dictæ, nonne impediretur nobiliſſima ſenſus oculorum actio? ſi qui ſunt paullò acutiores, ij ſtatim intellexerint. Qui verò difficilius noxam propoſitam perceperint additamento plumæ, vel pilorum extrinſecus admoto, quod proportionale ſit pilis naturalibus, quando ita eſſe poſſet, vt hæ partes veſtirentur pilis, rem omnino cognouerint: cuius quoq; rei exemplum habent phyſicum, qui viderunt homines piloſæ faciei nutritos apud Sereniſſimum Parmienſem Ducem Ranutium, quorum faciei icones pictura repreſentatos vidi aliquando in Muſæo clariſſimi viri Bononienſis Patritij Vlyſſis Aldrouandi, quem Heroem ſcientiarum prope dixerim omnium, vel memoria, vel ſoliditate doctrinæ Linguā, Cor Naturæ dicere aliquando ſoleo. At proſequamur circa examinationem opinionis Galeni, quantum pertinet ad ornamentum, quo conſiderans fęminas eſſe priuatas, in hanc ſententiam ſcripſit.

B

C

Veruntamen mulieri totum corpus molle instar puerorum ſemper, ac glabrum habenti, ne faciei quidem glabricies ornamenti expers erat futura: Alioqui etiam animal hoc mores non habet æquè venerandos, ac maſculus. Proinde ne forma quidem ei erat opus veneranda. Sæpe enim iam toto ſermone oſtendimus Naturam animæ moribus corporis formam feciſſe conuenientem.

Hucuſq; Galenus. Ex cuius verbis quantum ſategerit in phyſiologia Barbæ ſcribenda nemo non videre poteſt, aſſerens (veluti ſibiipſe perſuaſit) eandem eſſe partem ornamentalem (tollant cachinnos oſores nouitatis) vel ornatus cauſam, non ſolùm ipſi mari opportunam, & conuenientem, ſed cùm fęminis data non fuerit, illius propterea talem negationem non eſſe inopportunam, vel diſconuenientem eidem fęmineo ſexui, quinimo iure ipſi negatam, vel non conceſſam fuiſſe, nec propterea opinatur muliebri ſexui contingere deformitatem, quia careant parte ornante, qualem exiſtimat is eſſe Barbam. Duo itaque ſunt niſi fallimur, quæ Galenus reſpicit in hac ſententia. Vnum eſt ſexum fęmineum, uel ipſas mulieres non eſſe ornamenti expertes ad faciem, quia ſit illis negata Barba pars ornamenti author. Alterum eſt eaſdem fęminas non habere neceſſitatem huius ornamenti Barbalis, uel à Barba exorientis dimanantis. Colligit primum D

hac

hac veluti ratione. Facies ea non dicitur eſſe ornamenti expers, quæ congruit cum reliquo corpore: at facies muliebris congruit cum reliquo corpore: non ergò fuerit expers ornamenti. Propoſitiones hæ ſunt in Galeni oratione ad mentẽ interpretis. Mulier totum corpus molle inſtar puerorum ſemper, ac glabrum habet. Altera eſt hæc. Facies mulieris glabra exiſtit, depilis: Hanc propoſitionem ſenſus aſſerit, alteram deſtruit, quantum pertinet ad pilos (non loquimur nunc de mollitie, quamuis mollitiem puerilem aliam eſſe arbitremur à mollitie fæminea, & ambas differre ſexualiter, ſed hæc pertinent ad philoſophiam ſexus) videre ſiquidem licet mulieres ferè omnes calidi temperamenti piloſas eſſe, qui
A pili differunt à virorum pilis notis pluribus, quales interdum exiſtunt. Lõgitudo breuitas, tenuitas, craſſities, mollities, durities. Sed quia nonnulli eſſe poſſent, qui dicerẽt Gal. reſpexiſſe alterum ſcilicet propoſitorum, faciles noſmet illis damus, quod petunt: multa omittentes, quæ cõtra iam adductam opinionem, ac verè dici poſſint, ita hominum factioſorum calumnijs anſam non exhibentes. Galeniſtę *Galeniſtæ.* ſiquidem (vt vir doctus ait) ſunt caſtigatorum hoſtes, oſoresq; aſperrimi: qui nihil minus quam illius doctrinam, & ingenuitatem philoſophandi repræſentant. Fuit Galenus vir dignoſcendæ veritatis auidiſſimus, naturæque liberalis, ac eximius præco, non alicuius dogmatis, veluti ſunt iſti, qui eundem obliquo mentis ratiocinio profitentur ambitioſus ſectator. Concluditur alterum propoſitorum *Galeni elogium.*
B hac forſitan ratione. Ille ſexus, qui non habet mores venerandos, ille debet eſſe abſque forma veneranda: Sexus muliebris non habet mores venerandos: itaq; ſexus muliebris debet eſſe abſq; forma veneranda. Galenus credit hoc axioma. Natura fecit formam corporis conuenientem animæ moribus, ad quam propoſitionem conſcripſit libellum, & vera exiſtit ſanè propoſitio. Natura ſcilicet conformauit organum corpus opportunum domicilium animæ informantis, atq; illius facultatum omnium. Nemo enim artifex vtitur organo inepto ſuæ arti, ſed apto librarius vtitur calamo aptè conformato ad tale characterum genus configurandum, ſi artificem habet voluntatem. Galenus præterea credit hanc propoſitionem eſſe veram. Barba dat formam venerandam, quam ſi quid nos valemus videre, non explicauit, vel nos eius ſenſum non ſatis intelligimus, aut elicimus.
C Exponerem libentiſſimè omnium Galeni præceptoris (cui niſi omnia, ſaltem plurima debeo) ſententiam, vt veritatem elicerem, ſi valeret hoc præſtare noſtri ingenij tenuitas, aut liceret iuxta eiuſdem præceptoris præceptum, ac monitum, ſed interea non datur videre, quomodo illum tueri valeamus. Inſuper huiuſmodi propoſitio, pili barbales dant formam venerandam, patitur difficultates non contemnendas. nam ſi pilus qua pilus eſt dat formam venerandam; erunt quoque partes, non abſque honoris præfatione nominandæ, veneratione inſignes, conſpicuæ. Præterea frons pilorum expers non erit veneranda. Quod ſi pilus non ſimpliciter qua pilus eſt, dat venerationem, at qua poſitus eſt in loco tali omnino quærere poſſit homo, cur pilus in tali poſitus loco dat ornamentum venerationẽ? *Obiectio.*
D Nos qui dimetimur cuncta cauſæ finalis vi, & facultate, ac ornatum, venerationẽ elicimus à fine, promptiſſimam habemus reſponſionem, veluti docebimus proprio loco, vbi dignitas Barbæ nobis erit explicanda. Nunc illam propoſitionem conſiderare oportet. Alioqui etiam animal hoc mores non habet æquè venerandos, ac maſculus: In qua comparat ſibi inuicem ſexus vtroſque fœmineum, virilem, atq; quoad animæ partem illam quæ irrationalis dicitur, mores enim huic exiſtunt: Hoc verò vt intelligant iuniores Plutarchi accerſita ſententiã rem indicabimus: Legitur autem Comment. de virtute morali: qui poſt relatas opi-

niones Menedemi, Ariſtonis Chij, Zenonis Citiei, Chryſippi ſubiungit.

In eo omnes conueniunt, quod virtutem partis animæ principis affectionem quandam, & facultatem ratione pactam, aut ipſam potius eſſe rationem ſibi conſentientem, firmam atque inexpugnabilem ponunt. Sentiuntq; partem animi motibus obnoxiam ſubitis, atque brutam, non differentia naturæ quadam à ratione diſcretam eſſe. Sed ipſam illam animi partem, quam rationem, & principem vocant, totam prorſus conuerſam, ac mutatam ſub motus animi ſubitos, mutationesq; habitum, aut affectionem efficientes aliquam, fieri vitium, vel virtutem, nihilq; habere in ſe brutum, ſed brutum dici, quando vi incitata appetitionis prævalente, & obtinente ad abſurdum aliquid contra rationes conſilium effertur. motum enim illum rationem eſſe prauam, & intemperantem à vitioſo. & falſo iudicio vehementiam vireſq; conſecutam. Cæterum omnes hos videtur latuiſſe quomodo vnuſquiſque noſtrum re vera duplex ſit, atque compoſitus. Non enim perſpexerunt vtramq; duplicitatem noſtri: ſed eam duntaxat, quæ euidentior eſt, ex anima & corpore compoſitionem. Atqui ipſam animam è duabus diſſimilibusq; ijs naturis eſſe conflatam bruta parte inſtar alterius corporis cum ratione naturæ quadam neceſſitate commixta, atque concinnata, ne Pythagoram quidem (puto) fefellit, idq; coniicio ex eius ſtudio muſicæ, quam illam animæ demulcendæ, atque pacandæ cauſa induxit, vt quæ non omnia haberet doctrinæ, ac diſciplinis obedientia: aut quæ de vitio ad virtutem oratione traduci poſſent: ſed quippiam alius generis ſuadebam, formationem, atque cicurationem, præterea deſiderans ne planè philoſophiæ intractabile ſe, atque refractarium præbeat. Plato quidem apertè, firmiter, atque citra vllam controuerſiam ſentit huius mundi animam non eſſe ſimplicèm, ſed compoſitionis expertem, non vniformem, ſed quæ ex eiuſdem, & diuerſi vi contemperata alias vno ordine vi prædito viens eodem modo ſemper regatur, atq; obuerſetur: alias in motus ſciſſas orbéſq; vagos, & inuicem contrarios rerum differentiis, atque ortibus principium exhibeat. Tum hominis animam, quæ animæ vniuerſi portio rationibus, ac numeris huic congruentibus ſit concinnata, non ſimplicem eſſe, aut eodem per omnia modo affectam; ſed aliam eius partem intelligentem eſſe, ac rationatricem, quæ hominem regi Naturæ ſit conueniens; aliam quæ varijs motibus obnoxia, bruta, vaga, & incompoſita ſuapte natura, gubernante opus habeat: atque hanc rurſum in duas ſcindi partes; quarum altera ſemper appelletur, & ſit corporea; altera nonnunquam huic ſe accommodet, aliquando rationi obtemperare, quarum vim, atque facultatem Thymoides appellat ipſe, quòd in ea irarum exiſtat ardor. Diſcrimen autem maximum demonſtrat mentis, ac rationis aduerſus concupiſcentiam, & iracundiam pugna, quæ oſtendit multa alia eſſe, quæ optimæ aduerſentur parte. His principijs plurimum vſus eſt Ariſtoteles, quod ex eius ſcriptis eſt manifeſtum. Poſtea tamen iraſcentem partem concupiſcenti adiunxit, quòd excandeſcentia animi appetitus quidam ſit

viciſſim

viciſſim lædendi: tamen partem brutam, & ſubitis affectionibus obnoxiam ſemper, & ad extremum vſque, ita vt diuerſam à ratiocinatrice vſurpauit: non quòd ea prorſum bruta ſit, ſicut ea animæ vis, quâ ſentimus, alimur, vegetamur: Sed cùm hæc rationi nihil quicquam omnino obedientia, ac ſurda quodammodo è carne edita ſit, omninoq; corpori inhæreſcat: illa altera motuum ſubitorum capax, propria ex pars rationis, ea tamen eſt natura, vt mentem, ac rationem audire, ad eam ſe conuertere, parere, & conformari ab ea poſſit, niſi inſcita voluptate, & intemperante A *vitæ ratione planè ſit peſſundata. Nunc poſt indicationem animæ humanæ ex parte rationali, & ex parte irrationali, vel bruta videamus mores, quid ſint, & cui inſint, ex eiuſdem authoris ſententia omnino clariſſima, & doctiſſima. Moribus Græci nomen Ethos fecerunt percommodè. Sunt enim vt deſcriptionem informem mores (de quibus nobis ſermo eſt) qualitas quædam in bruta animi parte, ac nomen inde habent, quod hanc ſiue doctrinam ſiue qualitatem effictã à ratione pars bruta in ſe recipit conſuetudinis (quæ illis eſt Ethos) interuentu. Non enim ratio omnem prorſus euellere perturbationem animi conatur: cum neque fieri id poſſit, neque expediat: ſed finem ei, quendamq; imponit ordinem, ingeneratq; virtutes morales,* B *quæ non ſint vacuitates motuum, ſeu affectuum animi, ſed eorum mediocritates, & concinnitates. Ingenerat autem prudentiæ opera facultatem iſtam mobilem in habitu probo conſtituens: Tria enim hæc aiunt eſſe in animo hominis facultatem, perturbationem, ſeu mobilem affectionem, habitum.*

Quæ ferè omnia leguntur in Ariſtot. lib.2. Ethicor. ad Eudemum; cuius hæc ſunt verba.

His ita peractis non prætereundum, quod duæ cum ſint animæ partes, virtutes C *etiam ſecundum eaſdem: aliæ enim rationalis partis contemplatiuæ, quarum opus eſt veritatis inquiſitio, vel quomodo habeat, aut generatur: aliæ verò partis irrationalis, cupiditatibuſq; obnoxiæ. Non enim ſi in partes diuidi anima queat, idcirco omnes eius cupiditate participant. Mores verò honeſtos, aut prauos elucere neceſſum in dolorum, voluptatumq; fuga, aut perſecutione: id quòd ex diuiſionibus affectuum, potentiarum, habituumq; patet. Potentiæ enim, & habitus affectionum ſunt: ipſi verò affectus dolore voluptateq; finiuntur.*

Quibus poſitis nunc reſumentes quod principio diximus, conſideremus pa- D rumper propoſitionem illam Galeni. *Alioqui etiam animal hoc mores non habet æquè venerandos, ac maſculus*, in qua comparat ſibi inuicem ſexum vtrumq; fœminæum, & virilem, ſeu maſculum, atque quoad animæ eam partem quæ bruta ſiue irrationalis etiam nuncupatur ab interpretibus, cui propenſiones illæ ſunt innatæ, inſitæ, quæ mox beneficio temporis conſuetudinis, ac rationis imperantus virtutum moralium, ſeu vitiorum materiam ſubminiſtrant. modo Galenus quantum pertinet ad irrationalem, ſiue brutam hanc animæ partem, ait fœmineũ ſexum eſſe inferiorem, ſeu deteriorẽ ſexu virili, aut dicas, maſculo. quam doctrinã primus (veluti nouimus nos) inuexit Plato, & legitur lib.6. de legib.

Sexus Maſcul' eſt melior ſexu fœmineo in ſpetie humana.

Clinias.

Differentia ſexus fœminei, & maſculi. Opinio Platonis.

Clinias. Quid iſtud eſt hoſpes, quod dicere adeo formidas? Athenienſis. Audiatis iam ne longiori vos mora, fruſtra detineam: Quicquid enim in ciuitate legis ordinisq; eſt particeps, cuncta ex eo bene procedunt. Quæ verò ordine carent, vel malè ordinata ſunt, & etiam quæ bene ordinata ſunt, confundunt. Quod huic quoque rei accidit. Nam vobis ô Megille, & Clinia, præclarè & vt dixi mirificè ex diuina quadam neceſſitate virorum conſtituta eſt commeſſatio. Fœminarum autem commeſſatio non probe relicta in tenebris iacet. Quod quidem genus hominum eſt, & differens, nobisq; occultius, & verſutius naturâ eſt propter imbecillitatem, atque ita minus ordinari poteſt: idcirco ceſſit legislator, neque rectè prætermiſit. Hoc enim prætermiſſo, multa nobis corrumpuntur, quæ longè melius ſe haberent, quam nunc, ſi hoc ipſum fuiſſet legibus ordinatum. Non eſt enim res muliebris, ſi iacere inordinata relinquitur humanarum rerum ſolum, vt videri poſſit, dimidium. Sed quanto natura ſua ineptior eſt ad virtutem, quàm virilis, tantò excedit, vt pluſquam duplex eſſe videatur. Repetendum igitur hoc, & corrigendum: omniaq; fœminis cum viris communia ad ciuitatis fœlicitatem ſtudia conferenda ſunt. A

Quam opiniónem accepit Ariſtoteles, ita ſcripſerit Gaza Vertente. B

Opi. Ariſt. li. 9. de hiſt. animal.

Veſtigia morum, cum in omnibus ferè inſunt, tum vel maxime in perfectioribus, & præcipue in homine. Hæc enim natura perfectiſſima eſt, & ob eam rem habitus iſti conſpectiores in eo ipſo continentur: ita quod mulier miſericors magis, & ad lachrymas propenſior quam vir eſt; inuida etiam magis, & querula, & maledicentior, & mordacior: quin etiam facilior decipi, meminiſſeq; aptior adhæc vigilantior, ſegnior, immobilior deniq; eſt, & minus cibi deſiderans. Mas verò iuuantior, vt modo dixi, & fortior eſt.

Quæ Gazæ interpretatio an æquipolleat Græco contextui conſiderent accuratius ij, qui peritiſſimi ſunt Græcarum litterarum, & phraſis Ariſtotelicæ. Doceremur omnino ſi contigiſſet nobis videre interpretationem à Iulio Cæſare Scaligero factam. Hanc eandem doctrinam ſecutus videtur Ariſtoteles lib. 1. Polit. cap. vlt. ſi quis attentè illud legat, & perlegat, cuius opinionis habetur ſeminarium apud Hippocratem, cuius hæc ſunt verba: C

Opi. Hippo. in lib. de morbis virginum.

Eſt enim muliebris natura animi magis deiecti, ac imminuti.

Quæ opinio latè adeo ſeſe propagauit, vt anſam dederit hominibus nonnullis paullo intemperantibus debacchandi acriter nimis in ſexum fœmineum alioqui honeſtiſſimum: veluti legimus in poemate lepido Periſauli Fauſtini Tradocij, & ſectione quæ inſcribitur de Triumpho ſtultitiæ, vbi ait: D

Maledicta in ſexum fœmineum.

Nam muliebre genus querulum, crudele, ſuperbum,
Molle, bilingue, vagum inconſtans, leue, mobile, præceps,
Impatiens, fallax, inſulſum, debile, mancum
Laſciuum, petulans, varium, intractabile, mordax.
Scire quid vlterius ſtimulas? eſt fœmina tota ars,
Tota dolus, tota inſidiæ, temeraria tota,
Totaq; garrulitas, rabies, & tota venenum,

Ira

Iræ odijq; memor, grauis, impetuoſa, cruenta.
Lege ſimul cum mente carens, ratione modoq;
Quæ voluit, non vult, quæ noluit, ipſa repoſcit.
Nunc ſapit, inde furit, parcit modo, deinde refundit.
Hinc gemit, hinc ridet, tacet hinc, modo garrit inepta.
Nil ſibi tam ſimile eſt, quàm quod ſibi vana repugnat.
Quid plura? aſſiduè ſtudet hoc, hoc tendit ad vnum,
Dedecori quod ſit, ſemperq; moleſta marito.
Si quid habes duri, & mæſto id ſub pectore voluas,
A *Hæc ſibi te infenſum dicet ſtomacata, furenſq;*
Si quandoque cibo abſtineas, ſordere tibi res
Indignata ſuas clamat. Si fortè graueris
A ſomno. Venere externa tibi languida membra
Acrius improperat. melius foret ergo catellam
Paſcere, quam liceat, ſi ſit moroſa, fugare.
I nunc, & crucibus vitam his committe ligatus
In Scythica tanquam laniatus rupe Prometheus.
Stultitia hæc præceps nonne eſt? ſimiliſq; furori.

Sed homines id generis in muliebrem ſexum contumelioſi digni ſunt, quibus ad
B moueant vbera Tygres, vel vt ex ijſdem oriantur: lacerant eam portionem ſuæ ſpeciei, cuius officia ſunt erga nos paratiſſima, pijſſima, Bat. ſi ſapiat vir. Putãdum eſt quemadmodũ ſingulę ſpecies habuere à Natura quantũ cuiq; illarũ opus eſt, ita ſpeciei portionẽ vtramq;, vel principiũ dicas fęmineũ, & maſculũ ſexum obtinuiſſe à Natura, quid vtrumq; illorũ decebat, ſed non eodem modo: Si damnent ſexum fęmineũ, condemnent neceſſe ſit Naturam iuſtiſſimam, prudentiſſimã, & maximè potentẽ ſapientiæ diuinæ imaginẽ, ac ordinariam poteſtatem: quæ creauit fæminam in adiutorium, non autem in ruinã humani generis. Vtinam non eſſent frequentiora fœdiora monſtra marium effęminatorum, qui tranſierunt in fęmineam corruptam naturam? Sed hæc non ſunt huius loci Amo ego, & honoro
C ſexum fæmineum, quia opus Dei exiſtit, & multa nobis exinde ſingulis hominibus bona contingunt. Nunc proſequentes negocium ſuſceptum, iam patet cui doctrinæ innitatur propoſitio illa Galenica: Muliebris ſexus non habet mores æquè venerandos, ac maſculus: illius porro veritatem determinare, & quomodo illam oporteat intelligere, pertinet ad libros de ſexu, quorum delineationem iam pridem confirmauimus adhuc rudem. Præterea pilus, qui ab ipſis dicitur fuligo, vapor excrementitius, atque ſi Deo placet etiam excrementum notæ infimæ quanam via, & ratione tribuat ornamentum, formam hanc venerandam, ſi exponimus Galenum æquanimiter, dicimus potiùs pilos barbales, vel barbam eſſe indicium, ac teſtimonium animæ venerandæ, ſeu nobilioris (nobilita-
D tem hic non pro notitia, ſed pro dignitate accipimus) virilis aut maſculæ, quantum pertinet ad partem brutam, vel irrationalem, quæ propenſiones inſitas, vel mores habet meliores quàm alter ſexus, cuiuſmodi non eſt per ſuppoſitionem anima bruta irrationalis fæminei ſexus, atque huius diſtinctionis brutæ irrationalis animæ fæminæ, ac viri, ſeu maris videtur ſexus prima facie inſinuare ſeſe, & attingere quodammodo animam, ſed non ipſam, qua rationalis dicitur. Quatenus itaque Barba data fuit à natura ſexui nobiliori, præſtantiori, ſiue meliori, qui eſt ſexus maſculus præ fæmineo, eatenus barba dat venerationem, at indicatiuè: eſt enim index ſexus, cui veneratio debetur propter dignitatem, atq; præſtantiam,

Defenſio ſexus muliebris.

Liber Autoris de Sexu.

ſtantiam,bruta namq; anima in mare obtinet mores meliores : quæ opinio cùm ſit obſcura , & controuerſa , Galenus pariter illi innixus obſcure, & controuerſe docuit. Præterea cùm Barba certum , atque definitum tempus obtineat erumpendi,neque huius finis aſſertio explicet ipſius temporis notam, vel attingat, ſequitur mancam eſſe huiuſmodi Philoſophiam , aut ipſius temporis diſpenſationem eſſe irrationalem , quod falſitate quauis eſt falſius, nam temporis diſpenſatio ſi quid aliud attingit maxime diuinitatem : Poſtremò finis huiuſmodi non eſt corporeus , ſed moralis , atque huiuſmodi Phyſiologia finalis ad Barbam conſcripta, non ſolum controuerſiam habet, ſed & corporis ipſius exit pomæria , ad quæ præſertim illam pertinere arbitramur. A

Obiect. prima.

Obiect. altera.

CAP. IIII. OPINIO L. CAELII LACTANTII *Firmiani deſcripta, ex libro vno de opificio Dei, cap. ſeptimo ad Demetrianum auditorem ſuum.*

QVID ſenſerit Lactantius iam videamus in phyſiologia finali ipſius Barbę.Nunc autem virum,vt cognoſcere liceat,audiamus D. Hieronimi teſtimonium , qui in libro de viris Illuſtribus , vel de Scriptoribus Eccleſiaſticis loquitur in hanc ſententiam.

D.Hieronimi teſtimonium ad Lactantium.

Firmianus, qui & Lactantius Arnobij diſcipulus ſub Diocletia- B
no Principe accitus cùm Flauio grammatico cuius de medicinalibus verſu compoſiti extant libri , Nicomediæ rhetoricam docuit , ac penuria diſcipulorum ob Græcam videlicet ciuitatem ad ſcribendum ſe contulit. Habemus eius ſympoſium, quod adoleſcentulus ſcripſit Africæ, & ὁδοιπορικὸν de Africa , vſque Nicomediam Hexametris ſcriptum verſibus, & alium librum ; qui inſcribitur Grammaticus; & pulcherrimum de Ira Dei ; & Inſtitutionum Diuinarum aduerſus gentes libros ſeptem,ac epitomem eiuſdem operis in libro vno acephalo , & ad Aſclepiadem libros duos, ad eundem de opificio Dei , vel formatione ipſius hominis librum vnum . Hic in extrema ſenectute magiſter Cæſaris Criſpi filij Con-
ſtantini in Gallia fuit, qui poſtea à patre interfectus eſt. Floruit anno Chriſti ex C
Gilberti Genebrardi viri doctiſſimi ſupputatione (memoria niſi me fallit mea) anno poſt mundum redemptum 138. ſed audiamus iam Lactantium loquentem de Fine ipſius Barbæ.

Opinio Lactantij Firmiani.

FRONS vallata per circuitum, & à Temporibus effuſi ante aures capilli, & earum ſummæ partes in coronæ modum cinctæ, &
occipitium omne contectum ſpetiem mihi decoris oſtentant. Iam D
Barbæ ratio incredibile eſt, quantum conferat ad dignoſcendam corporum maturitatem, vel ad differentiam ſexus, vel ad decorem virilitatis, ac roboris, vt videatur omnino non conſtatura fuiſſe totius corporis ratio, ſi quicquam aliter eſſet effectum.

EXER-

EXERCITATIO.

EX qua oratione (veluti nobis interea cognoſcere datum eſt) intelligimus Barbam obtinere hos fines. Vnus eſt maturitas corporea. Alter eſt ſexus differentia, reliqua vero ſunt quaſi appendices dictorum finium. Nam illa verba *Decus virilitatis* pertinet ad finem ſexus: *Decus roboris* attingit maturitatem corpoream ex qua appendice habemus quoque illum crediditſe Barbam eſſe ornamentum. An verus, & adæquatus Barbæ finis exiſtat indica- *Summa opinionis.*
A re ſexum maſculinum humanæ ſpeciei? dicemus cap. proprio, vbi verſabimur circa opinionem Antiquorum. conſideremus nunc an Barba indicet maturitatem corpoream? intelligimus autem maturitatis nomine ſignificari perfectionem. eſt enim vox maturitas tranſlatitia, nam propriè de Frugibus dicitur ſi Grammatici vera docent. Præterea Cicero Latinæ linguæ parens in lib. de ſenectute ait. Et quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt vi auelluntur, ſi matura & cocta decidunt. Et lib. 2. de Nat. Deorum. Partus matureſcunt ſeptem nonnunquam, aut vt plerumque nouem lunæ curſibus. Et Plinius lib. 21. cap. 3. ſuæ hiſtor. Natur. dixit. Malus Aſſyria omnibus horis pomifera eſt, alijs cadentibus; alijs matureſcentibus, alijs ſubnaſcentibus. Quapropter ſatis patet maturitatem idem eſſe quod *Maturitas quid ſit.*
B perfectionem, abſolutionem, conſummationem, atq; verbum illud matureſcere idem importare quod abſoluere conſummare, perficere. in quem ſenſum dixit pariter Quintil. dicendi magiſter eloquentiſſimus in Epiſtola ad Tryphonem. Nam ipſe eos nondum opinabar ſatis maturauiſſe. voluit itaque Lactantius (niſi fallor) Barbam eſſe inditium corporis humani conſummati, & dimenſiones ternas conſequuti. ſane verum eſt Barbam eſſe vnam ex partibus noſtris corporeis, quæ ſi tardiſſime conformetur, feratur vſq; in annum trigeſimum quintum iuuentutis exitum, ac terminum vltimum conſummationis, vel perfectionis corporeæ humanæ virilis. Attamen videre licet plures homines mares quorum Barba conſummatur intra annum vigeſimum quintum. Sed concedatur hoc quaſi rarò *Obiectio.*
C contingens non euertere opinionem Lactantij, nonnè liceat quærere rationem cur indicetur maturitas corporea? adhuc Barbæ flos lanugo quid indicauerit? præterea tot accidentales differentiæ pilorum quorſum exiſtant? Cæterum quia huiuſmodi fini enunciato non acquieſcit ingenium, non iniuria valeat quiſpiam ſuſpicari illum haud eſſe finem adæquatum, in eo namq; debet eſſe ſufficientia omnium eorum, quæ animaduertuntur in Barbalibus pilis, vt intellectui ratiocinanti, niſi penitus ipſi ſatisfaciat, ſaltem id quam maxime præſtet. Quantum pertinet ad vocem illam *Decus*, quæ importat idem, ac ornamentum non ſatis video quid illi correſpondeat in re, ſeu ad quod prædicamenti genus referatur. *Obiectio.*

Ornatus, vel pulchritudo finis, aut vſus negatur ueluti apparuit in
oratione Ciceronis, mox pronuntiatur ſimpliciter ornatus
D pulchritudo, decus. verbum (fateor ignorantiam meam) audio rem non intelligo.
eſt quidem in humana ſpecie pulchritudo,
ſed hæc
fluit à conditionibus indiuiduantibus, de qua
Auguſtinus in Epiſtola ad
Nebridium ait.

Pulcritudo corporis eſt congruentia partium cum quadam coloris ſuauitate.

De hac ſcripſerunt plures doctiſſimi viri. hanc pulcritudinem tribuat necne Barba videant ſapientiores, omnino quia Barba eſt Pars Ens, & Bonum eſt pulcra ſintne pulchritudinis Barbalis gradus? omnino arbitror, at ratione finis in quem data fuit à Natura, ſed otium liberalius requireret huiuſmodi quæſtio, hoc autem nobis interea datum non eſt. At narrent mihi (concedo Barbam inſeruire ornatui, pulchritudini, ſiue decori, accipiant qui iſthæc credunt quancunque vocis ſignificationem) narrent mihi cur natura prorogauerit hoc bonum ſexus Maſculini in tale vſque tempus, quale conſtitutum eſt Barbæ enaſcenti? A

Obiectio.

CAP. V. OPINIO THEODORETI.

SVCCEDIT opinio Theodoreti conſideranda Epiſcopi Cyri, quæ legitur in opere de Prouidentia ſermone quarto, hæc vero talis eſt iuxta interpretis fidem.

Sic eos, qui virilem ætatem ingrediuntur, & puetiles annos tranſierunt Barba exornat (loquutur de Rerum Opifice) quæ genas aliqua ex parte cum Mento inferiori veſtit. Et primo quidem lanugine florent Malæ: deinde modicum pilorum velamen eaſdem tegit, vt augmento hoc ætatis diſcrimen doceat, & ipſa vultus figura homini perſuadeat, vt relictis puerilibus ludis ad res ſerias accingatur. Quoniam vero pariendi dolores muliebri ſexui ad hanc doctrinam ſufficere poſſunt, non niſi virorum genas hoc modo coronauit. B

Cur hæc ætas ſola indicatur?

EXERCITATIO. C

PRAESTAT nouiſſe in limine futuræ orationis quiſnam vir fuerit hic autor Theodoretus: quicquid autem referremus nos illud fuerit ex Gennadio Præsbytero Maſſilienſi, legitur vero in editionis Colonienſis pag. 194.

Theodoret.

Theodoretus Cyri ciuitatis Epiſcopus, (à Cyro enim Rege Perſarum condita ſeruat hodieq; apud Syriam nomen Autoris) ſcripſiſſe dicitur multa, ad meam tamen notitiam iſta ſunt quæ venerunt: De incarnatione Domini aduerſus Eutychem Præsbyterum, & Dioniſium Alexandriæ Epiſcopum, qui humanam in Chriſto carne fuiſſe negant, ſcripta fortia, per quæ confirmat ratione, & teſtimonijs ſcripturarum, ita illum veram maternæ ſubſtantiæ carnem habuiſſe, quam ex matre virgine ſumpſit, ſicut & veram Deitatem, quam æterna naſcibilitate à Deo patre gignente accepit. Sunt & eius hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libri, quos imitatus Euſebium Cæſarienſem ſcripſit incipiens à fine librorum Euſebij, vſque D

ad ſuum tempus, ideſt, vſque ad Jmperium Leonis ſenioris, ſub quo, & mortuus eſt.

Hæc leguntur in Theodoreti commentarijs editis ex typographia Hyeronimi Commelini 1592. quæ Fridericus Sylburgius Veterenſis emendauit, atque leguntur mox ab Epiſtola, quam æquo Lectori idem Fridericus conſcripſit pagina quarta, columna quarta in fine, qui proxime antecedit Græcarum affectionum curationis Prologum eiuſdem Theodoreti: cuius vigilias vbi quis attento legat animo, ſane hunc eſſe virum doctiſſimum exiſtimauerit: manifeſto ipſe nos docuit Platonem Plotinum ſurripuiſſe multa à Moſaicis commentarijs: cuiuſmodi teſtimonia, ſi vacabit, non pigebit inferius recitare. Nunc vt agamus breuiſſimè, dicimus, hunc finem relatum à Theodoreto eſſe Moralem, quia pertinet ad conformationem ipſorum morum, & omnino ad moderationem animæ irrationalis: qui finis vt verus eſſe queat, & exiſtat, à nobis interea non conſideratur: propoſitum enim habemus nunc veſtigare finem Corporeum, & Medicinæ faciundę vtilem: qui det nobis etiam rationem temporis, in quo Barba erumpit lanugo. Ex hac opinione Theodoreti ſatis niſi fallimur explicatur locus Danthis Poetæ Florentini, qui 31. cap. Purg. ita canebat:

Nuouo augelletto due, ò tre aſpetta:
Ma dinanzi da gl'occhi de' pennuti
Rete ſi ſpiega indarno, e ſi ſaetta.
Quali i fanciulli vergognando muti
Con gli occhi à terra ſtannoſi aſcoltando,
Et ſe riconoſcendo, è ripentuti.
Tal mi ſtau'io, & ella diſſe: Quando
Per vdir ſe' dolente: alza la Barba,
Et prenderai più doglia riſguardando.
Con men di reſiſtenza sì di Barba
Robuſto cerro, ouero à noſtral vento,
Ouero à quel della terra d'Hiarba:
Ch'io non leuai al ſuo commando'l Mento,
Et quando per la Barba il viſo chieſe,
Ben conobbi il velen dell'argomento.

Quæ profecto carmina (ſi nos vera ſentimus) intelligi nequeunt, niſi intellecta opinione Theodoreti, cui aliquatenus conſentit dictum illud Laconicum à Plutarcho relatum in Apophtegmatibus, vbi ait.

Laco quidam interrogatus cur tam prolixam Barbam gereret, reſpondit, vt Canos videns, nihil ijs indignum in me admittam.

Cur autem ſeria deceant hominem Barbatum, patebit inferius proprio (vt nos arbitramur) eiuſdem fine declarato.

CAP. VI. OPINIO CLEMENTIS ALEXANDRINI, *quæ legitur Libro tertio Pædagogi, Capite tertio.*

ANTEQVAM veniamus ad recitandam opinionem Clementis Alexandrini, operæpretium nos facturos eſſe arbitramur, ſi, ex Diui Hieronymi teſtimonio declaremus, quis ille fuerit, & quo tempore vixerit; ſcribit autem Diuus Hieronymus in hanc ſententiam. A

Clemens Alexandrinæ Eccleſiæ Præsbyter Pantæni de quo ſupra retulimus, auditor, poſt eius mortem Alexandriæ Eccleſiaſticam ſcholam tenuit, & κατηχήσεων magiſter fuit. Feruntur eius inſignia volumina plenaq; eruditionis, & eloquentiæ, tam de ſcripturis Diuinis, quam de ſæcularis litteraturæ inſtrumento. è quibus illa ſunt ςρωματέων libri octo: ὑποτυπώσεων libri octo: aduerſus gentes liber vnus: Pædagogi libri tres: de Paſcha liber vnus: de Ieiunio diſceptatio: & alius, qui inſcribitur Quiſnam diues ille ſit, qui ſaluatur: de Obtrectatione liber vnus: de Canonibus Eccleſiaſticis, & aduerſus eos, qui Judæorum ſequuntur errorem liber vnus, quem propriè Alexandro Hieroſolymorum Epiſcopo, προσεφώνησε. meminit autem in Stromatibus ſuis voluminis Tatiani aduerſus Gentes, de quo ſupra diximus, & Caſſiani cuiuſdam χρονογραφίας, quod opuſculum inuenire non potui. Necnon & de Judæis Ariſtobulum quendam, & Demetrium, & Eupolemum ſcriptores aduerſus gentes refert, qui in ſimilitudinem Ioſephi ἀρχαιογονίας Moyſi, & Judaicæ gentis aſſeruerint. Extat Alexandri Hieroſolymorum Epiſcopi, qui cum Narciſſo poſtea rexit Eccleſiam, Epiſtola ſuper ordinatione Aſclepiadis confeſſoris ad Antiochenſes, congratulantis eis, in qua ponit in fine: Hæc vobis domini, ac fratres ſcripta tranſmiſi per Clementem Beatum Præsbyterum, virum Illuſtrem, & probatum: quem vos quoque ſcitis, & nunc plenius recognoſcetis, qui cùm huc veniſſet iuxta prouidentiam, & viſitationem Dei confirmauit, & auxit Domini Eccleſiam. Conſtat Origenem huius fuiſſe diſcipulum. Floruit autem Seueri, & Antonini filij eius temporibus.

B (margin, beside "inſcribitur … de") · C (margin, beside "ſcopi … Aſcle-")

Hæc leguntur in Catalogo ſcriptorum Eccléſiaſticorum Diui Hieronymi Editionis Romanæ apud Paulum Manutium Aldi filium, quæ autem fuerit opinio Clementis Alexandrini, circa Finem Barbæ, ea talis in tertio Pædagogi legitur. D

Deus voluit fæminam eſſe glabram, ac læuem, ſola coma, ſicut equum iuba ſponte naturæ exultantem: Virum autem cum ſicut leones Barba ornaſſet, virilem etiam fecit hirſuto pectore, quod quidem eſt Roboris, & Imperij indicium. Ita etiam Gallos, qui pro Gallinis decertant Criſtis tanquam Galeis ornauit. Hos autem pilos Deus tanti facit, vt eos ſimul cum Prudentia iubeat adeſſe hominibus: atque adeò honeſtare delectatus, grauitatem honorauit veneranda canitie. Prudentia autem, & accurata, exactaq; rationes canæ intelligentiæ vna cum tempore Similitudo.
A *ad ſummum ſuum vigorem perueniunt, & intenſis multæ experientiæ viribus ſenium confirmant, ac corroborant, amabilem venerandæ prudentiæ florem ad fidem iure faciendam proferentes, ſcilicet canitiem. Hoc viri ſignum Barba, ſcilicet, per quod vir apparet eſt Eua antiquius, & ſignum melioris naturæ. Eum Deus æquum cenſuit hirſutum eſſe oportere, & per totum viri corpus pilos diſſeminauit: quicquid autem eius erat læue, ac molle à latere abſtulit, ad ſeminis ſuſceptionem tractabilem fæminam fabricatus, vt & Generationis, & Domus cuſtodiæ, eſſet opitulatrix. Ille autem (quod enim læue erat proiecerat) & vir manſit, & verum* Clemens fateri videtur hic ſexum Maſculinũ eſſe meliorẽ ſexu Fæmineo.
B *oſtendit, & ei agere quemadmodum, & illi pati conceſſum eſt: ſunt enim naturæ ſicciora, & calidiora quæ ſunt hirſuta læuibus. Quocirca, & Maſculina fæmininis, & coleata exectis, & perfecta imperfectis, & hirſutiora ſunt, & calidiora.*

EXERCITATIO.

HAEC opinio Clementis Alexandrini pertinet ad ſexualitatem ad vnum ex duobus principijs humanæ ſpeciei, atque Maſculinum
C indicandum, quæ antiquiſſima eſt opinio, & inferius à nobis examinabitur. Cognouit in pilis Barbalibus conſtitutum enaſcendi tempus, quando ait,

Hos autem pilos Deus tante fecit, vt eos ſimul cùm Prudentia iubeat adeſſe hominibus.

Cuiuſmodi tempus non annorum numero, ſed Animæ profectu indicauit nimirum ipſa Prudentia: intelligere vero oportet hanc incipientem, ſeu aliquantiſper progreſſam, non autem conſummatam. Hinc apparet Barbam ſub nomine generico pilorum indicatam, & intellectam fuiſſe à Perſio Satyrico, quan- Locus Perſij explicatus.
D do cæcinit.

> ***Rem populi tractas? barbatum hoc crede magiſtrum***
> ***Dicere, ſorbitio tollit quem dira Cicutæ,***
> ***Quo fretus? dic hoc magni pupille pericli.***
> ***Scilicet ingenium, & rerum prudentia velox***
> ***Ante Pilos venit, dicenda, tacendaq; calles.***

Cùm autem Barbæ ſit enaſcendi tempus determinatum phyſici quam maximè intereſt dare huius conſtituti temporis aliquam rationem, & profectò qui conſi-

derat

derat hoc argumentum à tempore deſumptum, omnino eum renuntiare oportet opinioni ornatus, vel pulchritudinis: aut cogitur ille adducere cauſam, cur in hoc vſq; tempus inditium ornatus, & pulchritudinis fuerit dilatum? quam temporis diſpenſationem nos loco proprio definire tentabimus. Quantum pertinet ad alterũ Finem Barbam eſſe inditium imperij, hic finis pariter ad ſexũm maſculinũ indicandũ refertur. Quomodo autem Barba indigitet robur ſi aduenit corpori nondum ipſam conſequuto maturitatem, ſcilicet dimenſiones cuicunque indiuiduo proprias? atq; vt id etiam concedamus, quodnam bonum contingit hominibus ex huiuſmodi fine cognito? Barbæ præterea lanugo nihil indicauerit? A

Finis Imperij.

Finis roboris.

CAP. VII. OPINIO GALENI
De fine ipſius Barbæ.

VIDETVR hunc opportunum referre opinionem Galeni Præceptoris: hoc autem breuiter peragemus, niſi omnia referentes loca, quæ tamen interea nobis ſuccurrunt, recitabimus. Hic libro primo de compoſitione Medicamentorum ſecundum locos, capite primo in hanc loquitur ſententiam. hæc vero pertinent ad pleniorem rei declarationem. B

Generatio pilorum eadem eſt, quæ terræ naſcentium, quemadmodum in libris de Temperamentis eſt demonſtratum. Quemadmodum autem in ijs, quædam arte, & arbitrio agricolæ: quædam verò iuxta naturales cauſas proueniunt, eodem modo, & in animalium corporibus)(Aruo enim cuipiam triticum, aut hordeum, aut quidpiam cæterorum cerealium ſeminum in ſenatorum habenti, ea pilorum parte, quæ in regione ſuperiori producitur, caput ſimulatur. Pili vero, qui in vniuerſo corpore, cæteris herbis ſimilem habent generationem: non enim ſecundum primam rationem, ſed per accidens quoddam, Natura eos generare ſolet. At pili cum palpebrarum, tùm ſuperciliorum non paruam vtilitatem animalibus exhibere oſtendebantur: Menti verò, & pudendorum pili minoris vtilitatis gratia producti videntur. C

)(Antiquus interpres, qui omnia fideliter ex Græco ad verbũ tranſtulit hęc ita eſt interpretatus. Terra enim habēt triticum, vel hordeum, vel aliud aliquid cerealium ſeminũ in ſcipſa oriẽtium caput aſſimilatur, aliis vero herbis pili, qui in ſuperi parte naſcuntur, qui bis qui ſunt in toto corpore pilis ſimilẽ habent generationẽ.

Ecce Galenus citat librum de Temperamentis, vbi ait à ſe demonſtratam fuiſſe generationem pilorum, quæ autem de illis ibi leguntur hæc ſunt.

Quare ſi cutem terræ comparare volunt hactenus quoque rem conſentire cum ijs, quæ prius diximus inuenient, ipſi vero ſeſe ex homonymia non animaduerſa fallunt. In ſicca enim, & ſqualida cute multos magnoſq; naſci pilos diximus, nimirum vt de homine, vel Animali pilis prædito, non de oſtreis, aut caneris verba facientes, quippe per omnem cutem difflatur ſemper aliquid à calido, quod ſecum etiam interni humoris nonnihil aufert. Verum in quibus humida cutis eſt, & planè mollis, qualis modo concreſcens caſeus in eorum ijs, quæ exciderunt, via per cutem non manent, partibus ſcilicet eius, quæ prius diſſidebant rurſum inter ſe vnitis. At in quibus dura eſt non abſimilis caſeo iam coacto perforatur quidem eorum, quæ exeũt impetu: D

impetu: cùm autem rurſus uniri per ſiccitatem nequeat, meatus ipſos immutatos ſeruat: qui etiam perpetuo transfluentium ictu aſſiduè magis fiſtulantur. Si igitur quod transflait, vel halitus, vel humor purus ſit: halitui certe celer minimeq; impeditus tranſitus eſt: humor in exilioribus ſpiramentis nonnunquàm hæret, aliquid etiam intro recurrere ad profundum cogitur. Sin veluti fuliginoſus, craſſusq;, & terreus vapor ſit ſubinde contingit, vt in anguſtis ſpiramentis impactus, nec facile rurſum intrò redeat, nec uacuari poſſit, hunc igitur alium rurſum e profundo ſubiens fecit, prorſumq;

Phyſiologia meatus pilorum.

A *impellit, tum hunc rurſus alter, atque illum alius, ac multos mihi eiuſmodi vapores fuliginoſos, alium ſuper alium impactos tempore complicari, coniungiq; intellige, ac vnũ eiuſmodi efficere corpus, quale eſt ea quæ foris cernitur fuligo: niſi quod hic quantum ſpiſſatum eſt, tantùm etiam per tranſitus anguſtiam ſtipatum in anguſtam prorſus formam redactum eſt. Vbi autem tale corpus totum obſtruxerit meatum deinceps iam violenter ictum à ſimilibus ſui quibus exitus non eſt excrementis totum interim propellitur, adeo vt cute exire cogatur iam lori formam adeptus. Adſimiles autem quod in meatu eſt impactum herbæ ſtirpiſuè veluti radici: quod vero ex cute extat,*

Similitudo à Galeno adducta eſt cauſa eius erroris.

B *ipſi veluti ſtirpi. Fit autem niger pilus cum deuſto vi caloris vapore excrementum in exactam fuliginem mutatur: Flauus verò cum vapor minus torretur, quippe quod tum eſt impactum, flauæ bilis, non nigræ fæculentum excrementum eſt. Albus vero Pilus ex pituita naſcitur: Rufus ſicuti coloris Flaui Albiq; eſt medius: ſic eius generatio ex pituitoſa bilioſaq; fæcis media quadam natura prouenit. Criſpi pili fiunt vel propter ſiccitatem temperamenti, vel propter meatum in quo radicantur. Et propter ſiccitatem quidem ad eum modum, quo corrigia, quæ igni plus iuſto ſiccantur: & quid corrigiarũ meminiſſe opus eſt; cum ipſos pilos ubi igni propius ſunt admoti, pro-*

Coloris nigri pilorum. Cauſa efficiens.

Color Flauus. Cauſa Materialis.

Albus. Rufus.

C *tinus intorqueri videas? atque ita quidem omnes Aethiopes ſunt Criſpi. At propter meatuum in quibus radicantur naturam ad hunc modum: cum exhalatio ſæpe imbecillior eſt, quàm vt rectam viam ſibi moliri poſſit pro modo, quo inflectitur etiã meatum ſuum figurat: interim vero exhalatio ſatis valens eſt, ſed duriore cutis natura recta ferri regione prohibita in latus flectitur: ita vt extrinſecus videre licet, non halitum modo, aut fumum, ſed etiam flammam ipſam cum ſurſum agi vetatur, diuiſam vtroq; verſus in obliquum agi. Sic igitur corporis exhalatio, vbi prorſum ferri prohibetur obliquum ſibi tranſitum ſub cute molitur, donec longiori ſpatio col-*

Figura pilorum, & criſpitudo.

D *lectam aliquid eam vrgeat, & foras flatu agat. Eſt quando ambobus coeuntibus, & prima exhalationis quæ meatum finxit, imbecillitate, & cutis ſiccitate obliquitas pilorum radicibus contingit: quales autem in radice finguntur, tales rationabile eſt perpetuo fore. Neque enim durorum, & ſiccorum corporum quippiam niſi prius molliatur fingi in rectum poteſt, atque hæc quidem eſt pilorum Generatio.*

Meatus cõ figuratur ab exhalatione

Sequens eſt, vt cauſas omnium, quæ temperamentis in pilorum pro ætate, regione, & corporis natum differentijs contingunt, dicamus. Ergo Aegyptij, Arabes, & Indi omnes denique qui calidam, & ſiccam regionem incolunt nigros exiguiq;

Pilorum differētiæ à Regionibus.

incrementi,

incrementi, ſiccos, criſpos, & fragiles pilos habent. Contra qui humidam frigidamq; regionem habitant Illyrij, Germani: Sarmatæ, & omnis ſcythica plaga modice auctiles, & graciles, & rectos, & ruffos obtinent. Qui verò inter hos temperatum colunt tractum, hi pilos plurimi incrementi, & robuſtiſſimos, & modicè nigros, & mediocriter craſſos, tum nec prorſus criſpos, nec prorſum rectos edunt. Et in ætatibus ad eundem modum: infantium quidem pili, Germanis: Florentium ætate, Aethiopibus: Ephebôrum, & Puerorum ijs, qui temperatum locum incolunt in robore, craſſitudine, magnitudine, & colore ad portionem ſe habent. In corporum A *quoque naturis ad ætatum, & regionum portionem pili ſe habent. Pueri enim admodum parui nudi ſunt pilis quod vtiq; nec meatus adhuc vllus illis in cute eſt, nec fuliginoſum excrementum. Incipientes autem pubeſcere paruos, & imbecillos exigunt. At qui iam Florent, valentiores, & multos, & magnos, & nigros habent: quod & frequentes iam meatus ijs ſunt facti: & fuliginoſis excrementis præ calore, & ſiccitate abundent. Cæterum pili qui in capite, ſupercilijs, & cilijs habentur etiam pueris nobis innaſcuntur. Siquidem generatio ijs eſt, non qualis herbis, ſed qualis ſtirpibus prima ratione à Natura conditis non temperamentum ex neceſſitate ſequentibus, ſicuti in libris de Vſu particularum eſt monſtratum verum hi quoque* B *quod quidem ſint, id Naturæ Arti acceptum ferunt: quod Nigri, Ruſiuè, vel alio quouis ſint colore, id ætatis temperamento omnino debent. Subruſi enim ferè ſunt, quod in meatibus eſt impactum, nondum totum eſt nigrum: quippe cum humiditas multa ſit, & tranſitus facilis, & deuſtio imbecilla. Boni vero incrementi, & modicè craſſi ſunt, propter excrementorum quibus aluntur copiam. quippe ipſa pars corporis, in qua fiunt, ſicca eſt; tota namq; calua oſſea eſt: cutis vero, quæ illi eſt circumdata, tanto reliqua cuti corporis totius eſt ſiccior, quanto etiam eſt durior.*

Pili congeniti. (margin)

Hæc eſt illa doctrina pilorum, quam ait Præceptor Galenus à ſe fuiſſe demonſtratam, ſcribens opus de compoſitione medicamentorum ſecundum locos: ſed C cùm is in tali narratione referat ſeſe ad Libros de Vſu Partium, opportunum iudicauimus hic ſubiungere citatam doctrinam, vt valeant ipſi tyrones cognoſcere quouſque progreſſus fuerit Præceptor in Doctrina Pilorum, & animaduertunt qui legunt, prima fronte licet videatur, hoc non pertinere ad finem Barbæ, illud tamen eſſe maxime neceſſarium veluti poſteriùs nos demonſtraturos eſſe ſperamus, interim ferant, atque progrediantur, nunc videamus quid ſcripſerit in libris de Vſu Partium.

Gale. lib. 11. de Vſu Partium, ca. 14. (margin)

Porrò quòd neceſſe ſit naturam ex abundanti nonnunquam pulchritudinem aſſequi, intelligunt ij, qui naturæ opera perſcrutantur. Quod cùm nuſquam ſuperiori D *ſermone docuerim, de eo dicendum nunc mihi maxime putaui. Nam pili, qui ad malas proueniunt, non modò genas operiunt, verumetiam decus, atque ornamentum adferunt. Venerabundus enim magis mas apparet idq; potiſſimum ſi ætatis progreſſu, pili vndique ei pulchrè circunfundantur, qua cauſa etiam fuit, cur malæ quas vocant,*

eant, & naſum, natura pilorum expertia, ac nuda reliquerit. Silueſtris enim eo modo ac fera facies tota fuiſset, haudquaquam animali manſueto, ac politico conueniens. Sed ad operimentum certè malis ipſa oſſium craſſities confert: naſo autem expirationis caliditas. Proinde ne hæc quidem omnino ſunt nuda. Atque etiam oculos tangas licet, idque potiſſimum in frigore: tunc enim calidos euidentiſſimè cognoſcas. Non igitur ne ipſi quidem nudi omnino, neque ſine munimento ſunt aduerſus frigus, vt quibus calor inſitus opituletur, qui nullis operimentis ex-
A ternis indiget. Verumtamen mulieri totum corpus molle, inſtar puerorum ſemper, ac glabrum habenti, ne faciei quidem glabrities ornamenti expers erat futura. Alioqui etiam animal hoc mores non habet æquè venerandos, ac muſculus. Proinde ne forma quidem ei erat opus veneranda. Sæpe enim iam toto ſermone oſtendimus, naturam animæ moribus, corporis formam feciſſe conuenientem. Sed ne operimento quidem muliebre genus eximio indigebat, quo frigus propelleret, vt quòd domi partem maximam ſeſe contineat. Capite tamen comato, tegumenti gratia, & ornatus egebat: quod ipſis cum viris iam eſt commune. Quin, &
B propter vtilitatem aliam neceſſariam, tum genarum, tum capitis pili nobis inſunt. Cùm enim ex humoribus halitus ſurſum ad caput efferatur, craſſioribus eius excrementis potiſſimùm ad pilorum alimentum natura abutitur. In viris autem quantò his mulieribus ſunt calidiores, tantò hæc quoque excrementa ſunt plura. Proinde duplicem ijs natura inuenit vacuationem, alteram ex capitis, alteram ex genarum pilis. At de his quidem hæc ſufficiant: cur autem frons quoque pilos non habeat quo modo, & caput totum; tum cur ſola cutis frontis motu voluntario ſit prædita, dicendum deinceps fuerit. Tegitur ſiquidem certè, & frons à pilis capitis, quantum volumus: vt ea certè ratione pilis proprijs ipſi non ſit
C opus. Quòd ſi pilos produxiſſet, tondere ipſam aſſiduè nobis fuiſſet neceſſe, quòd ipſa oculis incumberet. Porrò tum alibi, tum etiam in inſtrumentis alimento dicatis, demonſtrauimus, naturam magna cura prouidiſſe, ne corpus homini negotium ſubinde faceſſeret, neve illum ſibypſi neceſſariò ſeruiendo inſtar mancipij ſemper haberet addictum.

Conueniebat enim (opinor) animali ſapienti, ac ciuili, corporis curam habere mediocrem, non quo modo nunc vulgò homines ſolent, amico quopiam illorum operam implorante, ſubterfugere, ſibyῤſis negotium eſſe excuſantes: Poſt
D autem aliquò ſecedentes picantur ac comuntur, vitamq; omnem in cultu corporis non neceſſario conſumunt: prorſus an corpore quidpiam habeant præſtantius, ignorantes. Sed horum quidem miſereri oportet: nos autem quæ ſunt propoſita, inquirere atque oſtendere, non modò propter oculos faciei cutem glabram meritò extitiſſe, ſed etiam ob eos ipſos motu voluntario eſſe præditam. Oportebat enim eos multùm poſſe aperiri, cùm externa multa vno tempore intueri conarentur: ac rurſus

Mala cur depiles?

Naſus cur depilis?

Oculi cur depiles?

Argumentū ab Anima vt aiunt irrationali.

Facies mulierum cur pilis nudata ſit?

Comæ Phyſiologia.

A cauſa materiali.

Frons cur depilis?

Operimentum non eſt neceſſariū.

Operimenti damnum.

Axioma Galenicū ad Naturam.

dum clauduntur, cogi ac conſtringi ad vnguem ab omnibus circumiacentibus, cùm alicuius incurſum contra ſeſe metuunt. Ad vtraſque igitur vtilitates naturæ cuiſ omni ipſis circumfuſæ, tum ei quæ ſupra in fronte eſt, tum ei quæ infra eſt ad malas, motum voluntarium adhibuit, vt alternis extenſa, tum rurſus in ſeipſam replicata, aperire oculos ac claudere queat. Cæterùm ne ſuperciliorum quidem pilos neglexit, ſed ſolos certe hos, tum eos qui in palpebris inſunt, æqualem ſemper ſeruare magnitudinem inſtituit: quanquam capitis quidem, ac maxillarum, plurimum augere poſſit. Quandoquidem in iis vtilitas erat duplex: alia quidem quæ ad partes operiendas pertineret, alia autem ad craſſiora excrementa conſumenda. Quarum prior ad modum eſt multiplex, cùm neque per omnes ætates operimento itidem egeamus, neque per anni tempora, aut regiones, aut corporis conſtitutiones. Non enim capilli conueniunt itidem viro, puero, & ſeni, neque etiam mulieri, neque æſtate, aut hyeme, neque in loco calido, aut frigido, quemadmodum neque ei qui ophthalmia, aut capite alioqui laborauit, & ſaniſſimo. Satius itaque fuit nos temporis mutationi ſeruientes, capillos aliàs magnos, aliàs minores facere. Oculorum porrò pilis, ac ſuperciliorum ſi quid addideris, aut abſtuleris, illorum vtilitatem corrumpes. Illi enim ne quod corporum exiguorum oculis patefactis incideret, velut vallum quoddam ipſis ſunt præpoſiti: hos autem inſtar muri cuiuſdam propulſare oportebat, ac primos omnia quæ à capite defluerent, excipere. Si igitur eos quàm oporteat minores, aut rariores effeceris, tantùm vtilitatem vitiaueris. Si quidem illi incidere in ipſos, hi verò influere permittent, quæ prius defendebant: Sin verò maiores eos, aut denſiores effeceris, non amplius vallum, aut murus oculis, ſed carceri cuidam ſimile fuerit id operimentum: pupillas enim occultabant atque obſcurabunt, quas tamen omnium inſtrumentorum minimè obſcurari oportebat. Num igitur noſtri opifex ſolis his pilis æqualem ſemper ſeruare magnitudinem præſcripſit? hi autem ſiue imperium præſcribentis metuentes, ſiue Deum ipſum præcipientem reueriti, ſiue faciendum id eſſe perſuaſi, obſeruant id vt mandatum ſibi fuerat? Certe Moſes quidem ita de natura ratiocinabatur, cuius ratio quàm Epicuri mihi videtur probabilior. Optimum tamen eſt, neutrius rationem ſequi: ſed potius generationis principium quod à Creatore ducitur, quomodo Moſes in omnibus generabilibus ſeruantes, quod ad materiam attinet, ei adiicere. Ob eam namque cauſam conditor noſtri æqualem ſemper magnitudinem ſeruandi neceſſitatem ipſis impoſuit: quòd id ad rem pertinere magis videbatur. Poſtea verò quàm eiuſmodi efficere pilos conſtituit, his quidem durum corpus, inſtar cartilaginis cuiuſdam ſubiecit: aliis autem cutem duram cartilagini per ſupercilia connexam. Non enim ſat erat, eos duntaxat velle tales eſſe. Neque enim ſi lapidem repente velis facere hominem, efficere id poterit. Atque id eſt in quo ratio noſtra, ac Platonis, tum aliorum qui apud Græcos

Raritas denſitas.

Quant. col. longitudo.

de

de rerum natura rectè conſcripſerunt, à Moſe diſſidet. Satis enim habet is, ſi Deus materiam exornare velit, ea autem repentè paret, atque eſt exornata. Omnia enim Deum facere poſſe arbitratur, etiamſi ex cineribus, equum, aut bouem facere velit. Nos autem non ita ſentimus, ſed confirmamus quædam naturam facere non poſſe, eaq; Deum ne aggredi quidem omnino, ſed ex ijs quæ facere poteſt, quod melius eſt eligere. Iam verò cùm pilos in palpebris ſatius eſſet æquales ſemper eſſe magnitudine, ac numero, non ipſum quidem id voluiſſe affirmamus, illos autem A mox factos fuiſſe: neque enim id facere potuiſſet. Affirmamusq; eos etiamſi millies voluiſſet, nunquam tamen tales futuros, ſi ex cute molli producti. Nam, vt alia omittam recti ſtare omnino non potuiſſent, niſi in duro fixi fuiſſent. Vtraque ſanè Deo attribuimus, tum, eius quod eſt melius in ipſis opificijs electionem, tum etiam materiæ delectum. Cùm enim ſimul rectos ſtare in palpebris pilos oporteret, ſimul autem æquales magnitudine ſemper conſeruari ac numero, corpori cartilaginoſo eos affixit. Quos ſi ſubſtantiæ cuipiam molli ac carnoſæ infixiſſet, non Moſe modò, verumetiam malo Imperatore eſſet inertior, qui murum in palude, aut vallum iaceret. Quòd autem ſuperciliorum etiam pili ijdem ſemper conſeruentur, ad B eandem in materia electionem pertinet. Quemadmodum enim herbæ, ac plantæ, quæ ex terra humida, ac pingui proueniunt, altiſſimè creſcunt: quæ verò ex petroſa, ac ſqualente, paruæ ac duræ, nulliusq; incrementi permanent. Ad eundem, opinor, modum, & pili qui ex humidis, ac mollibus partibus emergunt, plurimi ſunt incrementi, cuiuſmodi ſunt in capite, axillis, ac pudendis: qui verò ex duris, atque aridis, exiles ſunt ac nullius incrementi. Quocirca duplex ipſis eſt origo quemadmodum herbis, ac plantis, alia quidem à conditoris prouidentia, alia verò à loci natura. Quandoquidem agrum videre ſæpe eſt, cùm triticum, aut hordeum adhuc quaC ſi herbæ quadam tenera, ac parua, emergunt, ijs eſſe refertum. Ac prædium quoddam aliud, non aliter quàm agrum, denſum, & veræ herbæ plenum. Verùm hoc quidem, vapor innatus: aruum autem agricolæ prouidentia referſit. Quòd ſi qui ſint, qui formam ſeminum nuper è terra natorum, ab alia herba diſcernere nequeant, ſolus ordo enatorum indicare ipſam poteſt. Ortus enim ipſorum æquabilitas, tum externæ circumſcriptiones lineis ductæ ſatis oſtendunt prædium artificio quodam, ac prouidentia agricolæ fuiſſe denſatum. In ſpontaneis verò denſitatibus contra accidit: neque enim æqualis eſt prouentus, neque certis quibuſdam limitibus D diſtinctus. Eius generis ſunt pili, tum axillarum, tum aliorum membrorum, nullis certis lineis deſcripti, quemadmodum ſunt ij qui in palpebris ſunt, ſupercilijs ac capite: ſed inæquales habent terminos nulloq; ordine ſunt proiecti. Quandoquidem à loci humore prouenerunt, neque ipſius opificis ſunt opera. Quo fit vt calidis naturis ſint plurimi, frigidis autem nulli omnino, aut pauciſſimi gignantur. Quorum autem opifex ipſe curam habet, quemadmodum arui agricola, ij in omnibus naturis inſunt calidis, frigidis, humidis, ſiccis: niſi ſi quan-

do prorſus ſupra modum fuerint intemperata, cuiuſmodi eſt petroſa, atque arenoſa terra. Vt igitur terra omnis ſolertiam agricolæ recipit, præter eam quæ adeò eſt praua: ita etiam omnis temperatura corporis ſana artem opificis animalium admittit. Nec defluunt ij palpebrarum, aut ſuperciliorum pili: niſi in magnis partis affectibus. Quemadmodum nec à capite etiam defluunt; niſi in eius affectibus quidem, ſed quã prædictorum minoribus. Nam plantæ quæ in terra dura, atque arida proueniunt: quemadmodum generationem habent difficilem, multamq; poſtulant prouidentiam: ita interitum habent difficilem. Fortiter enim radicibus ſunt fixæ, continenturq; A *vndiq;, ac conſtringuntur. Ad eundem vtique modum, & Aethiopum capita paruos quidem nulliuſq; incrementi habent capillos præ cutis ſiccitate; verùm non facile calueſcunt. Quæ omnia cum opifex prouideret: in palpebris quidem, & ſuperciliis ſatius eſſe ratus, exiguos quidem & nullius incrementi, verùm ſtabiles pilos efficere, in cute dura, ac cartilaginoſa radices eorum quaſi in lapidoſa quadam, atque argillacea terra fixit. In lapidem enim plantæ principium inſeri omnino non poterat; quemadmodum certe, & in os pili radix. In capite verò (locus enim iſte erat iam temperatus) velut aruum ipſorum fecit, quod partim affluentis humiditatis* B *quidpiam ebiberet, ne ea partibus ſubiectis eſſet pernicioſa, partim autem, & caput ipſum nonnihil operiret. Iam verò & circum pudenda pili quoque neceſſario prouenerunt (calida enim, ac humida ſunt hæc loca) operimentumq;, ac ornamentum eius loci partibus præbent, non aliter quàm nates quidem ano, præputium autem pudendo: his enim quæ neceſſariam habent generationem opifex paſſim bellè abutitur, ut qui in omnibus excellit, atque in melioris electione, & eo efficiendo admodum eſt ingenioſus.*

Galc. non animaduertit pilos ambitus corporis eſſe exiguos & nullius incrementi; G. non vidit lapidē fungiferum. Pili Caluæ. Pili pudendorum. Nates, Præputium.

Cui opinioni ſubſcripſiſſe reliquos omnes Phyſicos, & Medicos nouerunt ij, C qui in veterum ſunt verſati monumentis, atque vt appareat, nos oppidanos Medicos nonnihil olei in eorum elucubratione inſumpſiſſe; legant maleuoli (nam hos alloquimur) ſequentem rubricam.

CAP. VIII. SVBSCRIPTIO ARABVM, & Latinorum.

RES eſt potiùs otij, quàm negocij, propter prolixitatem, rubricam hanc omnino præſtare velle. Quis enim, vt abundet otio ignauiſſimo, abutatur legentium genio, vt replere cartas conetur omnibus, & quibuſcunque, ſeu ex Arabibus, ſeu ex Latinis, qui hucuſque ſcripſerint de Barba ipſa? D Quapropter conſulens breuitati duo, vel tria duntaxat nomina ponam, eorumque ſententias; quibus indicatis me rei ſatisfeciſſe negare maſculus animus nequeat. Pro Arabum ſecta do vobis Haliabbatem, & fortaſſe ſubiunxero Auerroem. Pro Latinorum ſchola vnus erit Petrus Apponenſis Patauinus, qui dicitur Conciliator. Namque hi viri ætatum, & honorum conſenſu omnium primas tenuere, atque tenebunt in Latinorum,

Haliabbas, Petrus Apponenſis Patauinus.

rum, & Arabum ſcholis. Credere enim par eſt non latuiſſe homines tales, ac tantos, vbi conſcriptum fuiſſet in eorum lingua aliquid ad hanc rem pertinens. Non enim extiterunt venalia ingenia, ſed inſano quodam veritatis amore rapta exercuere vires proprij ingenij: quemadmodum fuit noſter Petrus Apponenſis, *Elogium P. Apponenſis* qui ſciendi cauſa peregrinatus eſt in Galliam, in Brittaniam, & ad regiones plures longinquas, veluti eius opera acriter legentibus conſtabit. Videre mihi videor in ipſo limine futuræ orationis obicem quendam eſſe mihi poſitum; quia Petri Apponenſis partes ago, quaſi Patauinus in foro Patauinorum declamem, conterraneorum expectans calculos. Suadent hanc ſuſpitionem pronæ morta-
A lium mentes ad malum; ſed ingenui viri nouerint ſatis, me nihil Patriæ, omnia potiùs veritati dediſſe, audiamus iam Haly filium Abbatis, qui lib. 2. Theorices ſuæ medicinæ, cap. 16. de pilis generatim loquens ait,

Teſtimoniũ Haliabbatis. *Phyſiologia ortus pilorũ.*

Pilorum eſt generatio ex calido vapore, & ſicco, ideoq; & maior pilorum ortus in corporibus eſt in medio iuuentutis propter caloris, ac ætatis virtutem. Calor etenim in vapores operatur; quos comburens eorum diſſoluit ſubtilitas, remanetq; eorum groſſities; quem cùm expulit Natura, emittit illos per cutis meatus, qui Pori dicuntur, remanentq; in ea, & non diſſoluuntur propter ſuam groſſitiem. Quare mul-
B *tiplicantur, & indureſcunt, fiuntq; ex eis pili; ut autem ad eoſdem peruenit meatus vapor alius primò continuatur, expelliturq; ipſe in occupato loco, donec fiat pilus, & continetur ille vapor alius illum in exteriora propulſans. Hoc igitur modo ſemper generantur pili ij poſt illos: Productio autem in corpore pilorum quædam quod à Natura propoſito fit propter vtilitatem; quædam autem per accidens prouenit. Et quorum quod propoſuit generationem vtilitatis cauſa: nam duas habent vtilitates, altera ab interioribus, altera ab exterioribus. Vtiliter interior expulſio eſt ſuperfluitatum interiorum, & eorum purgatio ab interioribus corporis, tanquam quæ nocent. Exterius autem ornamentum, & compoſitionem Natura propoſuit, defen-*
C *ſionemq;. Pilorum etenim quoſdam ad compturam condidit, & defenſionem ſimul: quoſdam autem ſolius compturæ gratia. Et in quibus compturam propoſuit, & defenſionem pili ſunt capitis, ciliorum, palpebrarumq;. Capitis quod pili ad defenſionem eius conditi ſunt ab incommodis externis aduenientibus; ſed & vt exornent illud, & decorent, eò quòd niſi ſupereſſent iſti capilli, turpe viſui appareret. Hi & viris ſunt communes, & mulieribus, ſed magis mulierum ad ornatum dati, & venuſtiores. Ciliorum autem pili, & palpebrarum ad oculorum parati ſunt defenſionem; Ciliorum quòd pili ea quæ capite deſcendunt, prohibent corpora ad oculos per-*
D *uenire, pariterq; formam venuſtant vultus. Etenim cui non ſunt cilia, facies turpis eſt viſu; palpebræ verò, arcent, quæ ad oculos proijciuntur exterius, & ab omni parte. Si quidetenim à ſuperioribus ſuperuenerit, ſuperior propulſat palpebra, ne oculum ingrediatur: ſic & ſi quod ab inferioribus inſtillatur, inferiore pellitur palpebra ab ingreſſu. Porrò ſi ab oculorum oppoſito quid afferatur, clauduntur palpebræ, & oculum celant, nec aliquid intrat illorum. Duæ autem in palpebrarum pilis conditæ ſunt habitudines; quæ nec in capillis ſunt, nec reliquis corporis pilis.*

Generatio pilorum duplex.

Pilorum variorum finis varius.

Comptura, vel ornatus.

Defenſio.

Pilorum ciliarium: Superciliarium finis.

Altera

Altera eſt, quoniam extenduntur in anteriorem, non ad ſuperiorem, vel inferiorem
habentes inclinationem. Altera autem. quoniam vitæ animalis conformes facti
ſunt, & non perlongantur namque, ſed neceſſant. Extenſio quod eorum in ante-
riorem, vt incommoda arceant, quæ oculis ab exterioribus aduentant, & ne fortè ocu-
lis implueret imber, prohiberetq́; viſus. Si enim palpebra ſuperior ad ſuperiora
produceretur, nihil eorum, quæ ad oculum à ſuperioribus venirent, arceret; ſed nec
coniungeretur illi, cùm vellet homo. Si autem ad inferiora oculum operiret, & vi-
ſum arceret. Inferior autem palpebra, ſi ad ſuperiora porrigeretur, oculum ope- A
riens, viſum prohiberet, ſi ad inferiora, nequaquam quæ ad oculum nocitura ab in-
ferioribus inſurgent, defenderet accedere, ſed nec oculo, cùm neceſſe foret, ſuper ap-
poneretur. Stant autem iijdem palpebrarum pili æquales vitæ animalis ſpacio, nec
augentur, neque prolongantur: at non ſic capitis, & Barbæ pili. Natura enim pal-
pebrarum pilos generationis fœtus tempore produxit cum radicalibus membris, ea,
quæ neceſſaria fuit, illis, quantitate, poſuitq́, in palpebrarum extremitatibus illos: fa-
ctumq́; eſt extremitatis palpebrarum corpus ſolidum, ne fortè emitti fumoſus poſſit
vapor, quæ pilorum materia eſt ab interioribus ad exteriora, ſed vt firmi ſtent pili,
& recti in neutrum inclinati. Si etenim palpebrarum extrema mollia eſſent, quem- B
admodum, & omnis alia eſt cutis, non ſtarent eius pili recti, ſed ad inferiora inclina-
rentur, & ſuper oculum aqua caderet pluuiarum: quemadmodum quæ in mollibus
herbæ terris citiùs prolongantur, & in latus inclinantur. At verò, quæ in dura
ſolidaq́; naſcuntur terra plantæ non multùm creſcunt, ſed paruæ, breuiſq́; perma-
nent, erectæ infixæ terræ, nec facilè euelluntur. Hac itaque de cauſa palpebrarum
extrema dura creauit Natura; ſic etiam & ciliorum pilos in cute produxit naturæ
palpebrarum extremitatis proxima in ſoliditate. Non enim neceſſarium ciliorum
eſt prolongari pilos, & creſcere; prolongantur tamen in temporis longitudine, ſed C
parua quantitate, ſecundum quod eorum cutis ab extremi palpebrarum duritie ca-
dit: hi ſunt, quos ad defenſionem, & compoſitionem corporis pilos producere propo-
ſuit; capitis ſcilicet, ciliorum & palpebrarum.

Hanc philoſophiam, ſeu phyſiologiam pilorum deſumpſit Hali filius Abbas
ex Gal. hic ex Ariſt. & Antiquorum ſchola: quæ ſit necne vera, conſiderent docti
viri. Defert enim, ſi admittatur, plurimùm ipſi materiei, detrahit verò fini, &
efficienti, quæ eſt natura rectrix, miniſtra diuinæ Prouidentiæ, atq; vis formatrix.
Hanc opinionem, ſi viuam, conuellere penitus ab ipſis radicum fibris tentabo: D
meo enim iudicio falſa exiſtit. Atq; huc reſpicit mea phyſiologia pilorum om-
nino declinans ab antiquorum, & recepta communiter opinione. Mea verò ſen-
tentia, licet me viuente non vigebit, nihil moror: non enim ſcribimus, reſpicien-
tes gloriam popularem, ſed gloriam Creatoris, atque Naturæ illius adminiſtræ,
pediſſequæ, cuius iuſtitiæ, & prouidentiæ plurimùm ſaltem addiderit, quod ſcri-
bimus nos, cùm ſecus contingat in communi, atq; recepta phyſiologia pilorum,
detrahere quæ tentat plurimùm amborum maieſtati. Sanior eſt noſtra opinio;
inſana

inſana verò eſt veterum. Nam prouidentia Naturæ, atque iuſtitia vbique viget
nullis emancipata materiæ legibus, etiamſi abſque illa nunquam phyſicè ope-
retur. Sequitur Hali filius Abbas;

*Quos autem ſoli produxit compoſitioni, atque compturæ Barbæ, ſunt pili. Hæc etenim
pulcritudo, & venuſtas viro facta eſt, & faciei comptura. Operit enim maxillas, nec nu-
das deſerit.*

Barba illat venuſtatem, cooperiens maxillam. Verba audio, rem non intelligo. *In Arte nihil eſt præter Artem.*
Satis diſputaui ornamento nihil reſpondere in rerum natura; & quemadmo-
A dum in arte nihil eſt præter artem; ita in phyſicis nihil eſt præter phyſica; atqui
phyſicorum intereſt Finem aliquem propoſitum habere. Nullum ſiquidem aliud
eſt artis iudicium, niſi partium ſingularum in fabricata re vſus, atque vtilitas,
veluti ſcripſit præceptor Galenus lib. 9. de Hipp. & Plat. decretis cap. 8. alioqui
Natura eſſet longè inferior arte, quæ nunquam agit abſque fine propoſito. Quod
argumentum non eſt meum, ſed Auerrois Diſputat. 9. contra Algazelem, vbi ait;

*Nam ſi eſſet apud eos in creatis quantitas, aut qualitas, quam non determinat ſcientia; *Doctiſſima Auerr. ſententia ex lib. Deſtruct. Deſtruct. Algazelis.*
*tunc attribuerent operationem Dei glorioſi primi in hoc ei, quod impoſſibile eſt attribui ar-
tifici creato, niſi modo vituperij eius. Nam non eſt macula fortior, quàm dicere: conſidera-
B nit in re aliqua facta quantitatem, & hanc qualitatem, præter alias quantitates, & alias
qualitates poſſibiles ei, & dicere; quòd ipſe voluit hoc non ex ſcientia, & alia de re facta, &
omnia ſunt æqualia in ſiſte huius facti, quem fecit efficiens propter eum; ſcilicet propter
opinionem eius, quæ eſt finis: Nam omne factum fit propter aliquid, & hoc non reperitur
ordinatum ad hoc factum, niſi hoc factum eſſet, menſuratum in quantitate terminata; licet
fuerit ei latitudo in quibuſdam factis, & qualitate terminata, & natura terminata etſi eſſet
quodcunque factum fuerit, terminans quamcunque opinionem, non eſſet hic ſcientia omni-
no de factis ex factis; & non eſſet hic cauſa omnino: & erunt quantitates operatorum, &
qualitates eorum redeuntes ad appetitum efficientis: & erit quilibet homo efficiens. Aut di-
cimus, quòd ſcientia ſit in opinione creaturæ, non in opinione Creatoris. Deus glorioſus
C ſaluet nos ab hoc errore in primo efficiente. Sed credimus, quòd omne id, quod eſt in mun-
do, eſt ex ſcientia.*

Ego intelligo illud eſſe ex ſcientia, quod habet finem aliquem proprium de-
terminatum; licet deficiant vires noſtri ingenij in multis eorum. Ego admirari
ſoleo pertinacem audaciam refractariam, & odioſam, ſeu miſerrimam inſaniam
plurium phyſicorum, qui ſatagunt, vt ſani videantur; atque aiunt ſeſe valere ad *Multa ſapientis ſcientie eſt ignorare.*
cauſas finales omnium rerum tradendas. Non erubeſcunt aſſerere omnia eſſe
peruia humano intellectui; quod falſiſſimum eſt. Nam intellectus procul à ciui-
tate cæleſti poſitus, ignorat plurima, nouit pauciſſima, ſi modo tale nomen me-
D reatur. Qui illa effutiunt, neſciunt, quæ, quot ſint cognoſcenda, quomodo mens
humana ab occulto meet in ipſum notum. Legite Plotinum ſtolidi, exuetis ta-
lem ignorationem: propono vobis gentilibus gentilem; quia ſatius eſſet legere
Auguſtinum præceptorem doctiorem Platone, Ariſtotele, & omnibus Ethnicis,
non ægriferatis nomen gentilium tribuiſſe me vobis; quia niſi tales eſſetis, vobis *D. Auguſt. laus.*
id ſufficeret;

*Noli altum ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. O altitudo diuitiarum quàm incompre-
henſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.*

Audite Auerroem vos Phyſici Auerroiſtæ.

Deficiunt

Altera eſt, quoniam extenduntur in anteriorem, non ad ſuperiorem, vel inferiorem habentes inclinationem. Altera autem, quoniam vitæ animalis conformes facti ſunt, & non perlongantur namque, ſed neceſſant. Extenſio quod eorum in anteriorem, vt incommoda arceant, quæ oculis ab exterioribus aduentant, & ne fortè oculis implueret imber, prohiberetq; viſus. Si enim palpebra ſuperior ad ſuperiora produceretur, nihil eorum, quæ ad oculum à ſuperioribus venirent, arceret; ſed nec coniungeretur illi, cùm vellet homo. Si autem ad inferiora oculum operiret, & viſum arceret. Inferior autem palpebra, ſi ad ſuperiora porrigeretur, oculum operiens, viſum prohiberet, ſi ad inferiora, nequaquam quæ ad oculum nocitura ab inferioribus inſurgent, defenderet accedere, ſed nec oculo, cùm neceſſe foret, ſuper apponeretur. Stant autem iijdem palpebrarum pili æquales vitæ animalis ſpacio, nec augentur, neque prolonganṭur: at non ſic capitis, & Barbæ pili. Natura enim palpebrarum pilos generationis fœtus tempore produxit cum radicalibus membris, ea, quæ neceſſaria fuit, illis, quantitate, poſuitq; in palpebrarum extremitatibus illos: factumq; eſt extremitatis palpebrarum corpus ſolidum, ne fortè emitti fumoſus poſſit vapor, quæ pilorum materia eſt ab interioribus ad exteriora, ſed vt firmi ſtent pili, & recti in neutrum inclinati. Si etenim palpebrarum extrema mollia eſſent, quem- B admodum, & omnis alia eſt cutis, non ſtarent eius pili recti, ſed ad inferiora inclinarentur, & ſuper oculum aqua caderet pluuiarum: quemadmodum quæ in mollibus herbæ terris citiùs prolongantur, & in latus inclinantur. At verò, quæ in dura ſolidaq; naſcuntur terra plantæ non multùm creſcunt, ſed paruæ, breuisq; permanent, erectæ infixæ terræ, nec facilè euelluntur. Hac itaque de cauſa palpebrarum extrema dura creauit Natura; ſic etiam & ciliorum pilos in cute produxit naturæ palpebrarum extremitatis proximâ in ſoliditate. Non enim neceſſarium ciliorum eſt prolongari pilos, & creſcere; prolongantur tamen in temporis longitudine, ſed paruâ quantitate, ſecundum quod eorum cutis ab extremi palpebrarum duritie cadit: hi ſunt, quos ad defenſionem, & compoſitionem corporis pilos producere propoſuit; capitis ſcilicet, ciliorum & palpebrarum. A C

Hanc philoſophiam, ſeu phyſiologiam pilorum deſumpſit Hali filius Abbas ex Gal. hic ex Ariſt. & Antiquorum ſchola: quæ ſit necne vera, conſiderent docti viri. Defert enim, ſi admittatur, plurimùm ipſi materiei, detrahit verò fini, & efficienti, quæ eſt natura rectrix, miniſtra diuinæ Prouidentiæ, atq; vis formatrix. Hanc opinionem, ſi viuam, conuellere penitus ab ipſis radicum fibris tentabo: meo enim iudicio falſa exiſtit. Atq; huc reſpicit mea phyſiologia pilorum omnino declinans ab antiquorum, & recepta communiter opinione. Mea verò ſententia, licet me viuente non vigebit, nihil moror: non enim ſcribimus, reſpicientes gloriam popularem, ſed gloriam Creatoris, atque Naturæ illius adminiſtræ, pediſſequæ, cuius iuſtitiæ, & prouidentiæ plurimùm ſaltem addiderit, quod ſcribimus nos, cùm ſecus contingat in communi, atq; recepta phyſiologia pilorum, detrahere quæ tentat plurimùm amborum maieſtati. Sanior eſt noſtra opinio; D

inſana

inſana verò eſt veterum. Nam prouidentia Naturæ, atque iuſtitia vbique viget nullis emancipata materiæ legibus, etiamſi abſque illa nunquam phyſicè operetur. Sequitur Hali filius Abbas;

Quos autem ſoli produxit compoſitioni, atque comptura Barbæ, ſunt pili. Hæc etenim pulcritudo, & venuſtas viro facta eſt, & faciei comptura. Operit enim maxillas, nec nudas deſerit.

Barba dat venuſtatem, cooperiens maxillam. Verba audio, rem non intelligo. Satis diſputaui ornamento nihil reſpondere in rerum natura; & quemadmo- *In Arte nihil eſt præter Artem.*
A dum in arte nihil eſt præter artem; ita in phyſicis nihil eſt præter phyſica; atqui phyſicorum intereſt Finem aliquem propoſitum habere. Nullum ſiquidem aliud eſt artis iudicium, niſi partium ſingularum in fabricata re vſus, atque vtilitas, veluti ſcripſit præceptor Galenus lib. 9. de Hipp. & Plat. decretis cap. 8. alioqui Natura eſſet longè inferior arte, quæ nunquam agit abſque fine propoſito. Quod argumentum non eſt meum, ſed Auerrois Diſputat. 9. contra Algazelem, vbi ait;

Nam ſi eſſet apud eos in creatis quantitas, aut qualitas, quam non determinat ſcientia; tunc attribuerent operationem Dei glorioſi primi in hoc ei, quod impoſſibile eſt attribui artifici creato, niſi modo vituperij eius. Nam non eſt macula fortior, quàm dicere: conſiderauit *Doctiſſima Auerr. ſententia ex lib. Deſtruct. Deſtruct. Algazelen.*
B *nit in re aliqua facta quantitatem, & hanc qualitatem; præter alias quantitates, & alias qualitates poſſibiles ei, & dicere; quod ipſe voluit hoc non ex ſcientia, & alia de re facta. & omnia ſunt æqualia in ſi re huius facti, quem fecit efficiens propter eum; ſcilicet propter opinionem eius, quæ eſt finis. Nam omne factum fit propter aliquid, & hoc non reperitur ordinatum ad hoc factum, niſi hoc factum eſſet, menſuratum in quantitate terminata; licet fuerit ei latitudo in quibuſdam factis, & qualitate terminata, & natura terminata etſi eſſet quodcunque factum fuerit, terminans quamcunque opinionem, non eſſet hic ſcientia omnino de facto ex factis; & non eſſet hic cauſa omnino: & erunt quantitates operatorum, & qualitates eorum redeuntes ad appetitum efficientis: & erit quilibet homo efficiens. Aut dicimus, quod ſcientia ſit in opinione creaturæ, non in opinione Creatoris. Deus glorioſus*
C *ſaluet nos ab hoc errore in primo efficiente. Sed credimus, quod omne id, quod eſt in mundo, eſt ex ſcientia.*

Ego intelligo illud eſſe ex ſcientia, quod habet finem aliquem proprium determinatum, licet deficiant vires noſtri ingenij in multis eorum. Ego admirari ſoleo pertinacem audaciam refractariam, & odioſam, ſeu miſerrimam inſaniam plurium phyſicorum, qui ſatagunt, vt ſani videantur, atque aiunt ſeſe valere ad cauſas finales omnium rerum tradendas. Non erubeſcunt aſſerere omnia eſſe peruia humano intellectui; quod falſiſſimum eſt. Nam intellectus procul à ciuitate cæleſti poſitus, ignorat plurima, nauit pauciſſima, ſi modo tale nomen me- *Multa ſapientis nomine ſe ignorare.*
D reatur. Qui illa effutiunt, neſciunt, quæ, quot ſint cognoſcenda, quomodo mens humana ab occulto meet in ipſum notum. Legite Plotinum ſtolidi, exuetis talem ignorationem: propono vobis gentilibus gentilem; quia ſatius eſſet legere Auguſtinum præceptorem doctiorem Platone, Ariſtotele, & omnibus Ethnicis, non ægriferatis non eum gentilium tribuiſſe me vobis; quia niſi tales eſſetis, vobis id ſufficeret; *D. Auguſt. laus.*

Noli altum ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. O altitudo diuitiarum quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.

Audite Auerroem vos Phyſici Auerroiſtæ.

Deficiunt

Scientia artificialis. Scientia naturalis. Scientia mutabilis.

Deficiunt vires noſtri ingenij in multis eorum, quæ ſunt in mundo contemplandis. Nam ſcientia artificialis intelligitur ab intellectu ex parte ſcientiæ naturalis: & ſi mundus eſt quid factum in vltimitate ſapientiæ, neceſſe eſt, vt ſit hic vnum ſapiens, cuius eſſe indigent cælum, & terra, & quicquid eſt in eis: nam nemo poteſt ponere factum à ſcientia mutabili cauſa ſui ipſius.

Homo eſt factus in vltimitate ſapientiæ ſenſibilis.

Ego dico, aſſero, & ab hac veritate nullæ vnquam, quæuis illæ ſint rationes, aut captioſæ argumentationes me abducent hominem eſſe factum in vltimitate ſapientiæ, cùm in eius fabrica eluceant plurima inditia. Summatim quotquot illi exiſtunt argumenta ſapientiæ diuinæ, quæ illum plaſmauit de limo terræ, vt ait Moſes, quamobrem, quicquid eſt in homine, illud eſt propter finem aliquem determinatum; atque præſcriptum; pluraque ſunt, quorum fines ignorantur ab intellectu humano contemplante; ignorabuntur ſemper, donec in patria illa cæleſti, quam nobis deſcripſit præceptor Auguſtinus doctiſſimis doctior, vita potiori viuat, vbi beatitudinis portionem aſſequutus videbit Deum, atque intelliget, quæcunque ſunt corporis. Vtinam Galenus, & Auerroes non deſciuiſſent à ſuis principijs, illi omnino non incurriſſent grauiſſimum, pernitiale illud erratum, aliqua fieri in corpore humano abſque fine, ſed ex neceſſitate materiæ, aut ornamenti; cui voci ornamento ſi aliquid in re correſpondens petas, obmuteſcunt, & ſi vrgeas, dant exemplum tibi artium, poſtremò in aſylum vulgare confugiunt, hæc eſſe ex neceſſitate materiæ. Datur ornamentum artificiale, non datur ornamentum phyſicum. Ornamentum artificiale illud eſt, quod reperitur in aliquo artis opere, additamentum alterius artis, ſed hæc philoſophia plura requirit, & maleuoli doceri non poſſunt oſores Naturæ, atque hoſtes, qui volunt illam compedibus materiei alligatam operari, atque ſi Deo placet, etiam vt contingit agere. Audiamus Hali filium Abbatis dicentem adhuc. A B

Opera Naturæ quia-entia, ſunt rubea, atque pulcra, vel dicas ornata.

Oritur autem viris, & non mulieribus Barba, duplici de cauſa: altera eſt quoniam virorum in corporibus fortior eſt, quam in mulierum calor, vaporesq; fumoſi & calidi, qui pilorum materia ſunt, plures ſunt in viris non ſufficit Natura illos vno tantummodo producere, ſed duobus diſponit: altero in capite pilis, altero in Barba. C

Argumentum a cauſa Efficiente, Materiali.

Cauſam reddit Barbæ virilis, datâ cum Efficienti cauſa, tum ipſa Materiali; eodemque penitus modo philoſophatur, atque alij, quos non pudet phyſicos propoſuiſſe venari cauſam poſitiuam effectus negatiui quod eſt impoſſibile. Nam eius quod non eſt, cauſa eſt nulla, & malum habet cauſam deficientem, non efficientem. Mulieres non habent Barbam, quia non habent id in quod tanquam in finem data fuit Barba à rectrice Natura, & à prouidentia Diuina. Qui ſecus quærunt, nodum in ſcirpo quærunt. Pars eſt ſcientiæ (aut nos turpiter labimur) ſcire, dubitare. Problema negatiuum non eſt problema ſcitum, niſi reduci ad aſſertiuum: quemadmodum nec demonſtratio ad impoſſibile, ad inconueniens ipſa doceat aliquid, niſi ſit demũ aſſertiua demõſtratio: legatur Ariſt. in poſterior. D

Effectus negatiui nõ eſt cauſa poſitiua.

Vnde & plures eſt inuenire mulieres (Hali proſequitur) *quarum eſt complexio calida, quibus pili in Menti loco producuntur.*

Barbam obtinent quandoque mulieres.

Animaduertat noulteium ingenium Barbam ineſſe mulieribus quandoque, & qualis illa exiſtat:

Nonnullos

Nonnallos etiam viros, quibus frigidum dominatur complexionis, carere Barba. Hinc etiam eſt, quod Eunuchis non producitur, eò quod frigida ſit illorum complexio, cum ab eis membrum eximij ſit imminutum caloris, ſcilicet Teſtes. Altera eſt (inquit Haliabbas) *cauſa, quòd mulieres in domibus conuerſantur, nec attinet illis Barbas producere: menta earum nuda ſunt, & pilis non indigent; ornatiores etenim ſic ſunt, & competentiores. Et has pilorum diuerſitates Natura producere propoſuit in corpore. Qui autem ex accidenti oriuntur, ſine Naturæ propoſito pili ſunt alarum, pectoris, & totius corporis: pili reliqui, exceptis capillis, Barba, ciliorum & palpebrarum pilis. Si etenim membrum calidum ſit, humidum, generatur in eo fumus, & vapor plurimus, quem Natura fortis expellit, & ex eo pili fiunt*
A *eidem in membro. Ideo ergo magis eos oriri videmus in pene propter huius viciniam membri, & teſtium, quorum eſt calida complexio, & humida, debent in ventre, & pectore, & alis propter cordis calorem, & hepatis, quæ in horum vicinia poſita ſunt membrorum.*

Eunuchi nõ habent Barbam.

Cauſa' Efficiens. Materialis.

Haliabbas hoc in loco, veluti & cæteri phyſici ſolent, peſſimo exemplo ſecludit cauſam finalẽ ab operatione Naturæ atq; proponit duntaxat cauſam Efficientẽ, atq; Materialem: cùm tamen quicquid ſit in corpore humano, habeat finem corporeum humanum, ſed à nobis aliquando ignoratum: quia homines ſumus, & attingere nequimus intellectu ratiocinante innixo ſenſibus optimam Naturæ ſapientiam, atq; ineffabilem iuſtitiam: & hac in re nos præ ipſa Natura ſumus plebeculæ, ſordes. Nam quemadmodum plebs non intelligit animum Principis,
B eiusque Miniſtrorum aſſidentium ſapientiam: ita nos non intelligimus Naturæ mentem, atque cauſarum illi proximarum vires, atque fines: patienterq; iſta ferre debemus in pœnam peccatorum noſtrorum. Hinc emergit ſcaturigo plurium fontium philoſophandi, ſed non eſt opportunus locus: aliàs docebimus, ſi adfuerit diuina gratia. Sequitur Haliabbas.

Similitudo.

Sunt autem loca hæc in calidarum complexionum corporis plurimorum; contrà quæ complexionis frigida corpora nuda pilis. Hac igitur de cauſa his oriuntur pili in locis.

Audite & animaduertite huiuſmodi philoſophiam.

C

Non quod Natura proponat, aut ad hoc nitatur: ſed ſecundam Naturam ſequitur membrum aliquod neceſſario:

Quemadmodum cum baſilici ſemen in terram iacitur ipſum oritur, & in eius confinio, viciniaq; multæ herbarum aliæ ſpecies neceſſario, eò quòd terra ſæpius irrigetur aqua propter ſeminatum ſemen: eſtq; baſilici ſuper terram productio terminis incluſa, quibus & ſemen proiectum non tranſgreditur; reliquarum autem herbarum loca diſperſa, & non definita, & minimè terminata in terram, vt ſeminis egeat ſator illas euellere omnes, & abÿcere. Sic quoque pilorum quoſdam corporis Natura producere in capite, ſcilicet ſupercilÿs, palpebris, & merito propoſuit, reliquiq; omnes pili in corpore membrorum cauſa caloris producun-
D *tur, nec in definitis, & terminatis ſunt locis, vt capitis & ciliorum pili, ac barba, ſed diſperſi, & ab inuicem quibuſdam in membris diuiſi; & in quibuſdam quidem collecti, in his breues, & in illis longi.*

Hactenus Haliabbas. Hæc eſt phyſiologia communis à Græcis deſumpta, & ad Latinos, vſque per manus interrupta ætatum ſucceſſione adhuc nobis tradita, quam hactenus, quod ego nouerim, nemo commouere tentauit. Ego prior ſum, qui & non ſolùm commouere audeo, ſed & mouere illam poſſe confido. Nam eſt falſa, & repugnat Maieſtati Naturæ, atque ipſi Diuinæ prouidentiæ: quæ omnia conſtituit numero, pondere, atque menſura.

Petri Apponenſis teſtimonium. Videamus nunc quid ſenſerint Latini, & Petrus Apponenſis conterraneus meus præferatur. Hic in libro ſuo Conciliatore diff. 54. ſub rubrica: Vtrum pili, & vngues nutriantur nec ne, damnanda prorſus ſententia non erubuit aſſerere, vel pronunciare.

Differt. 54. *Propter huiuſmodi quidem tertium ſciendum, quod omni pilorum vtcunq; iuuamentum exiſtit duplex. Vnum ſiquidem, quantum ad interiora: reliquum verò quo ad exteriora. Primum quidem quia in vapore aduſto, ex quo procreantur pili, materia mala ſuperflua educitur de corpore, quæ cauſa poterat ægritudinum eſſe;* A *& ideo habentes capitis partes compactas aderem carentes ferè, vt fumi conuerſi in capillos vix egridiantur, inde ſæpè in dolorem concidunt capitis. Nam pilus trahit malam ex corpore materiam, & inde mundificat ipſum, coll. 2. cap. de pilorum iuuamentis; ſicut Georgici, cum terram volunt fertiliorem reddere, in eam partem nitroſam, amaram, & aduſtam, ſemina proijciunt attrahentia, vt ſiclam & lupinos: Theoricæ, & quarto cap. 2. Cum enim nutrimentum tandem per ſimile attrahunt huiuſmodi nitroſa, & amara; propria namq; ſunt ipſorum: vnde terra remanens, quaſi vnctuoſa, & dulcificata fertilior efficitur: cuius oppoſitum inducunt rapa, cùm humorem ex ea ſibi dulcem alliciant: quare ipſam demacrant. Tali namq;* B *modo pili omnes intrinſecus commune præſtant corpori ſubſidium: iuuant etiam partes extrinſecas. Quod etiam dupliciter euenit, aut per ſe magis ex intentione, ac arte Naturæ ſecundum propriam proueniens plaſmationem, veluti in plantis contingit ſeriosè productis; vel per accidens magis, quàm ſi materia, vel complexionis neceſſitate conſecutum. Primi ſiquidem iuuamenti ſunt palpebrarum propriè pili, & ſuperciliorum. Prohibent enim ne ad oculos concurrant extrinſeca, vt pluuia, imber, ſeu puluis, & præſertim qui palpebrarum, & ideo non fuerunt in ſurſum* C *protenſi, vt aliorum quidam, neque in deorſum, ſed in anterius, & in rectum extenſi. Hanc hi præ alijs pilis habuerunt Naturam, & alteram, quia vitæ animales conformes ſunt. Non enim prolongantur continuè, vt reliqui, neque deſinunt producti etiam natiuitatis initio: his ſiquidem roſtra, dentes, & vngues quorundam proportionantur animalium, & ideo de iuuamentis, vt 2. Complex. cap. 8. ſenſit Galenus, pilos palpebrarum, & ſuperciliorum ex intentione, & arte produci Naturæ. Vnde qui palpebrarum præcipuè videntur nutrimentum, & regimen ferè verum habere, cùm ita præfixum habeant originis tempus, & permanentia. Quod & non omnino* D *ſic euenit in his qui ſuperciliorum: Augentur enim ſeneſcentibus, vt abraſione indigeant. Propter enim humiditatis conſumptionem coniungentis, & obturantis ſectiones plures, quæ ſunt in oſſibus ſuperciliorum: fumus hinc emiſſus amplior pilos protendit. In ſenectute namq; corporis propago, vt antiquum rimoſum, & tranſparens redditur ædificium 3. Hiſt. & de partib. 2. Alij verò pilorum ſunt propter concupiſcentiam, ceu qui Barbæ: Hi enim in decore, & venuſtate imputati ſunt viris, & propriè reliquis à Romanis nunc nationibus obtegunt etiam faciei rugas:*

vtrumq;

vtrumq; à muliere diſtinguunt, cùm ipſi Barba oriatur, niſi valde frigidò, & eunuchato à natura, vel arte: non autem fit mulieri, niſi fortaſſis pili grignonum dicti. Quod autem propter calidam multum euenit complexionem, & acutorum vſum, vel menſtruorum defectionem cum ſpermatis retentione, quibus mulier deturpatur, ceu vir decoratur. Sed propter quid viris adeſt Barba, fœmellis autem minime? Dicendum, quod eſt multiplex cauſa: vel quia vir vniuerſaliter calidior, & ſiccior muliere: differentia 38. Pili autem in complexione generantur calida, & ſicca. In fri-
A *gida verò, & humida ei abolentur oppoſita propter vaporem non potentem in ea perfectè inflammari: vel quia natura ſunt mulieres venuſtiores, & viris impiloſæ amabiliores. Protenditur etiam huiuſmodi fumi pars omnis in caput. Reputantur enim communius ex capillis pulcriores, ac honeſtiores: aut quia vt ad multum ſunt ocioſæ ſub vmbra morantes in amplius, humidiſq; ac frigidis ſe alimentis replentes. Sunt & his menſtrua, in quæ non modica materia tranſmittitur pilorum. Cùm igitur vir, vt ad multum opponatur cauſarum præfatis Barbam obtinuit, & maxime circa mandibulam inferiorem. Quod etiam non videtur, cum hæc ſit frigida, &*
B *ſicca: oſſuoſa, & neruoſa. Dicendum id contingere propter crebrum motum mandibulæ, quo caliditas ſuſcitata vaporem in pilum aduſtione producit. Aut quia caliditas à corpore omni delata in cerebrum frigidum, & humidum, refrangitur inde in hunc locum deorſum; & ideo partem ſub mento ſentimus cæteris nudis calidiorem conſiſtere, vt & frigeſcentes qui illuc manus gratia calefieri adducant. In hoc etiam teſtes coadiuuant non parum, cum ſint carnes dilatatæ, duæ caliditatem corporis, & proprie cordis refrangentes in quæ ſurſum, & velut ſolaris radius ſpeculo concauo calibino refractus, & ideo ex ipſorum abſciſſione corpus infrigidatur omne, Barba*
C *innata non oritur; actus & mores in muliebres peruertuntur. Nonnulli verò ſunt pili propter tutelam, & ornamentum, vt qui capitis ſuperiores, & in mulieribus maximæ. Vtriſq; fere præter Gallicos omnibus, & maxime qui legum extant aliarum defendunt enim caput ab imbribus caumatibus, & alijs ab extra inſurgentibus læſinis. Ornant autem caput, & mentum.*

Barba eſt decus Mariti, & dedecus Mulieris.

Hoc eſt alterum teſtimonium, atque Latinæ gentis, quæ ſubſcripſit vniuerſa opinioni antiquorum de Barba: nec ægrè ferre debent Latini ſi propono, & præpono ego Petrum ex clariſſima Apponorum familia Patauina patricij ordinis du-
D cem cæterorum. Fuit enim talis tantuſque vir propter philoſophiæ ſtudium inſignis. Hic veritatis inſano amore ductus cùm in Galliam, tùm in Angliam, cæteraſque proximas regiones diu peregrinatus eſt longinquis à patria itineribus, qui candorem obtinuiſſet linguæ Romanæ, ſi per ætatem illam, quę Marti incumbebat, licuiſſet. In cæteris enim diſciplinis palmam obtinuit Petrus, veluti atteſtantur eius clariſſima ſcripta: cuius videmus & Liuij ſtatuam Patauij ex decreto maiorum poſitam in auguſtiſſimo illo totius Italiæ deambulacro iuri ſanciendo quaſi templo dicato, Palatium vulgares appellant communi voce, quæ moles quauis Auguſta maieſtate ſuperior incomparabilis regnat in Europa. Sed redea-

Elogium Petri Apponenſis Patauini.

Apponorū gens Patauina patritij ordinis.

Pet. Apponēſis ſtatua in Palatio Patauino.

Prætorij Patauini dignitas.

mus in viam orationis ad ſcientiam Barbæ inſtitutæ. Pili mulierum orti in locis Barbæ marium dicuntur nomine *Grignones* à Petro Apponenſi. Sed in hac philoſophia lapſus eſt, veritatem oportet fateri ingenuè, teneor patriæ, nec legibus vllis; quinimo Patauinus non viuam, ſi diſſimulem hunc lapſum Apponenſis. Eſt autem inſignis lapſus, quantum pertinet ad cauſam efficientem, quam declarare conatur exemplo ſpeculi concaui chalybini. Hunc autem errorem bibit ille ex Alberto Magno, qui talia ſcripſit lib.3.de Anim.tract.2.cap.2.

Pili Grignones qui ſint?

Alb. Magni opin. de cauſa efficiẽte Barbæ.

Et ſunt aliquando pili propter pulcritudinem ſicut in Barba: Ac paulò inferius. *Poſtremò autem naſcuntur pili Barbæ, eò quòd illi generantur ex acuto calore ab anteriori parte capitis reflexo, & propter motum fortem, & frequentem ſuper mandibulam inferiorem attractum, quæ vicina & oppoſita eſt loco, à quo fit reflexio.* A

Hunc motum Barbalis materiei Conciliator noſter accipiens exponit exemplo ſpeculi chalybini, à quo (veluti conſtat) omnes norunt fieri reflexionem (vt aiunt) radiorum. Quæ autem ſit cauſa efficiens Barbæ; non pertinet hoc negotium ad illud, quod nunc mihi propoſui otium, indigitare attamen non pigebit, & dicam eſſe Facultatem Barbificam quę non apparet in prima generatione animalis, (hæc autem eſt, dum aliqua ex parte formatur in vtero) ſed in altera. protrahitur enim generatio hominis, (quantum ego ſentio) adhuc extra vterum: inditio ſunt plura, ſed præſertim Barbæ generatio, quę eſt particula corporis noſtri, in qua Barba conformanda rectrix noſtri corporis Natura vtitur, vt verbis Galeni præceptoris vtar, generatrice alteratriceque potentia, particulatim verò excalfactoria, refrigeratoria, humectatoria, & ſiccatoria. Nemo eſt, qui neſciat, vel in rudimentis phyſicorum ſtudiorum leuiter adhuc verſatus Naturas qualibet ſublunares vti qualitatibus primis ad effectus producendos proprios. Facultatem efficientem Barbæ Barbificam diximus, exemplum quia deſumpſimus à præceptore Galeno in eodem loco lib.1.Fac.Nat.cap.6. vbi loquens in hanc ſententiam, tum quæ ex harum mixtura fiunt (intelligit de primis qualitatibus) veluti oſſifica, cartilaginifica, neruifica, membranifica: claritatis enim gratia his quoque nominibus vtendum. Haud ſum oblitus nonnullos viros alioqui doctos, atque eius ordinis, qui ſcientias profitentur, cùm intellexerint me in priori ſectione ſcripſiſſe facultatem generatricem vigere diù poſt exitum ab vtero, indiuiduum ſcilicet hominem adhuc conformari, & generari, quaſi doctrinam talem ridentes, dixiſſe, me forſan intelligere de facultate auctrice: ſed quomodo intelligam de auctrice, ſi hæc ſupponit eſſe, generatrix verò pergit ad eſſe. At hic non eſt locus huiuſce quæſtionis, & quæcunque ſcripta ſunt à me de efficienti cauſa, curſim dicta fuere. Auerroes, qui fuit inter phyſicos Arabicæ ſectæ ſatis ingenuus, & famoſus, de pilis hanc in ſententiam locutus fuit cap.vlt. ſuorum collectaneorum artis medicæ.

Cauſa Efficiens Barbę indicatur obiter. B

Facultas Barbifica. C

Auerroes lib. Collectaneorum. D

Pilorum capitis, ſuperciliorum, & palpebrarum iuuamentum eſt, vt defendant: & hoc eſt manifeſtum; quia videmus quod pili corporis defendunt cerebrum à frigore, & calore. & ſuperciliorum, & palpebrarum adiuuant ad defendendum oculos à rebus extrinſecis.

In quorum

In quorum vſu pilorum, valde ego diſſentio ab vniuerſa antiquitate, credens pilos palpebrarum,& ſuperciliorum per ſe concurrere ad actionem oculi exercendam, & pilos ſuperciliorum huic officio deſeruire ſatis demonſtrare conati ſumus in cap.proprio noſtræ Philoſophiæ Indiuidualis,cum ad confirmandam noſtram opinionem adduxiſſemus ſententiam D. Baſilij in Hexameron. Sed proſequamur Auerrois dictum. [*Opinio Autoris de cauſa Finali ſuperciliorũ.* *D. Baſilius in Hexam.*]

Sed pili ſubaſcellarum, & pedum, & multi alij, qui ſunt ſuper ſuperficie corporis, quod apparet ex eis, plus eſt ex neceſſitate materiæ: eò quòd generatur pilus ab
A *vno vapore fumoſo aduſto ſecundum Galenum. Et hoc indiget ſpeculatione: quia videtur quod pilus ſit corpus extendibile ſiccum.*

Ecce quomodo Auerroes doctiſſimus Galeni doctrinam quantum pertinet ad generationem pilorum ſuſpectam habuerit, quia ſibi non ſatis probabatur ait: *Indiget ſpeculatione*. Quis finis exiſtat pilorum axillarium dicemus obiter Sect.3. interim videamus quid in doctrina finali Barbæ à Galeno tradita deſideremus.

BIBLIOTECA

EXERCITATIO.

B VELVTI cognoſcere interea nobis datum eſt,Galenus cognouit, & ſcripſit Barbæ tres eſſe fines: primus eſt operimentum, alter eſt ornamentum,tertius eſt expiatio,ſeu expurgatio corporis à fuliginoſis vaporibus. Quorum duos accepit ab Ariſtotele,atq; hi ſunt primus,ac tertius,nam legimus apud Ariſt.huiuſmodi orationem. [*Summa opinionis Gale.*]

Homo animalium maximè omnium piloſo capite eſt: cuius rei cauſa, tùm ad neceſſitatem, tùm ad præſidij rationem referenda eſt. Neceſſarium enim propter cerebri humiditatem,& commiſſuras caluæ,nam vbi plurimum humoris, calorisq; eſt,
C *ibidem ortum pilorum copioſum eſſe neceſſe eſt. Adiumenti autem ratio, vt frequentia pili caput operiens defendat à nimio frigore, & calore.* [*Ariſt. lib.2. de Part. Anim. ca. 14.*]

Ex qua ſententia licet vnicuique cognoſcere,Ariſtotelem in pilis caluæ duas cauſas pronuntiaſſe,vnam deſumptam à materia, & alteram à fine, quam philoſophandi rationem imitans Galenus dixit pilos Barbales duplicem habere finẽ operimentum, expurgationem vaporum fuliginoſorum. Conſideremus nunc parumper an Barba inſeruiat operimento ad contegenda ſubiecta corpora? omnino quicquid extrinſecus obtenditur,illud ſeruit quadantenus operimento, ſed hæc eſt pheacum philoſophia,quam nemo neſcit, ſed num ſeruit operimento, vt nullum præterea obtineat finem? Oppono Ariſtoteli, & Galeno: Auguſtinum,
D qui ſcribit in hanc ſententiam negans Barbæ finem eſſe operimentum.

Sunt vero quædam ita poſita in corpore vt tantummodo decorem habeant, non etiam vſum; ſicut habet pectus virile mammillas: ſicut facies Barbam quam non eſſe munimento, ſed virili ornamento indicant puræ facies fœminarum, quas vtiq; infirmiores viris muniri tutius conueniret. [*Auguſt. lib. 22. de Ciuit. Dei, ca. 24.*]

Præterea cur Natura cauſa illa efficiens certo, atque conſtituto tempore conformans pilos barbales, articulum hunc ſibi elegit ad cooperiendum ſubiectas partes

Obiectiones contra opin. Galeni. partes ipſos conformandi? Ephebi pueri nonne ſunt molliores, atque obnoxij magis externæ iniuriæ caloris, atque frigoris, quarum qualitatum occaſione natura tribuit Barbam ipſis maribus humanæ ſpeciei? Vt neceſſarium videntur potiùs contegenda loca barbalia ipſis pilis dum adhuc puerorum caro, cutis, ac cæteræ ſubiectæ partes erant molliores teneriores, ac propterea obnoxiæ magis occurſui iniuriarum externarum; quod ſuadet etiam illorum ætas, neque intelligentia, neque experientia ſatis vigens vt noſcat declinare iniurias actiuarum qualitatum externarum, quarum vires nocituras humano corpori Natura reſpexit pilos cephalicos, & barbam tribuens veluti cooperimentum ipſis maribus, quantum licet colligere ex ſuperioribus Galeni dictis, & Ariſtotelis. Poſſit itaq; homo innixus huiuſmodi ratiocinijs iure ſuſpicari hanc Galeni philoſophiam pilos barbales inſeruire operiendo non eſſe omnino veram: quia non definitur ipſius temporis ratio, in quo Barba generatur: quia ętas prior videtur magis fuiſſe indiga tali cooperimento, atque id videtur iuxta principia eiuſdem Galeni, quæ non adducimus euitantes interea odioſam prolixitatem. At fugient Galeniſtæ dicentes pili Barbales tunc non exeunt in ætate puerili, quia materia, locus opportunus, aut loci aptitudo non adſunt. audiamus Galenum, qui opinatus eſt quantitatem diſcretam euacuationis, vt ait materiæ pilaris oriri à copia eiuſdem materiei, & hoc aſſerit, vel pronuntiat comparans ſexum fęmineum ipſi ſexui maſculo. A

Gale.lib.11. de V.P.c.14 *Quin & propter vtilitatem aliam neceſſariam tum genarum, tum capitis pili nobis inſunt. Cum enim ex humoribus halitus ſurſum ad caput efferatur craſſioribus eius excrementis potiſſimum ad pilorum alimentum Natura abutitur. In viris autem quanto hi mulieribus ſunt calidiores, tanto hæc quoque excrementa ſunt plura. Proinde duplicem ijs Natura inuenit vacuationem, alteram ex capitis, alteram ex genarum pilis.* B

Propoſitio noua publicata ab Autore ad Pilos Barbales. Cui philoſophiæ oppono propoſitionem à me nunc primum publicatam, atq; ſenſu aſſeueratam, & hæc exiſtit.

Pili barbales niſi ſemper ij ſaltem frequenter ſunt craſſiores, & duriores pilis caluæ, ſeu capillis. C

Conſiderate hanc propoſitionem tyrones habentem duplex attributum, interrogate barbitonſores omnes hanc reperietis eorum teſtimonio veriſſimam, quia ſenſu docentur ipſi. Propoſitio eſt phyſica, nam illud quod eſt ſecundum naturam niſi ſemper ſaltem ſæpe contigit. Differunt itaq; pili caluæ, & pili barbæ penes materiam; ſuadere nos debent hæ differentiæ accidentales, quæ manuducunt intellectum ad cognoſcendum ipſum quod quid eſt ſubeſſe differentiam finis inter pilos Barbæ, atque caluæ: Neque locus eſt fugæ vt dicere liceat has differentias accidentales obuenire locorum occaſione, ſiquidem locorum differentijs conſideratis duriores, & craſſiores deberent eſſe pili cephalici, vel caluę dicas ipſis pilis barbalibus, nam horum pilorum loca ſunt molliora, humidiora caluæ ipſa cute, quapropter & pili barbalibus locis innaſcentes quantum pertinet ad conditiones loci deberent eſſe molliores, atq; tenuiores, cùm tamen ſenſu aſſertore contrarium appareat. Adhuc oporteret eſſe pilos caluæ duriores propter quantitatem, ſeu copiam ipſius materiæ (ſi talia pronuntiare licet argumenta) nam copioſior eſt materia pilorum caluę quam Barbæ, ſuadere videntur hoc, & incrementum liberalius pilorum caluæ, & illorum quantitas diſcreta numeroſior. D

meroſior. Sed non ſatis cognoſcere valeo, quomodo aſſeri poſſit Barbam prouenire à copia materiei euaporationis fuliginoſæ, & neceſſitate materiæ, veluti apparet Galenum voluiſſe. Nam exiſtunt homines plures, qui Barbam obtinent Labij ſuperni, atque Menti, præterea eandem breuem, ac parcioris crementi, ad huc raram, quod cum ſenſus doceat: peto ego, quanta eſt illa portio materiæ fuliginoſæ barbalis? eſt ne adeo copioſa vt valeat cogere Naturam ad inueniendum hunc locum euacuationis; cum & homines obtinentes huiuſmodi Barbam à nobis deſcriptam raros habeant pilos caluæ, præterea tenues. nulla itaq; eſt neceſſitas conformandæ Barbæ à Materia communi fuliginoſæ exhalationis, atq; eius copia, niſi à fine deſumpta in quem Natura, Facultas, Formatrix humana, voluit Barbam nobis tribuere. Valebat ſatis Natura hominis rectrix ſi vera foret huiuſmodi phyſiologia pilorum ipſos nimirum pendere ab effumatione, ſeu euaporatione fuliginoſa excrementitia humorum noſtri corporis, valebat ſatis Natura hominis conformatrix, & rectrix parare viam euacuandorum id generis excrementorum, atque vt loquamur duntaxat de Barba ipſa, valet natura materiam huiuſmodi pilarem deriuatam ad conformationem Barbæ expellere per poros caluæ pilares, atque liberaliori eorum cremento facto, poterat aufugere neceſſitatem conformandæ Barbæ, ſed voluit illa ob vtilitatem præcipuam ſpeciei humanæ Barbam conformare, non compedibus, aut ſtimulis materiei coacta, at ſuo vtens iure, atque ſapientia illa, & iuſtitia quam toties prædicauit Hippocrates communis præceptor eſſe admirandam, & nunquam ſatis intellectam. Dixerint materia Barbalis deerat, propterea pueri non habent Barbam, aio ego, ſed adſunt Pili caluæ, portionem quorum materiei poterat natura conuertere ad loca Barbalia, & illam conformare vbi opportunum cenſuiſſet id præſtare: ſic iuxta philoſophandi viam à Galeno traditam nobis magno liberati eſſemus onere nimirum attonſionis, quæ negotium nobis faceſſit, & corpus hominis ſibi ipſi neceſſario ſeruiendo inſtar mancipij, ſemper habet addictum. Poſtremò cur Barba non exeat pueris illis, quorum cutis caluæ eſt vitiata morbo tineæ, vt nullos poſſit alere pilos? Omnino ſi Barba exit à neceſſitate materię, atque copia, oporteat pueros huiuſmodi eſſe barbatos, quis ex eorum ſecta qui exiſtimant pilos oriri à fuligine excrementitia euaporante ab humoribus adeo nullæ frontis exiſtat, vt negare audeat in huiuſmodi pueris illam celeberrimam euaporationem fuliginoſorum vaporum ab humoribus, quam decantant eſſe materiam pilorum: cutis caluæ ſtat glabra ex intemperie peculiari, aut connata, aut ex contagio ſuſcepta admiſſa, pilus non erumpit, ſubeſt in corpore puerili illo materia pilorum caluæ, aſcendit (vt aiunt) ſuapte natura, peto ego quorſum abit? illam retrocedere neceſſe eſt: itaque exeat per loca vicina, & Barbalia, per quæ ſuo tempore conſtituto exit pueris illis demum barba. Nonnè hoc docuit Gal. lib. de Facult. Nat. 3. ca. 13. Scio quid iſtis phyſicis ſit comminiſcendum defuiſſe Naturæ ſubulam qua locorum Barbalium ſuperficiem, vel corpus terebraret? Prætereà nonnè tineoſis pueris (rumpantur ilia non Codro, ſed Orbilijs, & verbulorum Ariſtarchis) certo conſtituto tempore Barba exit, eaque pauci incrementi, occupans quandoque duo tantum ex locis determinatis? attamen ſi ratione materiei copiæ tranſponit Natura illam euaporationem fuliginoſam ad conformationem Barbæ, veluti ipſe Galenus aſſerit oportebat homines tineoſos habere Barbam prolixam, denſam, occupantem loca omnia Barbalia, ſecus tamen contingit, atq; hoc eſt argumentum ab eo quod euidenter apparet petitum, deſtruens illam ſuam fugam, qua ſe recipiunt ad locum, ſeu loci opportunitatem, poſſunt namque refractarij homines

Margin: A, B, C, D; *Obiectio.*; *Gal. li. 11. de V. Par. c. 14.*; *Obiectio.*; *Facete.*; *Obiectio.*

nes dicere Euaporatio fuliginoſa, quæ in caluę cute obtinere vitium non generat capillos, vtcunq; couertatur ad loca barbalia, non poteſt attamen ibi producere pilos, nam vt ait Gal. in lib. de Temperam.

Galen. lib. 2. Temp.

In quibus humida cutis eſt, & plane mollis, qualis modo concreſcens caſeus in eorum ijs, quæ exciderunt via per cutem non manent, partibus ſcilicet eius, quæ prius diſſidebant inter ſe vnitis. At in quibus dura eſt non abſimilis caſeo iam coacto, perforatur quidem eorum, quæ exeunt impetu: cum autem rurſus vniri per ſiccitatem nequeat, meatus ipſos immutatos ſeruat, qui etiam perpetuo transfluentium ictu aſſidue magis fiſtulantur. A

Quicqd eſt, fit ppter Finem, non autem ex Materia Neceſſitate. Arg. ab artefactis.

Hæc eſt Galeni ſententia, qua ſe tueri potuiſſent, quotieſcunq; voluiſſent quæſtionem definire teſtimonio, non autem ratiocinio, ea tamen amplius illis non inſeruit, ſi recte intelligatur obiectio iam ſcripta. Doceantur ergo nihil eſſe ex neceſſitate materię (tantùm abeſt vt ſubſcribam illorum opinioni credentium pilos barbales eſſe ex neceſſitate materiæ fuliginoſæ euaporantis) ſed ex neceſſitate finis, vel eius opportunitate. Atque illos perſuadeat exemplum artis, quod tale fuerit: Petrus indigeat chyrotheca, quæ ſi apte veſtire debet eius manum oportet illam obtinere A, B, C, D, E, Artifici Petrus adferat pellem ad conficiendam chyrotecam, quæ pellis habeat elementa plura ex. gratia A, B, C, D, E, F, G, H, peto ego an ipſe Artifex effinxerit chyrotecam iuxta numeros materiei pellis, quæ ſuperat manum A, B, C, D, E, ipſis F, G, H, ita chyrotecam conformans ampliſſimam, & ineptam veſtiēdæ manui Petri, quia pellis materia chyroticæ eſt A, B, C, D, E, F, G, H, an conformabit iſtius modi pellem iuxta manu Petri formam, quæ eſt A, B, C, D, E? Omnino ſenſu communi quis niſi careat dicat oportet Artificem conformaturum pellem in chyrothecam directurum eſſe, atque libraturum artifices operationes regula Finis, non autem copia materiei. Intellectus practicus in præſtandis operibus artis declinet neceſſitatem materiæ: Natura Facult. Formatrix cogetur à neceſſitate materiei? Sed hic non eſt locus definiendi hanc quæſtionem, doctior tamen fuit Galenus hac in re ipſo Auerroe, qui non erubuit aſſerere aliquas ſpeties eſſe ex neceſſitate materię. Occaſio huius erroris eſt finis quarundam ſpetierum ignoratus. Veruntamen nos illud nunquam fugiat, ſed noſmetipſos ſemper moneamus, Oportere nos videre animaduertere, meminiſſe quam ſit imbecilla noſtræ mentis acies ad veſtiganda Naturæ penetralia. Dictum illud Auguſtini Diui teneamus nectareum, ſaluberrimum. B C

Auer. in tractat. 4. Epit. ad lib. Metaph. Religioſ.

Auguſt. lib. de ſpiritu, et litera. c. 5.

Cauſa etiam ſi lateat hominem, non ſe obliuiſcatur eſſe hominem, nec propterea Deo det inſipientiam, quia non plene capit eius ſapientiam.

Nonne ſcripſit Eccleſiaſtes cap. 3. D

Cuncta fecit bona (Deus ſcilicet) in tempore ſuo, & Mundum tradidit diſputationi eorum, vt non inueniat homo opus, quod operatus eſt Deus ab initio, vſque ad finem.

Rurſum in calce cap. 8. eiuſdem libri:

Et

Et intellexi, quod omnium operum Dei nullam poſſit homo inuenire rationem eorum, quæ fiunt ſub ſole, & quanto plus laborauerit ad quærendum, tanto minus inueniet, etiam dixerit ſapiens ſe noſſe, non poterit reperire. Eccleſiaſtes cap. 8.

Et rurſum,

Cunctas res difficiles non poteſt eas homo explicare ſermone.

Veruntamen quia hæc accipere ex phyſicis noſtris fortaſſe nonnulli renuant
A do illis ex Ariſtotele teſtimonium, qui confitetur aliqua eſſe, quorum finem difficillimum eſt niſi impoſſibile cognouiſſe.

Cùm autem de hiſce ſingulatim definitum ſit, quid caro, aut os, aut quodlibet cæterorum quæ ſimilium ſunt partium, ediſſeramus. Nam ex quibus ſimilarium natura conſtet, eorum genera cuius quodque generis ſit, ex ortu ipſo colliqueſcit. Nam ex elementis ſimilaria conſtant, ex ſimilaribus autem vt materia, integra naturæ opera conficiuntur. Atque omnia ſunt, vt è materia quidem, ex hiſce quæ dicta ſunt: vt autem ſecundum eſſentiam, ratione. Hoc autem ſemper magis apertum in poſterioribus eſt, & omnino hiſce, quæ vt inſtrumenta ſunt, & alicuius gratia. Nam quòd emortuus homo æquiuocè homo ſit, conſtat magis. Perin-
B *de ergo emortui hominis manus æquiuocè manus dicitur, atque ſi vel lapideæ tibiæ, tibiæ dicantur: nam & hæ quoque velut inſtrumenta quædam eſſe videntur. At eiuſmodi in carne, & oſſe minus aperta ſunt: & adhuc in igne, & aquâ minus. Nam vbi materia plurimum exiſtit, ibi id gratia cuius quippiam factum ſit, minimè conſtat. Perinde enim euenit, atque ſi extrema ſumantur: nam materies nihil aliud eſt, quàm materies: eſſentia, quàm ratio: quæ inter hæc media ſunt, vt quodque propè eſt, quando & horum quodlibet, alicuius gratia exiſtit. Quin etiam non quouis modo habet aqua, aut ignis: ſicuti nec caro, nec viſcera: adhuc autem magis, manus, & facies. Sed ſuo munere, ac officio definita ſunt vniuerſa: nam quæ ſuo fungi munere queunt, ſingula verè ſunt: vt oculus ſi cernat: quæ verò nequeunt, æquiuocè: vt emortuus, lapideuſve oculus: non enim ſerra lignea, præterquàm*
C *ſerræ imago, ac effigies exiſtit. Sic & caro, verùm eius officium minus quàm linguæ, dilucidum eſt. Sic & ignis: ſed adhuc forſitan minus eius, quàm carnis officium naturaliter innoteſcit. Sic & plantarum partes, & inanima, vt æs, atque argentum. Cuncta namque facultate quadam, aut agendi, aut patiendi ſunt, vti caro, ac neruus: ſed rationes eorum nequaquam ad vnguem perſpecta ſunt. Quare quando ſint, & quando non ſint, non eſt facile diſcernere: niſi admodum deprauata ſint, & figura ſola reliqua ſit. Chuiuſmodi ſunt vetuſta illa cadauera, quæ in capſulis adſeruata in cinerem ſubitò vertuntur: necnon fructus admodum inueterati, qui figura tantummodo, non etiam ſenſu fructus eſſe videntur: item quæ lacte coacto conſtant. Tales igitur partes caloré, ac frigore, & eorum motionibus fieri contingit, cùm caloris vi, atque frigoris cogantur: eas autem intelligo, quæ ſimilares ſunt, vt carnem, oſſa, pilos, neruos, & quæcunque ſunt eiuſmodi: omnes enim differentijs hiſce,*
D *quas prius diximus, tenſione ſcilicet, tractione, comminutione, duritia, mollitie, & cæteris id genus diſtant. Tales inquam partes calore, frigore, & mistis motibus fiunt. At diſſimilares, quale eſt caput, aut manus, aut pes: ex illis conſtituta nemini videbuntur: ſed ſicuti frigoris, & caloris motio vt æs, argentumve fiat, cauſa eſt, vt verò ſerra, aut phiala, aut arca, non item: ſed hic ars, illic autem natura, aut alia quædam cauſa eſt: ſic & vt illa fiant, in cauſa eſſe putabitur. Cùm igitur iam ſit oſtenſum cuius ſimilarium quodque generis ſit, de vnoquoque quid ſit, verbi cauſa, quid ſanguis, aut caro, aut genitale ſemen, & aliorum quoque ſumamus oportet: Tunc enim cur quodque ſit, & quid ſit ſcimus, cùm materiam,* Ariſtoteles lib. 4. Meteorologic.

um rationem, ſed maximè cùm vtranque, & vnde ſit motionis exordium, cognoſcimus. Quibus elucidatis, pari modo de diſſimilaribus, & denique hiſce quæ ex eis conſtant, vt homine, planta, & cæteris id genus, contemplandum videtur.

Ecce quomodo, & ipſe aſſerit eſſe nonnullas difficillimas cognitu partes in corpore noſtro? eæ autem ſunt, quæ proximè attingunt alterum extremorum, aut materiei, aut formæ. Pilus videtur, quicquid eſt, eſſe materia, neque agere, neque pati quicquam hinc orta eſt opinio illum eſſe excrementum, & à materiæ, vt aiunt neceſſitate pendere. Quaſi natura rectrix humanæ ſapientiæ ſummæ nequiuiſſet, aut ignoraſſet expellere huiuſmodi fuliginem excrementitiam vnde A oriuntur pili, quotieſcunque illud optimum cenſuiſſet: illa quæ Herophili torcular conformauit, quæ neruos decuſſauit opticos, lapidis ſpecularis (vt aiunt) Anaſtomoſeos cordis in fœtibus autor. Summa ſummarum facultas formatrix ex omnium conſenſu philoſophorum Diuina in homine perfectiſſimo omnium entium ſublunarium vaporibus iſtis fuliginoſis viam illorum omnino expellendorum parare nequiuiſſet, ignoraſſet, vbi hæc ab illis dicta excrementa optimum fuiſſet omnino expelli, ſi reſident in corpore veluti reſident nemo adeo belluini fuerit ratiocinij, qui negare audeat illos habere aliquem vſum debere. Sed ad tollendam hanc neceſſitatem materiæ non ſufficit Naturæ maieſtas, quæ validiſſimum ſubminiſtrat argumentum, quia vel ignoratur, vel negligitur à phyſicis po B pularibus ingenijs. Qui ægrè fertis me in huiuſmodi phyſiologia pilorum generica, & Barbæ ipſius non ſubſcribere Galeno, audite illum aduerſus Aſclepiadem qui deſputat in hanc ſententiam,

Nos autem ne futiliter de nominibus concertare videamur concedentes plura eſſe cauſarum genera primum quidem, ac potiſſimum cuius cauſa aliquid fit: Secundum vero à quo fit. Tertium ex quo: Quartum per quod; & Quintum ſi vis ſecundum quod fit ad ſingula genera reſpondere ipſos de omnibus animalis particulis compellemus, ſi modo re vera ſunt phyſici. Nam quod ad nos attinet, ſi quis requirit cur vaſorum natura in pulmone variauerit, factaq; ſit vena quidem arterioſa, C *arteria autem venoſa? veram cauſam eandemq; primam afferemus: Quod ſcilicet in hoc vno viſcere melius fuit, denſam quidem eſſe venam: Raram autem arteriam: Eraſiſtratus autem non hoc modo, ſed ita tradit.*

Aſclepiadis opinio.

Ipſa quidem vena indidem proficiſcitur, vnde quæ in totum corpus diſtribuuntur arteriæ principium habent, in ſanguineumq; ventriculum pertinet. Arteria vero D *rurſus, vnde venæ oriuntur. Et ipſa orta in ſpirituoſum cordis ventriculum pertinet.*

Galenus.

At Aſclepiades vtraſq; cauſas prætergreſſus, tum illam, quæ opificis prouidentiæ referenda eſt accepta, quam primam eſſe diximus: tum autem ſecundam, quæ velut materialis eſt, accidenſq; ad genus cauſæ omnium infimum atq; abiectiſſimum quod omnino ne cauſam quidem opinor dixerit, qui Dialecticis fuerit imbutus, ſed

id omne

id omne ceu drachmam adulterinam cauſam eſſe, vel ex accidente, vel ex conſequente fidem ſe facere ſperat, atque ſapientem eſſe legis Adraſtiæ (vt ego arbitror) immemor: quod nulla alia ratio æquè redarguat dogmatum eius abſurditatem, atque hac ipſa, quàm ſe ſapienter inueniſſe arbitratur.

Aſclepiades.

A *Nam (quod inquit) in pulmone ſolo, contra quam in alijs omnibus inſtrumentis, arteriæ motu agantur duplici. Vno, quem domeſticum habent, ex propria videlicet ſubſtantia pulſantes. Altero, quem ex pulmone ob reſpirationis munus ſemper agitato nanciſcuntur, immenſis tandem laboribus confectæ extenuantur cum quæ alijs partibus inſunt arteriæ, proprium vnum habeant motum, eundemq́; moderatum, ob idq́; bene nutriantur, robuſtæq́; ſint. At venæ (inquit) quæ in toto quidem ſunt animali, cum motu omni careant, non aliter quàm mancipium quoddam deſes ab omni*

B *niq́; exercitatione fugiens, iure atrophia laborant: quæ vero ſunt in pulmone, motum ab viſcere ipſo nactæ fiunt corpulentæ, quo modo & ij, qui mediocriter ſe exercent.*

Galenus.

Verum ô omnium hominum ſapientiſſime Aſclepiades, cætera quidem ſcriptorum tuorum flagitia ſi vellem eo modo perſequi, ocio maiore opus eſſet: quæ vero ne

C *puerum quidem fallere poſſint, nedum virum iactabundum adeo, atque inſolentem, ea genere quidem ſunt duplicia: Alia enim ex contemptu anatomes, atq; oſcitantia: Alia ex logicæ ſpeculationis ignorantia promanarunt. Nam ſi anatome peritus eſſes, nobis fortaſſe concederes arteriam à vena non craſſitie modo, ſed & numero, ac qualitate tunicarum diſcrepare. Interiorem enim tunicam, quæ craſſa eſt, ac dura, quæque fibras habet tranſuerſas, venæ ipſæ non habeat omnino: tu vero, habeant nec ne nihil magnopere ſolicitus, quæ ſibi nunquam percepta fuerunt, neque cognita, ſine vlla dubitatione audes de illis, vt exploratiſſimis pronunciare, qui Herophili*

(Oportet eſſe Logicū, atq; Anotomicū, quę vult phi loſophari cir ca Naturæ opera.)

D *diſſectiones reſpuis, qui iam Eraſiſtratum condemnaſti, cui denique ſordet Hippocrates. An neſcis pro certo venas pulmonis interiorem illam duram tunicam non habere? An hoc quidem intelligis cum autem macilenta quæpiam ſit particula, exiſtimas non tunicarum ipſius craſſitudinem, ſed numerum imminui? Ea certe lege ventriculo in ſummè extenuatis vnica erit tunica, carnoſis vero ac bene habitis quatuor: itemq́; oculorum tunicæ tres, verbi gratia phtoe tabeſcentibus (maxime enim his contribuerunt) quatuor vero quouis alio morbo conflictantibus, quinque nobis ſanis, ſex ſi fors ita tulerit ijs, qui bonam habent corporis conſtitutionem, Athle-*

(Vena pulmo nis.)

(Obiectiones erga opinionem Aſclepiadis.)

tis ſeptem, & his adhuc plures Miloni, & Polidamanti. Non alienum etiam eſſet, ſi & manuum digitos in bona quidem habitudine plures, in contraria vero pauciores haberemus: eſſet enim eo modo dignum Aſclepiadis ſapientia ſpectaculum, ſi tres quidem digitos habeat Therſites, Aiax autem ſeptem, ac plures his Achilles, Horion etiam (opinor) & Talus, numeroſiores, quam Iuli habent pedes. Fieri non poteſt ò generoſiſſime quin vbique ſuam prodat infantiam, ridiculusq; ſit, qui prauis dogmatum hypoteſibus nititur. Mens enim eſt, quæ omnia hæc deſignat, diſponit, ac ornat, non corpuſculorum vis concurſu quodam fortuito inter ſe cohæreſcentium. Nam pulmonis quidem arteriæ ſunt Venoſæ, Venæ verò Arterioſæ, A *quod eſſe eiuſmodi eas præſtiterat: Cordis vero ventriculi duo quidem ſunt, quibus eſt Pulmo, Vnus autem cui non eſt, etenim hoc quoque melius fuit: Membranæ autem ſingulis inſunt orificijs, nè cor vanum ſubeat laborem: præterea venæ cauæ ſtabiliendæ gratia quintus pulmonis lobus, ac reliqua omnia, quorum cum ſapientiſſimus vir Aſclepiades cauſam, cùr facta fuiſſent, præ inſcitia nullam dixiſſet, vnius tamen ex omnibus cauſam reddit, inuento, vt putabas, probabili ſyllogiſmo. Permittimus tibi rectè de pulmonis vaſis dixiſſe: aggredere quoq; aliarum animalis partium explicationem.* B *Nos enim in omnibus non vnum cauſæ genus, ſed omnia ſimul recenſemus: Vnum quidem ibique primum, ac principaliſſimum, quod ita eſſe præſtiterat: quod ſubſequuntur, quæ tum ad inſtrumenta, tum ad materiam pertinent: quibus vtens opifex ad optimam ſpeciem ſingula, quæ fiunt, effingit, arterias quidem pulmonis raras, venas autem denſas efficiens, propter eam quam diximus cauſam. Quas cum eiuſmodi feciſſe eſſet melius ex arterioſis cordis partibus venas, ex uenoſis autem Arterias produxit, & quoniam materiam præbere vtriſque conuenientem oportuit, ad ſpiritus quidem ventriculum ſiniſtrum, ſcilicet arteriarum, ad alterum* C *autem venarum os aperuit; rotundaſque effecit, quod ipſas præſtiterat figuram habere, quæ ab iniurijs omnibus tutior eſſet. Iam vero cum eas ex materia, & per inſtrumenta parare oporteret humidum quidem ſicco admiſcens & quendam ex vtroque humorem, ac materiam ad formarum impreſſionem recipiendam inſtar ceræ facilem efficiens hanc materiam generandis ſubiecit: calidum verò, ac frigidum temperans, duo hæc circa materiam actuoſa comparauit inſtrumenta, quæ in miſtione partem quidem materiæ exſiccari à calido conſtituit, partem autem frigido concreſcere, ac horum denique miſtura ſpiritum rite temperatum generari. Poſt autem eam ipſam miſtionem flatu in latum extendens, deducensq; materiam, cauum vas ac prælongum effecit, copioſiorem quidem materiam affundens, cui melius erat eſſe craſſiori: parciorem autem cui tenuiori. Habes iam cauſas omnes his verbis, Finalem ſcilicet ab Opifice; ab inſtrumentis, à Materia, à Forma. Tibi autem ſi placet principaliſſimas omittere, tum eam, cuius cauſa aliquid fit, tum etiam à quo fit, alias ſaltem in ſingulis particulis affer.* D

Hæc eſt

Hæc eſt Galeni philoſophia aduerſus Eraſiſtratum, quam vt veram accipientes, interea nos deſideramus pariter obſeruari ab eodem Galeno eius autore in Philoſophia pilorum, atque Barbalium, qui obtinent locum digniſſimum noſtri corporis, qui certam temporis diſpenſationem obtinent in eorum generatione. Det nobis Finem Galenus. Si ſunt excrementa deberent omnino eijci à corpore, veluti ſtercus, vrina, ſed pili reſtant in corpore, habent differentias accidentales perplures, quarum oportet dare cauſam finalem, neque illæ reijciendæ ſunt in materiæ neceſſitatem, quia liceat vnicuiq; quodcunq; viciſſim reijcere in eandẽ neceſſitatem. Primùm nego ego hanc euaporationem fuliginoſam excrementitiam ab humoribus exhalantem quam decantant eſſe materiam pilorum. loquor ſemper de humoribus iuxta naturæ legem conſiſtentibus: nam vbi ſunt viciati exhalant quidem vaporoſam ſubſtantiam, quæ impetẽs partem imbecillam corporis, illam tormentis excruciat miris, & miſeris. Halitant quidem humores probi, ſed uel ſpirituum, vel nutritionis ergò: hæ duæ ſunt halitationes ſanguinis aut humorum ſanorum naturales, vnde fluunt refocillatio, aut reparatio ſpirituum: reſtitutio ſubſtantiæ deperditæ. impoſuit iſtis cum ignis, tum ea quæ coquuntur in lebetibus, vident enim à rebus combuſtis halare ſpiritum, quendam, qui adhæreſcẽs parietibus fornacum mox in fuliginem cõcreſcit. hinc perſuaſi ſunt, quia non cognouere vſum pilorum, eandem prorſus eſſe illorum generationem. Præterea quæ coquuntur veluti caro in lebete ſemper halitat, ſubijciunt iſti logici, at non phyſici: Sanguis concoquitur in Venis, itaque vapores mittit qui neceſſario ſunt excrementa, & abeant neceſſe eſt, hinc pili oriuntur. ſi nego ego ſimilitudinem, adhuc non video, quid valeant reſpondere, ſed eſt argumentum aduerſus illos à copia pilorum, à locis diſtinctis eorundem. quomodo congregatur materia hæc fuliginoſa ad loca pubis, axillarum? agiturnè illa motu elementari, aut à ſuperiori quadam cauſa? quod eſt grauiſſimum terreſtre deorſum ſubſidere oporteret, atque inibi quaſi fæcem ſedere, at pili ambitus corporis & inferiores omnino ſunt ſuperioribus tenuiores, molliores. Alterum quod nego in Phyſiologia pilorum eſt, foramina confirmari, configurari ab iſtiuſmodi exhalatione fuliginoſa excremẽtitia. ſed cõcedatur. valuerit ipſa materia parare ſibi vias & vniuerſa exire nequiuit? dixerint ſanè verũ eſt, nã delaſſata defatigata ex laborioſiſſima illa perforatione cogitur quaſi ſedere in meatu iam facto, exit demum quaſi per cuneum addactum, ſcilicet famoſo illo additamento intrinſecus illi ſedentariæ fuligini iam corporatæ ſubſtrato eandem impellente, ita cuneus, cuneo truditur. Præclaram philoſophiam omninò pollẽt ſenſibus lynceis, qui hæc loquuntur, cum videant hos naturæ apparatus, quos prædicant. Ego arbitror cæteris paribus generationem agi pilorum quemadmodum & oſſium, ac cæterarum partium, cuiuſmodi uero ſigillatim ea ſit à me ignoratur, qui ignoro & modum chylificationis, ſanguificationis, nutritionis, & cæterorum naturæ operum. Calor enim innatus quo vno organo utitur Natura ad hæc opera peragenda plurimum differt à calore cremante ligna, vnde fuligo, & coquente carnem vnde illa diſſipatio eſt fuliginoſa, ſeu vaporoſa. Audiatis.

(Margin: A, B, C, D. — Pilorũ Barbalium dignitas. — Quæ autor negat in pilorum phyſiologia. — Cauſa erroris communis in phyſiologia pilorum. — Rationes q̃ mouent Autorem. — Ioc.)

Quidam qui omnia metiuntur, aut materia, aut primis qualitatibus, aiunt in Ceruæ defeciſſe materiam, qua cornigera fieret. id hiſce quoque plantis eueniſſe. Quos Natura ſcutica dignos equidem cenſeo. Eam nanque egenam faciunt, ac tanquam Decoctricem. Quaſi vero vna ſit natura, cuius liberalitate, atque opulentia materia ſuppeditetur: altera cuius prudentia, atque ſedulitate alatur opus, atque proueatur ad finem ſuum. Ac non vnà eadem

I. C. Scalig. de ſubtil. ad Card. Exer. 157. rub. 4.

demq;

demq́ euocet, diſtribuat ſuæ quamq́ forma materiam: quam qualem, quantam, quando, quorſum decere, oporteréq́ exiſtimauit. Non igitur ad materia copiam, vel inopiam rerum ſubſtantia ſunt referenda. Nam tametſi ea eſt ex cauſis vna: non tamen primaria, ſed propter formam, & talis, & tanta, & hæc. Quocirca Iureconſulti rem abeſſe dicebant, quamuis maneret corpus, ſi forma mutaretur. Hoc itaque ſic quærentes, illud quoque in quæſtionem vocent. Quare homini cornua non ſunt, ſi dicant quia manus habent: dicemus viciſſim nos, ouillo ſexui manus à natura deberi, cui cornua non dederit. Nullus profectò mortalium nouit hæc. Luſit illa quatenus ei libuit: ſui vnius vnicum exemplar, Autor, ſequeſtra, Hera, adminiſtra eadem: nullius indiga, non precario, non coacta, non impedita. Cum illa igitur aduerſus tam improbas ſententias fœdus ineamus. Quandoquidem non niſi veritatis finibus noſtrarum cogitationum perpetuus excurſus arceri poteſt. A

De verbor. ſignificat. l. Mulier. Feſtinè, & acute.

Ecce quomodo vir doctiſſimus renunciet neceſſitati ipſius materiei tribuens cuncta Imperio, Dictaturæ, Poteſtati Formæ: itaque finis pilorum Barbæ non eſt propter expurgationem fuliginoſorum excrementorum, aut neceſſitatem materiæ, veluti aſſerit Galenus, cui non ſatis video, cur ſubſcripſerint poſteriores Phyſici, nimirum credentes Barbalem pilum inſeruire ornamento venerationi, pulchritudini (concedimus illis harum vocum ſignificationem quamlibet) cum crederent id generis ſubſtantias eſſe excrementitias propterea neceſſario damnandas, & inditia excrementitij ſanguinis. cuperem omnium libentiſſime intelligere quanam ratione pili barbales tribuunt pulchritudinem, ornatum, venerationem? ſi eorundem virorum teſtimonio ſunt excrementitia, vel excrementitiæ partes. At dixerint pili barbales cooperiunt, ſic eorum finis eſt cooperimentum, ſed fœminæ, ac pueri, vt molliora corpora indigent potius tegumento: præterea temporis ratio non indicatur. Summa ſummarum non dubitamus aſſerere hanc Galeni ad Barbam inſtitutam diſputationem haud belle finitam eſſe, quæ perplexos omnes nos reddit, ſi vera ſcripſit Præceptor Diuinus in Philebo, *vbi calculum* dat eorum quæ belle ſcribuntur, qui nos ibidem ſcite docuit non fauendum eſſe hominibus, aut eorum opinionibus, veruntamen potius ei, quod veriſſimum eſt, quod præceptum tenuit pariter Galenus, atque nos docuit ita ſcribens C l. quod animi mores corp. temper. ſequantur cap. 9.

Obiectio.

Plato in Phylebo.

Fauendū eſt veritati non autem opinionibus hominum.

Quamobrem Hippocrates cùm in opere vniuerſo de aquarum, & temporum anni temperatione facultates animæ non eas ſolùm quæ in parte iraſcibili, aut concupiſcibili, ſed in rationabili quoque conſiſtunt temperaturæ corporis comites conſequentesq́ eſſe oſtendat, idoneus maximè teſtis eſt, cui fidem adhibeas: ſi ex teſtimonio, vt mos eſt, nonnullis veritatem æſtimas dogmatum. Ego verò vt teſti huic viro non credo, id quod alij faciunt, ſed quod certas eius firmasq́ demonſtrationes videam, ob id Hippocr. ipſum commendo.

Gal. non ſubſcribit Hippocrati, ſed Hippocraticæ demonſtrationi.

Quod idem retulit libro tertio ca. 4. de Placitis Platonis, & Hippocratis hanc D pronuntians ſententiam.

Nam non modo Euripides, vel Tyrtæus, vel quiuis alius poeta, vel etiam prorſus è vulgo aliquis, ſatis locuples teſtis eſt, cui ſine vlla demonſtratione de dogmate fides adhiberi debeat: ſed ne ipſius quidem medicorum conſenſu omnium facilè principis Hippocratis, neque Platonis philoſophorum omnium eminentiſſimi, tanta eſt autoritas. Neque enim ſi poſteriores omnes inuidia rumpantur, multaq́ contendendi ſtudio abſurda impudenter cauillentur, vt Chryſippus, quæ à viris Platonis, vel gloriam ſuperare, vel demonſtrationum ornatum

tum aſſequi poterunt. Nullus tamen eſt rectè ſentiens, qui velit viris his, licet longè alijs omnibus ſcientia, præſtiterint, ſi abſolutè quid ſuper hac re dixerint, acquieſcere, ſed probationem omnes expectant, & quæ ſequuntur.

Breuiter Galenus præpoſuit ſemper ipſam rationem cuicunq; teſtimonio celeberrimi etiam viri. pluraque alia leguntur ad hanc ſententiam teſtimonia in eius operibus quemadmodum nouere docti viri, non autem obtrectatores, ac maleuoli noſtri, qui euomunt in nos conuitia at clanculum.

Solent enim hoc, & mulierculæ facere quæ victoribus dominis malè optant in angulis.

A DIGRESSIO DE CAVSA FINALI NVDITATIS *Frontis Malarum, atq; Cephalicæ compreſſionis ad latera.*

SED audite nunc maligni rabulæ. Nunc doceo vos cauſam finalem cur Malæ ſint depiles, nudatæ pilis, atque leues: huius occaſione indico cur Frons talis pariter exiſtat? recordor quippe in ſuperioribus attuliſſe me læuitatis, aut nuditatis, & glabritiei malarum duplicem cauſam finalem. Vna eſt indiuiduatio, quæ à vobis non intelligitur, equidem intelligetur à doctis viris. altera cauſa eſt actio viſoria.

B Priorem finem nunc declarare nolo, qui pertinet ad Philoſophiam meam Indiuidualem. Alterum vero nunc demonſtro, ſed antequam vlterius progrediamur cum Galenus circa hanc rem fuerit philoſophatus, operæpretium me facturum eſſe exiſtimaui proponere illius dicta mox ſubiungere meam opinionem.

Galenus.

Pili, qui ad genas proueniunt, non modo maxillas operiunt, verumetiam decus, atque ornamentum adferunt. Venerabundus enim magis mas apparet, idque potiſſimum ſi ætatis progreſſu pili ei vndiq; pulcrè circunfundantur, quæ cauſa etiam fuit cur malas, quas vo-
C *cant, & naſum natura pilorum expertia, ac nuda reliquerit. Syluestris enim eo modo, ac fera facies tota fuiſſet, haudquaquam animali manſueto, ac politico conueniens.*

Galenus de cauſa finali nuditatis frontis.

At de his quidem hæc ſufficiant. Cur autem frons quoque pilos non habeat, quo modo & caput totum; tum cur ſola cutis frontis motu voluntario ſit prædita, dicendum deinceps fuerit tegitur ſiquidem certe, & frons à pilis capitis quantum volumus, vt ea certe ratione pilis proprijs ipſe non ſit opus. Quod ſi pilos produxiſſet, tondere ipſam aſſiduè nobis fuiſſet neceſſe, quod ipſa oculis incumberet. Porro tum alibi, tum etiam in inſtrumentis alimento
D *dicatis, demonſtrauimus naturam magna cura prouidiſſe, ne corpus homini ſubinde negotium faceſſeret, neuè illum ſibi neceſſario ſeruiendo inſtar mancipij ſemper haberet addictū. Conueniebat enim (opinor) animali ſapienti, ac ciuili corporis curam habere mediocrem, non quomodo nunc vulgo homines ſolent, qui amicum quempiam illorum operam implorantem ſubterfugiunt, ſibi ipſis negotium eſſe excuſantes, poſt autem aliquo ſecedentes picantur, atq; comuntur, vitamq; omnem in cultu corporis non neceſſario conſumunt, prorſus an corpore quicquam habeant præſtantius ignorantes, ſed horum quidem miſereri oportet nos autem, quæ ſunt propoſita inquirere, atque oſtendere non modo propter oculos frontis cutem glabram meritò extitiſſe, ſed etiam ob eos ipſos motu voluntario eſſe præditam.*

Vlmus

Vlmus Patauinus.

Audite nunc Thraſones ſcientiarum, in Medicina Theſſali, atque Getæ Vlmum Patauinum quem vos euomuiſtis euomitis, ſtrumę oppidanum Medicum exercuiſſe artem Medicam in oppido; quod eſt Butrio perſimile audite ratiocinantem, quod pertinet ad finem nuditatis iam dictarum partium. Nos omnino aliter ſentimus, vbi liceat loqui philoſophica ingenuitate, arbitrantes quicquid eſt in corpore, illud omne ipſius animę facultatumq; eius gratia extitiſſe, eſt enim corpus eiuſdem organum, credimus itaque nos à ſenſu deducentes rationem haſce partes (vtcunque diuerſę exiſtant) Malas Naſum Frontem propter vnum, ac eundem finem conformatas fuiſſe nudas, atque depiles à natura, ſeu Facultate Formatrice diuina, hic autem finis eſt actio viſus, & oculorum, quo ſcilicet ipſa proximè accederet ad rectam corporis figuram, atque hoc modo liberalior foret ſurſum deorſum. Ratio eſt huiuſmodi. Eſto oculus verbi gratia A, tanquam centrum ſemicirculi B, F, G, C, Radij exeuntes, vel adeuntes oculum A, per ſuperficiem lęuem frontis malarum ſi protendatur linea vſque ad ſemicirculum erunt A, H, & A, I, nam ſemper linea viſualis eſt recta. Modo ponatur frons piloſa; & pili exeant à frontis ſuperficie D, atque porrigantur, vſque ad longitudinem E, tunc linea viſualis ab A, ferretur per E, in F, atque perdierit vniuerſum ſpatium ipſi actioni viſoriæ, & oculo, quod eſt comprehēſum ſub angulo H, A, F, proinde radij viſuales fuerint remotiores à rectitudine figurę corporis humani, atque minus liberalis erit actio viſus cum parciorem portionem ſpatij percurrat, & conſequenter corpus non erit probe cuſtoditum ab iniurijs externis vbi oculi hoc officij pręſtent. Hoc idem ad malas colligito te vbi piloſæ fuiſſent. ecce ſtat exemplum.

A

B

C



A

B

C

D

SI qui ſunt minus idônei ad intelligendum, quod ſcripſimus, ij additamento lanæ aut digitorum omnino percipient. Audite. Vos experiamini in Frônte veritatem hoc pacto. Stet ceruix (homine in recta Figura poſito) atque acies oculi, vel oculus ſurſum quam maxime promoueatur, & hoc ſit in cubiculo aliquo, noteturque locus, ad quem vſque pertingit oculus, vel actionis viſoriæ radius decurrens per Frontem nudatam pilis, qui locus ex. gratia ſit A. mox experiamini, ſtãtes eodem ſitu, quouſque promoueatur

Declaratio altera pro intellectu opinionis Autoris.

oculus, ſeu viſus per Frontis ſuperficiem, in qua ſit corpus aliquod quantitatis puta exæquantis binorum digitorum altitudinem; hoc enim corpus fuerit proportionale pilorum: tunc ſenſu animaduertetis, occultari vobis punctum, ſeu locum. A. & conſequenter oculum haud ita liberaliter expatiari, quemadmodum vbi Frons eſt glabra, atque depilis, læuis. Docebimini quoque hanc veritatem à Supercilijs, quæ obtineant pilos frequentiores, longiores, atque exporrectos, vnde vobis licet deſumere argumentū analogicum. Illud idem poteritis experiri in Malis. Facultas itaque Formatrix noſtri corporis Frontē, atque Malas nudatas pilis conformauit, nam ſunt quaſi veſtibula oculorum, & ipſi liberaliter magis expatiantur, proxime accedentes ad corporis noſtri Figuram rectam. Atque ita A patet corpus eſſe Animæ gratia, eiuſque Facultatum. Si qui ſunt, quibus magis arrideat opinio Galeni, omnia ſint illi per me protinus alba, & liberum eſto cuiuſcunque iuditium, ſicuti voluntas. Scio Getas, atque Theſſalos rabie percitos iri, iſthæc illa ſua voce clangoſa recuſabunt, ſed heus vos,

Argumentū à Supercilijs. Frons, & Malæ ſunt oculorum veſtibula.

Perſius Satir. 5.

Nec tu cum obſtiteris ſemel, inſtantiq; negaris
Parēre imperio, rupi iam vincula dicas.
Nam luctata Canis nodum arripit, aſt tamen illi
Cum fugit, à collo trahitur pars longa catenæ.

Non hæc ſcripſi ego, vt odio quodam vobis diſrumperentur ilia, quaſi Codris, ita cognoſcentibus, me eſſe aptum ad vos docendos: At ſcripſi, vt detegeretur Sapientia ineffabilis Creatoris, qui conformauit corpus humanum perfectiſſi- B mum Entiū omnium ſublunarium, eſt enim veluti ait Mercurius ille ter ſapiens.

Magnum miraculum homo, ò Aſclepi.

HOC autem cum ſit vero verius, non poſſumus non admirari doctiſſimorum quorundam virorum ingenia, qui nuditatem hominis conſiderantes generatim, hāc Frontis, Malarum neglexere adeo *nobilem*: atq; vtroq; nobilitatis nomine; quia obtinet huiuſmodi Nuditas *Dignitatem*, atque Notitiam, cum nihilominus in definienda per cauſas, quā generatim conſiderauere nuditatem corporis, etiam cæcutierint: niſi nos turpiter labimur. fuerunt autem hi viri Hieron. Cardanus, I. C. Scaliger, hic namque lo- C quitur in hanc ſententiam,

Quare nudus homo factus ſit.

I. Cæſar Scaliger.

Nudus, inquis, creatus eſt: vt eſſet formoſior, tenuior, humidior.

Rectè fortaſſe: vt eſſet formoſior. Fortaſſe inquam; propterea quod Aues pictæ, quam plumis exutæ, extra quidem menſam pulcriores. Et ſupra tu Pſittacum haud D *alia ratione pulcrum poteras exiſtimare. Verum homines hirti pro fædis habentur. Iccirco fœminæ glabræ: quarum ſpecies, ac venuſtas vulgo quæritur. Hic erat hiſtoria ponenda de Piloſo puero. ſed ſupra ſatis. At vero vt tenuior, atque humidior eſſet homo, non æqua æquæ fuit cauſa. Imò equidem contrà, cenſeo. Tenuem, atque humidum eius eſſe ſuccum; ac propterea pilis minus frequentari. Non eſt ergo Naturæ*

go Naturæ finis, glabritia, ſed tenuitas. ſequitur enim glabritas humiditatem: ſcilicet propter fumidæ materiæ carentiam. Eſt igitur affectus Glabrities: non autem efficiens, aut finis, aut materia, aut quicquam antecedens humiditatem: ſed affectus conſequens, non autem perficiens: neque intentus à Natura. Caue verò, tibi minus arrideas in hac ſubtilitate. Nam & Anguillis, & fœdiſſimis piſcium generibus in iiſdem gradibus theatri Naturæ ſedere licet: & ſpectare te in ſubtilitatis ſcæna non ſubtiliter agentem.

A

M. A. Vlmus Patauinus.

Ambo hi viri plurimum à veritatis orbita declinarunt, neque ſimpliciter; veluti nos interim arbitramur. Primò quia generatim conſiderauere nuditatē corporis noſtri. quaſi nuditatis non forēt genera plura, occaſione partium intelligitote. vos, qui legitis, & auditis. Ecce Manus Vola: Frons: Auris aduerſa: auerſa: & illi regio in proximo, ſunt partes nudæ, ſed & Naſus: alias partes conſulto reticemus: hæc eſt nuditas vera: partes quæ pilis conſitæ frequentantur haud ſunt Nudæ Nuditate vera. huiuſmodi nuditatem veram intellexit Scaliger forte fortuna, quapropter non diſtinxit. Cardanus intellexit nuditatem eſſe, & hirſutiem, at raram hac in Philoſophiam Plinium declamantem inſequutus. Mox non diſtinguunt vel proponunt iuxta quod cauſarum genus problema definiendum ſit, qui eſt error communis philoſophantium. Quæſita proponenda ſunt Cauſaliter, vel (niſi mihi philoſophanti, non rhetoricanti liceat hoc vti nomine) per cauſam, aut Cauſas. Errauit Scaliger dicens Nuditatem non eſſe intentam à Natura. Doceamini ab iis, quæ iam dicta ſunt à me de Frontis, & Malarum nuditate. Nuditas cuicunque parti propria cum exiſtat, obtinuit pariter cauſam finalem propriam. Nuditas Manus uolæ non habet eundem finem ac Nuditas Frontis, ſed illum qui ſeruit actioni manus, quæcunque illa ſit, interim ponamus eſſe Apprehenſionem: Nuditatis Auriculæ noſtræ, & partis in proximo ſitæ auerſam ad aurem poſitæ finem dedimus in lib. noſtro de Indiuidualitate humana, cap. proprio. Naſus eſt nudus, vel denudatus pilis propter actionem oculorum. Nuditas reliqua corporis qualiſcunque, quantacunque ſit, eſt propter indiuidualitatem, ſed & propter aliam fortaſſis cauſam. Nouitia ingenia animaduertatis loqui me ſemper de Fine. declaratur à me in lib. proprio, quid ſit indiuidualitas, interim feratis hanc, quæcunque ſit, obſcuritatem.

Nuditas duplex. (B) *Error communis Philoſophantiū.* *Error Scaliger.* *Nuditatis non eſt finis ſimplex.* (C) *Finalis cauſa.* *Nuditatis naſi.*

D

DIGRESSIO DE CAVSA FINALI CEPHALICAE *humanæ compreſſionis ad latera.*

ARgumentum aliud Facultatis Formatricis, quam prædicant eſſe omnes Phyſici Diuinam audite, quod pertinet ad configurationem capitis, in cuius explicationem rei ipſius cognatione rapimur.

Caput humanum ad latera comprimi, etſi doceat ipſe ſenſus, attamen præſtat, & Galeni ſententiam audire qui talia ſcripſit.

Galeni opinio.

Propria capitis Figura eſt, velut ſi excogitares ſphæram exquiſitè rotundam, ex cera conſtructam, paulatim vtrinque depreſſam. in hac enim neceſſe eſt, vt poſteriores, prioreſvè partes plus gibbæ fiant. quàm ſphæra conueniat, quæ vero utrinque conſiſtunt magis rectæ.

Hucuſque Galenus. Qui ſubſequuti ſunt ij maiorum ſemina excolentes non deſtitere à peſſima philoſophandi ratione quærentes cauſam Finalem huiuſce effectus, nimirum compreſſionis lateralis cephalicæ: nec iniuria. Nihil enim eſt infælicius, aut ſtolidius ijs ingenijs, quæ mordicus tenent maiores noſtros nihil ignoraſſe (excipio ſemper illos, qui fuerunt Diuino afflati numine) nam videntur aſſerere (proh pudor) humanum ingenium æquipollere Sapientiæ ineffabili Creatoris à quo cuncta procedunt. Balbutimus, balbutimus in operibus Dei enarrandis: luſcioſi ſumus in eius operibus veſtigandis, nec tamen retrahendæ ſunt ratiocinij noſtri habenæ, quinimò laxandæ, effundendæ moderatione quadam, vt eo ſaltem, quo licet, pacto eius gloriam ſapientiam enarremus, atque prædicemus. at regredientes eò vnde diuerteramus, audite Principem Auicennam in Phyſiologia compreſſionis cephalicæ ad latera ita loquentem. A

Ingenia philoſophorum quæ ſint ſtolida?

Modeſt.

Auicennæ opinio. B

Lib. 1. Fen. 1. Doctr. 5. ſumma. 1. c. 2. de anatome Cranij.

Et ipſum quidem Cranium licet ſit rotundum in longitudinem tamen factum eſt, quoniam origines neruorum, à cerebro in longitudinem ſunt poſitæ, & ſic oportet vt non coanguſtentur, & duas habeat eminentias antè, & retrò, vt Nerui deſcenderent, qui deſcendunt ad Frontem, & ad Nucham.

Vgonis Senenſis opinio. C

Hanc opinionem accepiſſe videtur Vgo Senenſis in ſuis Commentarijs ad Galeni Artem Medicinalem, ſub Rubrica de Figura capitis, vbi hæc leguntur.

Sed cauſa quare debuit illa ad modum compreſſionis Figuram habere eſt, vt habeat longitudinem ſecundum quam bene diſtinguuntur loca, à quibus fuit opportunum Neruos oriri, qualiter non bene diſtinguerentur, capite rotundo exiſtente. Secundo quia ventriculus Anterior, & Poſterior debent maiorem habere concauitatem quàm Medius, & quia Medius debuit eſſe quaſi ſicut via ab vno ad reliquum, ideo fuit neceſſarium quod anterior, & poſterior partes haberet eminentiam. D

Archangeli Picchólominei opinio.

Lib. 5. Prælectionũ Anotomicarũ lect. prima.

Piccholomineus Ferrarienſis, qui Anatomen exercuit in Romano Gymnaſio celeberrima cum laude, ſcribit in hanc ſententiam huic ſatisfaciens quæſito, cur caput comprimatur ad latera?

At verò

At verò cerebrum leuiter vtrinque eſt depreſſum in oblongum leuiter exporrectum propter ventriculos priores in eo excauatos, quos oblongos eſſe conſtat, quorum poſtremæ parti tertius ventriculus adhæret, tertioq; quartus. Quocirca cerebrum non perfectè globoſum, ſed vtrinque leuiter depreſſum, & in longum leuiter protenſum eſſe par fuit propter Ventriculos.

M. A. Vlmi Patauini Autoris opinio.

A Nunc dantes veteribus, & maioribus noſtris, quicquid ſcripſerunt, eſſe verum proponimus Finem alium, atque ſenſus teſtimonio confirmatum, comprimitur caput ad latera in Finem oculi, nempe gratia illius actionis melioris, tunc autem eius eſt actio melior, quando liberalior exiſtit. compreſſo autem capite dextrorſum ſiniſtrorſum oculus in poſteriora videnda etiam promouetur, niſi ſimpliciter ad vniuerſum ſpatium, ſaltem ad aliquantam eius portionem. Cognouerint autem homines hanc veritatē ſi primo experiantur in compreſſione cephalica ſtantes rigente ceruice, & oculum conuertentes vnum ad angulum ſylueſtrem: ſatagant percipere quouſque radij viſorij perueniant, in qua experientia indiget locus viſus nota aliqua. Mox inhæreſcentes homines iiſdem veſtigijs, & omnino B ſtantes veluti in ſuperiori experientia volo curent ij caput aliquo additamento rotundari, vt omnimodam ſphæricitatem obtineat, ij homines tunc eundem oculum conuertant ad angulum ſylueſtrem, & ſatagant cognoſcere quouſque pertineant radij viſorij locum viſum nota ſignantes. Demum his peractis conſulant ſenſu quanta portio ſpatij occultetur ipſi oculo propter capitis rotunditatem, ſenſus enim illos apertiſſime docuerit in Compreſſione cephalica ad latera Oculi Actionem liberalius excurrere ad poſtica. Quapropter liceat forſan nobis exiſtimare hunc eſſe Finem talis compreſſionis. Hanc philoſophiam indicauimus anno ſuperiori cuidam ex iſtis Medicis Bononienſibus, qui licet inuitus eius verita- C tem faſſus fuit. Nec arbitremini legentes à me ſcribi hoc teſtimonium otioſè; volo enim ſingulis & omnibus patere, me eſſe autorem huius opinionis, & præcludere os illorum, qui forte fortuna vt mihi detrahant, veluti aſſolent, auderent fuci opinionem talem ſibi arrogare. plures in medio ſcribendi itinere inimicos ſum expertus, quorum iniquitatem ferre Socratis potius eſt munus. Rabulæ tandem effutient iſthæc non pertinere ad medicinam faciundam, ſcilicet morbos cognoſcendos, prædicendos, atque curandos. Equidem iſthæc non pertinent ad loculos: quos, veluti ille tenebat harpagatis, cætera flocillantes; iſthæc tamen pertinent ad iuſtitiam illam, & ſapientiſſimam naturæ prouidentiam veſtigandam, & aliquo pacto cognoſcendam. Qui hæc negligitis, cum nihilominus vos met iactitetis eſſe Philoſophos, audite Galenum præceptorem doctiſſimum, illum vobis D offert Vlmus Patauinus, quem vos dixiſtis ò doctiſſimi eſſe Medicū Oppidanum.

Cauſa Finalis cephalicę cōpreſſionis ex mēte Autoris.

Nam cur ſeptem quidem ipſius capitis oſſa ſint, nouem autem maxillæ ſuperioris, duo inferioris, eum ſcire æquum eſt, qui nullum Naturæ operum ignotum velit relinquere, qui certè ſolus iure Phyſicus eſt habendus.

Explorate iam voſmetipſos hac ſententia tanquam lydio lapide. idem præceptor alibi dicebat.

Phyſicus verus veſtigat omnia Naturæ opera, & illa cognoſcere ſatagit.

Nam

Aut diſce, Aut doce, Aut docentem feras.

Nam illos qui ad id ſtupiditatis deuenere, vt nunquam vel ipſi inquirere ſi qua ſit demonſtrandi methodus, vel ab alijs addiſcere, & minus etiam in ea ſe exercere voluerunt, ne admittendos quidem ad hos ſermones cenſeo, hæc enim à nobis inueniendæ potius veritatis ſtudio inſtituta eſt diſputatio, quam vt cum aliquo aut contenderemus, aut vinceremus.

Effutitis, clamatis vos non ſcribere monumẽta veſtri præclariſſimi ingenij, nã obruti eſtis ægrotantium copia, qui curantur à vobis. Hoc eſt Pallium, non diſcindo, at detraho. Ecce negare an audebitis? Heroes noſtri Patauini Phyſici, & Medici ſingulis ferè quibuſcumque annis publicant commentaria ad Artes, & A
Scientias quamplurimas, nihilominus copioſiori ægrotantium turbæ medentur, cum Venetiarum vrbis occaſione tum Balneorum noſtrorum Patauinorum, ad quæ tanquam ad Aeſculapij Aſylum ſanitatis ergô confugiunt exteræ omnes rationes. Veruntamen de his hactenus.

CAP. IX. OPINIO ANTIQVA ATQVE AD *eandem exercitatio.*

OPINIO antiqua reſtat conſideranda. Eam verò acriter inſpiciens videor niſi ſatis mihi intelligere, at ſaltem aliquatenus Furij Albini dictum illud ſapientiſſimum, relatum à Macrobio Saturnal. lib. 3. cap. 14. B

Vetuſtatis eloginm.

Hic antiquitatis (ait Macrobius) non minus quã Cecina peritus, cùm ſilentij metum prætercurreret ſic ingreſſus eſt. Vetuſtas quidem nobis ſemper, ſi ſapimus, adoranda eſt. Illa quippe ſæcula ſunt, quæ hoc imperium vel ſanguine vel ſudore pepererunt, quòd non niſi virtutum faceret vbertas.

Hoc nobis innatum, & ab vbere raptum, vſu confirmatum curioſiſſimo, prædicamus vobis tyrones nouitia ingenia vetuſtatem ſemper eſſe ſuſpiciendam, cum antiqui niſi declarent, ſaltem indicent, vel indigitent veritatis aliquam portiunculam, adeò veritas eſt oleum ſupernatans. C

Quod modo propoſui; non eſt ſententia verum,
Credite me vobis folium recitare Sybillæ.

Diogenes apud Athenæum, quin & ipſe Hippocrates, ſi eſt is autor lib. 6. de morb. popul. Lactantius Firmianus, Martialis, Galenus, & vniuerſus antiquitatis priſcæ illius nunquam ſatis laudatus Muſarum quaſi chorus gloria cuius veluti nullius laudibus creſcit, ſic nullius vituperatione minuitur, idem ſenſerunt. Audite Cyprium teſtimoniũ. Ab hoc enim principiũ ſumpſiſſe mihi eſt in animo.

Cyprium teſtimonium ex Macrobio.

Nonnullorum quæ ſcientiſſimè prolata ſunt, malè enunciando corrumpimus dignitatem, vt quidam legũnt:

Diſcedo, at ducente Dea flammam inter, & hoſtes D
Expedior.

Cùm ille doctiſſimè dixerit; Ducente Deo, non Dea. Nam & apud Caluum Acterianus affirmat legendum.

Pollentemq; Deum Venerem.

Non Deam, Signum etiam eius eſt Cypri Barbatum corpore, ſed veſte muliebri, cum ſceptro ac ſtatura virili. & putant eandem marem ac fœminam eſſe. Ariſtophanes eam ἀφρόδιτον appellat. Leuinus etiam ſic ait: Venerem igitur almũ adoramus ſiue fœmina, ſiue mas eſt, ita vti altera noctiluca eſt.

Hæc ſunt

Hæc ſunt priſca nobis à Macrobio relata. Nouimus quid ſcripſerit ex Philocaro: at conſultò reticemus. Elicimus ab hoc teſtimonio Cypriorum Barbam pertinere ad ſexum,& eſſe illius maſculini inditium? Veniamus nunc ad Athenæum lib. 13. Deiphnoſophiſtarum ita ſcribentem.

Barba eſt inditiū ſexus Maſculini.

Opinio Criſippi ex Athæneo,

A *Vos autem raſo iam mento Amaſios circumfertis,cùm Alexandri tantùm ſæculo radendi barbam mos inuectus ſit,vt ait Chryſippus veſter lib.de honeſt.& voluptate,cuius orationem adſcribere,niſi fallor, haud intempeſtiuum erit: valdè namq; mihi placet ille ſcriptor ob inſignem eruditionem , & lenitatem ingenij. Inquit ergo Philoſophus Alexandri temporibus radendæ barbæ conſuetudinem inoleuiſſe , auoq; priore hoc fuiſſe innſitatum , cùm tibicen famoſus ille Timotheus prolixa Barba tibias inflaret,& Athenis obſeruatum ſit non admodum vetuſtum eſſe illum,cui primò abraſa eſt, ideo κορσον fuiſſe cognominatum:qua propter Alexis inquit:*

A. Picatum,aut deraſum ſi quem fortè videris
Horum vtrumq; cuius rei gratia factum putes?
B. Aut de militia cogitare ille mihi videtur,
B *Facturus omnia, quæ Barbæ non conueniant*
Aùt in ciuitate flagitijs omnibus ſe inquinaturus:
Nam per Deos ecquid nobis Barba pilus moleſtus eſt,
Propter quèm hominem eſſe vnumquemq; noſtrum apparet?
Niſi fortaſſis mediteris, quod indignum eo ſit.

Diogenis opinio.

Diogenes conſpecto quodam,cui nudatum ſic mentum fuerat: An naturæ vitio vertis,in-
C *quit,quod virum te generauit,non fœminam? Alterum idem contuitus ſic depilem , in equo ſedentem,vnguentis delibutum,ac veſte indutum,quæ ei molliciei conueniret,pridem à ſe inueſtigatum dixit,quidnam fores Equiſcortum,tum demum verò inuentum, In Rhodo quamuis lege cautum ſit,ne quis radatur:nullus eſt tamen qui violatæ legis illius reos agat: quandoquidem raduntur omnes.Bizantij cum indicta ſit mulcta tanſoribus,ſi nouaculam habeãt, nihilominus tamen ea vtuntur omnes. Hactenus admirabilis Chryſippus dixit Athenæus.*

Sentit pariter hic vir Barbam eſſe indicem,vel inditium ſexus maſculini, ſubſcripſit pariter D. Hieronymus huic opinioni inquiens.

A ſexu Fœminarum Barba, pilis, aliaq; membrorum qualitate diſtinguimur.

D.Hierony. lib.1.aduerſus Iouinianum.

Hoc idem Poeta Martialis docere videtur lib. 10. Epig.65.Barbam ſcilicet eſſe inditium ſexus maſculini. Hoc Lactantius & Galenus confirmarunt; legite lo-
D ca. Hæc eſt Lactantij ſententia lib. de Opificio Dei Cap.7. ad calcem , quam ſeparatim expendimus.

Lactantij opin.

Iam Barbæ ratio incredibile eſt,quantum auferat,vel ad dignoſcendam corporum maturitatem,vel ad differentiam ſexus,vel ad decorem virilitatis, ac roboris: vt uideatur omnino non conſtatura fuiſſe totius corporis ratio,ſi quicquam aliter eſſet effectum.

Huic ſubſcripſit Galenus lib.2.de ſemine cap.5. ex verſione Io: Bernardi Feliciani,cùm dixerit.

Galeni opin. lib. 2. de ſemine. *Nunquid igitur de genitalibus membris eadẽ ratio, afferri poteſt, cur aliud fiat mas, aliud fœmina, & tota corpore mas à fœmina, non in hominum tantum, ſed vniuerſorum animalium genere differat? ſed quis adeo perſpicax eſt, vt ſi ex longinquo taurum aſpexerit, continuo priuſquam genitales partes exploret, marem eſſe cognoſcat? Nam ſicut Leonem à Leana, Gallum à Gallina, capram ab hirco, ouem ab ariete, ita uirum à muliere facilè diſcernimus: neq; opus eſt, ut prius ueſtes exuamus, quòd differentiam membrorum ſpeculemur, ſed indutos, & opertos ſatis agnoſcimus, cum & toto cõrpore inter ſe diſcrepẽt, & partes, quæ poſtgenita nuncupantur, aliæ nulla ſint fœminis, aliæ diuerſæ conſpiciantur: Barbæ enim, criſtæ, calcaria, dentes exſerti, marium animalium partes ſunt. Cerui etenim longa cornua habent, vt in his quoque fœminæ à maribus ſeparentur. Diſcrepant item fœminæ à maribus in eo, quod lauiores hæ, illi hirſutiores ſunt: hæ mollioribus pilis, illi durioribus integuntur: hæ latiores clunes, illa latiora habent pectora, alijsq; multis differentijs diſtant.* A

Differentiæ ſexuales externæ Animalium.

Quæ phyſica narratio eadem ferè eſt apud Ariſtotelem lib.4.cap.vlt.ad finem; ſed & in alijs locis librorum de hiſtoria animal.conſcriptorum, quos, niſi legant phyſici, ac medici, nunquam conſequentur memorabilem portionem illorum quæ profitentur, ſtudiorum. Si phyſicus verè ille eſt, qui intelligit non ſolum phyſicam principiorum, ac genericam contemplationem, at nouit quoque illam, quæ pertinet ad ſpecies Has duas, vbi calleat homo, tunc aliqua ex parte conſummatus eſt phyſicus. B

Documentum.

EXERCITATIO.

QVANTVM pertinet ad rationem Barbæ illa vtebantur etiam antiquiores Alexandro: legimus enim in Leuitico Moſis cap.21.iſtæc ex interpretatione D. Hieronymi.

Barbam radere quando licuerit ex teſtimonio Moſis in Leuitico.

Dixit quoque Dominus ad Moſem: loquere ad ſacerdotes filios Aaron, & dices ad eos, ne contaminetur ſacerdos in mortibus ciuium ſuorum, niſi tantum in conſanguineis ac propinquis, id eſt, ſuper patrem & matrem; & filium & filiam: fratrem quoque & ſororem virginem, quæ non eſt nupta viro, ſed nec in principe populi ſui contaminabitur. Nec radent caput, & Barbam, neque in carnibus ſuis facient inciſuras. C

Sit ne vlla frons hominibus, & audeat negare cùm hæc legerit, Barbam radere antiquiſſimum eſſe inſtitutum; nam antiquiſſimus Moſes, hoc recenſuit. Legant inſuper Iſaiam cap. 15. D

Aſcendit dominus, & Dibon ad excelſa in planctum ſuper Nabo, & ſuper Medaba, Moab vlulabit in cunctis capitibus eius, caluitium & omnis Barba radetur.

Nunc Barbæ finem conſideremus enuntiatam ab antiquis. Opinio ſane illorum eſt vera exiſtimans Barbam eſſe indicem, ac indicium ſexus maſculini: ſed non eſt verè vera, quia non attingit omnia, ac præſertim temporis diſpenſationem

nem aduentus Barbæ ipſius. Vtique Barbam verum eſt ineſſe maſculis tantùm, ac eorundem ſexui, at hoc non quærimus, nam à ſenſu doctore, dictatore habemus, quærunt homines perſpicaces, cur data ſit huic ſexui? vt ex huiuſmodi, quæſito rationem temporis, in quo Barba erumpit, conſequantur. cuius temporis cum non indigitet rationem opinio iam dicta, ſequitur hanc eſſe (niſi cæcutiamus nos) in veritate mancam: intellectum namque conquieſcere non iubet vlterius adhuc euagantem, & ab ijs, quæ ſubminiſtrantur à ſenſibus ad intelligibilia peregrinãtem. Nam eſt locus quæſito veluti diximus cur in talem vſq; temporis articulum prorogetur character hic ſexus maſculini humani, Barba ſcilicet A ipſa? Nouimus quo ſugerent neoterici; Aſylum nempe in illud ſuum conderent ſeſe materiei Materiarij philoſophi dicentes Barbam tunc adeſſe, quãdo materia eiuſdem adeſt: vapor ſcilicet ille ſuus excrementitius, fuliginoſus, quæ eſt materia pilorum omnium. quaſi non forent pili congeniti, atque Naturæ ipſius vis & maieſtas non haberet ex infinitis ſuis theſauris, vnde promeret materiam pilorum Barbalium ſi cenſeret Bonum aliquod contingere humanæ ſpeciei, vbi Pilus Barbalis connaſceretur. Nonnè promptiſſimum fuiſſet Naturæ, ipſi ſcilicet Facultati Formatrici materiæ pilorum caluæ portionem transferre in Faciem propter Barbæ ipſius generationem, quando pro eius nunquam ſatis intellecta iuſtitia, & ſapientia iudicaſſet opportunum fore humanæ ſpetiei connaſci Barbam? B Prætereà ceſſet portionis ipſius materiei pilaris tranſpoſitio à calua ad loca barbalia quando in fætu exuperare poteſt vapor id generis fuliginoſus materia pilorum communis, occaſione ſanguinis menſtrui à cuius euaporatione in fæmina pili alij oriuntur, adeſt itaque materia pilorum barbalium, & nequiuerit natura, quæ alios pilos congenitos conformat, quæ Anaſtomoſen cordis, quæ vaſa vmbilicalia delet, omniaque admiranda exhibet, etenim vt ait ſeneca Natura non ſine Deo agit, nequiuerit inquam Natura Barbam, niſi ex toto ſaltem aliqua ex parte conformare. Doceantur ceruicoſi homines ex hac admiranda temporis diſpenſatione Pilum eſſe partem corporis humani ac inter cæteros eſſe præcipuum Barbalem pilum. Hinc amabo perſuadeantur Barbam propter aleum C quoque finem datam fuiſſe Mari humanæ ſpeciei, quando tempus conſtitutum atque certum tali, ac tale videmus exiſtere. Vlterius nonnè cuique ſexui vox propria ineſt, vt huius diſtinctionis vocalis benefitio appareat ſenſui auditus Mas nè ſit an Fæmina? Sed eluſerint hoc argumentum peruicaces, quia commutari Vox queat, & ſit fraudi locus. prætereà Vox eſt obiectum duntaxat Auris: Barba eſt obiectum cum Viſus, tum ipſius Tactus, & procul omnis amouetur fraus, quæ in Voce contingere poteſt. Vrgeamus itaque argumento ſeueriori, Nemo negabit Pilos barbales pluribus ſubeſſe accidentalibus differentijs, quales exiſtunt Craſſities: Tenuitas: Durities: Molities: Denſitas: Raritas, & horum extremorum ipſæ mediocritates: colorum prætereà differentiæ: longitudo D breuitas: vbi tondeantur recreſcendi temporis differentiæ, quæ omnia finem aliquem habere oportet, attamen opinio iſtiuſmodi antiquorum Barbam eſſe inditium ſexus Maſculini prorſus nullam attingit conſiderationem horum Accidentium. Quapropter ſuſpicari nobis iure fortaſſe liceat, huiuſmodi opinionem eſſe mancam quæ tot ac talia accidentia à Facultate Formatrice pendentia tanquam ab Efficiente primaria cauſa non includit, vel explicat, nihilominus differentiæ omnes iam recenſitæ pilorum ex communi conſenſu phyſicorum plurimi æſtimãdæ veniunt: veluti apparet ex doctrina vniuerſi medicorum cœtus, hoc

Obiectio cõtra opinionẽ veterum.

Obiectio.

Natura maieſtas.

Obiectio.

vtique argumentum non effugerint ceruicoſi homines, niſi dicant eandem eſſe debere conſiderationem horum accidentium pilorum Barbæ; atque cæterorum pilorum, cuiuſmodi reſponſio eſt voluntaria, non rationalis, vbi ſimpliciter aſſeratur: nam hæc accidentia pilorum barbalium eodem ſane modo indicant, at non id indicant, quod cæteri: cum reſpiciant vnam ex Animæ Facultatibus, atque eius organicas partes, veluti demonſtrare ſeu declarare conabimur in proximè ſubſequenti Sectione.

Animaduertas.

Huius autem clauſula hîc eſto.

* * * * * *
* * *
†

Finis alterius Sectionis.

MARCI-

MARCI ANTONII VLMI PATAVINI MEDICI ATQVE PHILOSOPHI AD LIBRVM DE FINE BARBAE HVMANAE.

SECTIO TERTIA.

IN QVA DECLARAT AVTOR Opinionem propriam, & clariſſimè demonſtrat Phyſiologiam Barbæ inſeruire ſenſibiliter ad Medicinam rectè faciendam, & adminiſtrandam, ſcilicet Morbos Cognoſcendos, Prædicendos, atque Curandos.

PRÆFATIO.

EXISTIMAMVS omninò, & fore opportunum, & maximè neceſſarium antè præfari nonnulla, quàm noſtram ad Barbæ finem pronuntiemus opinionem, cùm declinaturi calumnias inuidorum, atque adamantinis veluti induti ſpolijs eluſuri genuinos eorundem, tùm oſtenſuri quid, & quomodo agendum nobis reſtat. Principio non viuo adeò rerum imperitus, nec ſupinè adeò ætatem meam inſtitui, atque traduxi ſuperiorem, vt non intelligam maximi eſſe momenti, in curto ſemper, at philoſophandi iuxta vires ingenij humani ſatis ampliſſimo ſtudio, prętereà in Arte omnium præſtantiſſima, & quæ in totius humani ge-

neris ſalutem comparata ſit, qualis eſt Medicina, abſtruſum quiddam, & reconditum depromere, quod à vulgari genere contemplandi ſeu potius à triuiali iudicio, & popularibus ſenſibus abhorreret. Nam ex eſt (dicam ingenuè, quod ſentio) vel amentia, vel peruicacia quorundam hominum, vt priſcas opiniones Ariadnicum quaſi filum ſibi, & reliquis propoſitas velint; contendant in labirintoſa rerum ſublunarium decurſione iſtarum conſiderandarum ipſius ope intellectus noſtri peregrinantis. Impudentiæ grauitèr accuſant Ariadnici iſti Phyſici, litterarij Fuci, mortales illos, qui in eo omne ſtudium collocarunt, vt aut nouum quippiam conderent, aut traditas ab Antiquis Artes, iam quaſi vetuſtate collapſas fulcirent, aut illis adderent, quæ partim diligentia, partim ætate progredienté conſequuti, & quæ temporibus magis quàm ſcriptoribus defuerant. A
Conſummatæ (ajunt iſti) iam ſunt omnes artes, omnes ſcientiæ, atque Facultates. Nefas eſt (clamitant) ab antiquis, vel tranſuerſum vnguem diſcedere. Eheu tenebræ, quæ, quantæ horum hominum oculis obuerſantur, vt in ipſo ſole caligant? Haud vident iſti, quæ, quot priſcorum inuentis non ſolùm ornamenta, ſed & incrementa temporũ decurſione addidit ipſa poſteritas. Negabuntnè Artes nouas eſſe prolatas? perluſtratum Oceanum? repertas Inſulas? intimos Indiæ receſſus peragratos? atq; adeo plura etiam magno commodo mortalium omnium in apertum fuiſſe à vigilantiſſimis, & laborioſiſſimis ingenijs promulgata? Scripſerunt viri ſapientes à Ptolomæo ſtudia Aſtronomica Platoni Ariſtoteli vetuſtioribusque philoſophis non ſatis perſpecta, plurimum aucta & illuſtrata fuiſſe, qui tamen ſi nunc redeat, Geographiam non agnoſcat, adeò nouus orbis inductus videtur huius ſæculi nauigatione. Ad quam plurimum adiumentum attulit vir vndequaquè doctiſſimus Ioannes Fernelius horarum æquinoctialium obſeruatione, qua ratione, quacunque ſis orbis regione illius etiam poſſis internoſcere, quam Geographi appellant longitudinem. Sed euidentioribus argumentis expugnemus peruicaciam iſtorum hominum Ariadnicorum. Ioannes Antonius Maginus conterraneus meus, familiaris à prima vſque ætate vel rudimentis ſtudiorum (viximus enim condiſcipuli) quæ, quot ornamenta, incrementa, præſidia, ſed & inuenta in Aſtronomico, & reliquo Mathematicarum ſtudio, in quibus regnat Induperator poſteritatis ergô vir omni laude ſuperior monumentis commendauit, ſcriptaque tenet in aduerſarijs nobilis Muſæi ſui? Geographiam huius noſtræ Italiæ Heros Italus nunc meditatur, quam ſi videant Geographi non priſci (loquimur nobis nota) at qui Patrum noſtrorum vixere memoria, cognoſcant illico ſe fuiſſe Pygmæos, aut puerulos balbutientes, quod voluimus dixiſſe, non vt defectum illorum, ſed vt profectum ætatis inſequutæ doceremus, indicaremus. Commentaria iſta ferè ad vmbilicum perduxit Maginus nulli parcens ſumptui in iconibus affabrè, ſcitè cudendis, laboribus nullis non vacans! Meridiatur æſtiuè, atque ſyrio vrgente, vrente (quod nos intereà factitamus) vt hoc operis donet mortalium generi. Quem virum ſenatus Bononienſis Illuſtriſſimus, prudens, atque ſciens cognouit, amplexatus eſt: argumento ſit præſcriptum, datum, conceſſum ſtipendium in cineres vſque Magini catenus liberale, quatenus poſt hominum memoriam, neque in hac Academia, nec in Patauina cæteriſque Italiæ noſtræ, vlli cuiquam mortalium in hoc ſtudiorum genere profitendo, erogatũ fuit. Auget Magini dignitatem, præterea Senatus Bononienſis, Prudentiam, Liberalitatem prehenſantium quorundam Greges aduerſarios extitiſſe: comitia nonnulli homines agebant, conciliabula fouebant decernentes illud, *ibi Fas, vbi maxima Merces*, vt peſſumdarent negotium vniuerſum,

Io. Fernelius.

Ioannes Antonius Maginus Patauinus.

Elogium Senatus Bononienſis.

B C D

uerſum, ſed nullis præſtigijs interuertere vnquàm valuere aciem Senatus Prudentiſſimi, & Maginus Magnus niſi ter Maximus eluxit Sol diſcuſſis, & diſſipatis nebulis offuſis. At nè obijciant mihi homines, qui non intelligunt Patauinorum ingenuitatem, olei nanque minimam portiunculam (ſi modo aliquam erogarunt in veterum Monumẽtis intelligendis) conſumpſere, nunc perorare me in Patriæ laudem, ſed & ineptire conterraneo palpum obtrudentem. Do vobis Gaſparem Taliacotium Bononienſem, qui in Chyrurgia progreſſus veterum omnium adeò ſuperauit Auguſtos (conſulto interea omittimus viri huius in cæteris ſcientijs laudes, atque virtutes) vt ſupra aleam chirurgicorum omnium ingeniorum regnãtem poſteritas docta, benigna ipſum ſit veneratura. Inditium certiſſimum Narium ſit chyrurgia curtarum, quam ut attigerint nonnulli, plures etiam, ij tamen facilitatem, breuitatem, ſalubritatem, pulchritudinem huius chyrurgiæ non intellexere, vt merito prædicare debeamus Taliacotium Arti huic impoſuiſſe (quod aiunt) colophonem. An conſtat minus ad huc priſcorum ſententijs addi poſſe, ſed & inueniri quoque plura ab ijſdem ignorata? Expugno iſtos, vel vno dato exemplo Vlyſſis Aldrouandi, quem Naturæ ipſius Cor, linguam, Dexteram alibi diximus. Heros hic quæ, quot nouit priſcis illis ignorata, cum in vniuerſali metallorum, & vegetalium Hiſtoria, tum in Spetierum reliquarum philoſophia, quæ ſolida germana exiſtit: illa enim Principiorum (veluti ego dicere ſoleo) in qua Neoterici viciſſim digladiantur auram verberantes in huius (quæ eſt ſpetierum) dirigitur contemplationem conſulant eius Muſæum increduli, conſulentes animaduertant ſedulo, & animaduertentes acriter intelligere ſatagant, ex eiuſdem viri libris indicibus; præterea operibus tuuc illis palam fiet an veterum placita poſſint abrogari nonnulla? Sedentarios iſtos phyſicos interpello, & Ariadnicos, qui volunt poſteros omnes vno quaſi filo deductos ijſdem ſemper veſtigijs maiorum inſiſtere, an arbitreatur Mundum hũc ſenſibilem, vt verbis interim Auerrois vtar in vltimitate ſapientiæ factum, ſpetiesque rerum in eodem iuxta ſeriem incomprehenſibilem gradnum conſtitutas multo maius quid eſſe quam quod poſſit vnquam percipi ab humanis ingenijs Cauete, Cauete nè in impietatẽ incidatis: monemus iterum, nã repetere vtilia oppido eſt ſaluberrimum. Qui aſſerit omnia fuiſſe à prioribus cognita nę quantum ego ſentio blaſphemat ille, ac decem peda titubantis noſtri ingenioli dimetitur immenſos agros Diuinæ Sapientiæ, à qua cuncta ſunt quę ſunt. Apagete cũ deliramentis veſtris, qui remini Artes, Scientias veterum labore inuẽtas omnes, ſatiſq; conſummatas fuiſſe ignaui contendentes non vltrà poſteris progrediendum eſſe. Quæro de vobis eruditiſſimi, qui talia effunditis viri: ſi hanc vetuſtiſſimi Philoſophi viam tenuiſſent, vt ſemper maiorum preſis veſtigijs intrà eoſdem terminos ſubſtitiſſent, neque penitus in intimam Naturæ cognitionem penetrare tentaſſent, qua deambularemus in arena? Si libere quod ſentio dicere licet (ſcripſit etiam vir doctiſſimus) dicam & quidem paucis: tàm peccant qui à veteribus perueſtigata omnia, comprehenſaq; eſſe contendunt, quàm qui eiſdem primam rerum cognitionem detrahunt, illoſque de veteri doctrinarum poſſeſſione deijciunt. Eia igitur ſapientiſſimi viri, egregij iuuenes contendamus pariter paribus ſtudijs (quantum humana fert conditio) declarare Sapientiæ Diuinæ immenſæ, imperſcrutabilis portionem aliquam, aliquantam & nobis à priſca vetuſtate relictam, ac vbicunque ingenium titubat noſtrum in myſterijs Naturę Rectricis explicãdis, noſcat homo ſe eſſe hominem, atque hic perpaucarum rerum eſſe ſciẽtiam, cæteroquin viam eſſe potius ad ſcientiam. Audite

Gaſpar Taliacotius Bononienſis.

Vlyßes Aldrouandus Bononienſis Patritius.

Secludo ſemper diuinos afflatus.

Io. Fernelius.

dite obtrectatores, moneo, hortor, quid ſi perſuadeam quoſcunque ingenuos in hac ſe verſari, & exercere paleſtra, vt Falſa veterum Placita reuellantur, Bona augeantur: ornentur quæ ab ijſdem fuere inuenta: quæ deſunt inuenire? Vrantur præcordia veſtra, qui me quaſi maledicto perſtrinxiſtis dicentes eſſe me Oppidanum Medicum, vel cuiuſuis litteraturæ penitus ignarum, & in vernacula noſtra lingua ſcribentem, dicentem familiariter adhuc vagire. Calumnias haſce veſtras inſanas: Quas aduerſus me, at clam me non erubuiſtis inſuſurrare nonnullis, eruditiſſimi Theſſali.

Calumnia obtrectatorum in Autorem.

Virgil. lib. 7. Aeneid.

Audiet, & ſi quem tellus extrema refuſo A
Submouet Oceano, & ſi quem extenta plagarum
Quatuor in medio dirimit plaga Solis iniqui

Dira.

Valerius Flaccus Poeta inſignis, conterraneus meus, quaſi audiens calumnias veſtras pulcherrime cecinit, & commodum aduerſus vos.

Valeri' Flaccus in Argonaut. 1.

—— Tu nuncia ſontum.
Virgo Ioui: Terras oculis, quæ proſpicis æquis,
Vltriceſq; Dea: faſq; & grandæua furorum
Pœna parens meritis horum ſuccedite tectis B
Et ſæuas inferte faces. ſacer effera raptet
Corda pauor.
—— Mors fera viam tentataq; claudat
Effugia: & noſtras nequeant præcurrere diras
—— Glomerentur in vnum.

Claudianus.

Innumeræ peſtes Erebi, quaſcunque ſiniſtro
Nox genuit Fatu: nutrix Diſcordia belli,
Imperioſa Fames, letho vicina Senectus,
Impatienſq; ſui Morbus, Liuorq; ſecundis
Anxius, & ſciſſo mærens velamine Luctus, C
Et luxus populator opum, cui ſemper adhærens
Infelix humili greſſu comitatur Egeſtas,
Inſomnes longo veniant examine Curæ.

Autor eſt Pythagoreus.

Quæ Autor promittit.

Illud iamdecreuerã, & animo ſtabat obfirmatum, quod reliquum erat mihi vitę ſpatium Pythagorica norma traducere, veluti quoq; in prima ſtudiorũ peregrinatione diſcipuli mordicus omnino ſeruauimus, at cogimur maledictis veſtris, deſertores otij ſuauiſſimi noſtri, renuntiare priori inſtituto: itaque quando iam eſt Alea acta, indico, & prædico vobis, profiteri me ſingulis quibuſcũque annis proxime ſequentibus iſtum, eſſe me publicaturum inuenta noua, cum in Medico, tum in Philoſophico ſtudio: & obruam vos miſellos, dormitantes non ſolum lucubrationibus, ſed meridiationibus quoque noſtris, ità oſtendens quòd hucuſque ſilentium modeſtiæ fuerit, non autem ignauiæ. Atque id præſtitero penitus, niſi ſecus alia ſuadeãt, extorqueantuè propoſitum. Sapientes priſci etiamſi reuiuiſcant, neutiquam fore vereor, vti mihi ſuccenſeant, qui eorum imitatione ab indagationibus cauſarum, nè tantillum quidem diſcedere audeam. A vobis potius ò obtrectatores mihi cauendum cenſeo, qui per illorum veſtigia quadantenus vltrò citroque commeantes, animis infectis ambitione partium (velut D

ſcripiere

uerſum, ſed nullis prꝗſtigijs interuertere vnquàm valuere aciē Senatus Prudentiſſimi, & Maginus Magnus niſi ter Maximus eluxit Sol, diſcuſſis, & diſſipatis nebulis offuſis. At nè obijciant mihi homines, qui non intelligunt Patauinorum ingenuitatem, olei nanque minimam portiunculam (ſi modo aliquam erogarunt in veterum Monumentis intelligendis) conſumpſere, nunc perorare me in Patriæ laudē, ſed & ineptire conterraneo palpum obtrudentem. Conſulant, quæſo, Doctiſſimorum virorum clariſſima monumenta, intelligent ij Patauinorum, quæ ſint ingenia, legant Martialem, licet Poetam hac tamen de re non loquentem Poeticē, veluti omnibus conſtiterit; præterea Dionem Hiſtoricum, interim damus vobis Plinij Iunioris hoc Teſtimonium. *Patauinorũ ingeniũ. ex Plinio Iuniore.*

A

C. Plinius libro primo Epiſt. & Epiſt. xij.

Patria eſt ei Brixia, ex illa noſtra Italia, quæ multum adhuc verecundia & frugalitatis atq; etiam ruſticitatis antiquæ retinet ac ſeruat. Pater Minutius Macrinus equeſtris ordinis princeps, quia nihil altius voluit. Adlectus enim à diuo Veſpaſiano inter Prætorios, honeſtā quietem huic noſtræ, ambitioni dicam, an dignitati? conſtantiſſime prætulit. Habet auiam maternam Serranam ✱ *procul à me municipio Patauino, noſti loci mores. Serrana tamen Patauinis quoq; ſeueritatis exemplum eſt.* Expugno iſtos, vel vno dato exemplo Vlyſſis Aldrouandi, quem Naturæ ipſius Cor, Linguã, Dexteram alibi diximus. Heros hic *✱ Proculam è municip.* *Vlyſſes Aldrouandus Bononienſis Patritius.*

B quę, quot nouit priſcis illis ignorata, cum in vniuerſali metallorum, & vegetaliũ Hiſtoria, tum in Spetierum reliquarum philoſophia, quæ ſolida gęrmana exiſtit: illa enim Principiorum (veluti ego dicere ſoleo) in qua Neoterici viciſſim digladiantur, auram verberantes in huius (quæ eſt ſpetierum) dirigitur contemplationem, conſulant eius Muſæum increduli, cōſulentes animaduertant ſedulo, & animaduertentes acriter intelligere ſatagant, ex eiuſdem viri libris indicibus, præterea operibus tunc illis palam fiet, an veterum placita poſſint abrogari nonnulla? Sedentarios iſtos phyſicos interpello, & Ariadnicos, qui volunt poſteros omnes vno quaſi filo deductos ijſdem ſemper veſtigijs maiorum inſiſtere, an arbitrentur

C Mundum hunc ſenſibilem, vt verbis interim Auerrois vtar in vltimitate ſapientiæ factum, ſpeciesque rerum in eodem iuxta ſeriem incomprehenſibilem graduum conſtitutas, multo maius quid eſſe, quam quod poſſit vnquam percipi ab humanis ingenijs? Cauete, Cauete nè in impietatē incidatis: monemus iterum, nam repetere vtilia oppido eſt ſaluberrimum. Qui aſſerit omnia fuiſſe à prioribus cognita, nę, quantum ego ſentio, blaſphemat ille, ac decempeda titubantis noſtri ingenioli dimetitur immenſos agros Diuinæ Sapientiæ, à qua cuncta ſunt, quæ ſunt. Apagete cũ deliramentis veſtris, qui remini Artes, Scientias veterum labore inuentas omnes, ſatisq; conſummatas fuiſſe ignaui contendentes non vltrà poſteris progrediendum eſſe. Quæro de vobis eruditiſſimi, qui talia effunditis, viri: ſi hanc *Secludo ſemper diuinos afflatus.*

D vetuſtiſſimi Philoſophi viam tenuiſſent, vt ſemper maiorum preſſis veſtigijs intrà eoſdem terminos ſubſtitiſſent, neque penitus in intimam Naturæ cognitionem penetrare tentaſſent, qua deambularemus in arena? Si liberè quod ſentio dicere licet (ſcripſit etiam vir doctiſſimus) dicam & quidem paucis: tàm peccant qui à veteribus perueſtigata omnia, comprehenſaq; eſſe contendunt, quàm qui eiſdem primam rerum cognitionem detrahunt, illoſq; de veteri doctrinarum poſſeſſione deijciunt. Eia igitur ſapientiſſimi viri, egregij iuuenes contendamus pariter paribus ſtudijs (quantum humana fert conditio) declarare Sapientiæ Diuinæ immenſæ, imperſcrutabilis portionem aliquam, aliquantam & nobis à priſca vetuſtate relictam, ac vbicunque ingenium titubat noſtrum in myſterijs Naturę Rectri *Io. Fernelius.*

eis explicandis, noſcat homo ſe eſſe hominem, atque hic perpaucarum rerum eſſe ſcientiam, cæteroquin viam eſſe potius ad ſcientiam. Audite obtrectatores, moneo, hortor, quid ſi perſuadeam quoſcunq; ingenuos in hac ſe verſari, & exercere paleſtra, vt Falſa veterum Placita reuellantur, Bona augeantur: ornentur quę ab iiſdem fuere inuenta: quæ deſunt inuenire? Vrantur præcordia veſtra, qui me quaſi maledicto perſtrinxiſtis dicētes eſſe me Oppidanum Medicum, vel cuiuſuis litteraturæ penitus ignarum, & in vernacula noſtra lingua ſcribentem, dicentem familiariter adhuc vagire. Calumnias haſce veſtras inſanas: Quas aduerſus me, at clam me non erubuiſtis inſuſurrare nonnullis, eruditiſſimi Theſſali.

Calumniæ obtrectatorum in Autorem.

A

Virgil. lib. 7. Aeneid.

Audiet, & ſi quem tellus extrema refuſo
Submouet Oceano, & ſi quem extenta plagarum
Quatuor in medio dirimit plaga Solis iniqui

Diræ.

Valerius Flaccus Poeta inſignis, conterraneus meus, quaſi audiens calumnias veſtras pulcherrime cecinit, & opportunè aduerſus vos.

Valeri' Flaccus in Argonaut. 1.

—— Tu nuncia fontum.
Virgo Ioui: Terras oculis, quæ proſpicis æquis,
Vltriceſq; Deæ: faſq; & grandæua furorum
Pœna parens meritis horum ſuccedite tectis B
Et ſæuas inferte faces; ſacer effera raptet
Corda pauor.
—— Mors ſera viam tentataq; claudat
Effugia: & noſtras nequeant præcurrere diras
—— Glomerentur in vnum.

Claudianus

Innumeræ peſtes Erebi, quaſcunque ſiniſtro
Nox genuit Fœtu: nutrix Diſcordia belli,
Imperioſa Fames, letho vicina Senectus,
Impatienſq; ſui Morbus, Liuorq; ſecundis C
Anxius, & ſciſſo mœrens velamine Luctus,
Et luxus populator opum, cui ſemper adhærens
Infelix humili greſſu comitatur Egeſtas
Inſomnes longo veniant examine Curæ.

Illud iam decreueram, & animo ſtabat obfirmatum, quod reliquum erat mihi vitæ ſpatium, Pythagorica normá traducere, veluti quoq; in prima ſtudiorū peregrinatione diſcipuli mordicus omnino ſeruauimus, at cogimur maledictis veſtris, deſertores otij ſuauiſſimi noſtri, renuntiare priori inſtituto: itaque quando iam eſt Alea iacta, indico, & prædico vobis, profiteri me ſingulis quibuſcūque annis proxime ſequentibus iſtum, eſſe me publicaturum inuenta noua, cum in Medico, tum in Philoſophico ſtudio: & obruam vos miſellos, dormitantes non ſolum lucubrationibus, ſed meridiationibus quoque noſtris, ita oſtendens, quòd hucuſque ſilentium modeſtiæ fuerit, non autem ignauiæ. Atque id præſtitero penitus, niſi ſecus alia ſuadeāt, extorqueantuè propoſitum. Sapientes priſci etiamſi reuiuiſcant, neutiquam fore vereor, vti mihi ſuccenſeant, qui eorum imitatione ab indagationibus cauſarum, nè tantillum quidem diſcedere audeam. A vobis potius ò obtrectatores mihi cauendum cenſeo, qui per illorum veſtigia quadantenus vltrò citroque commeantes, animis infectis ambitione partium (velut

Autor eſt Pythagoreus.

D

Quæ Autor promittit.

Sis Pius in primis; nam cum vincamur in omni
Munere, ſola Deos æquat Clementia nobis

Cognoui adhuc intra luſtrum alterum ætatis meæ ſub diſciplina conſtitutus præceptorum meorum Iacobi Galli, & Reuer. Præsbiteri Ludouici Lauandarij Patauini, quorum fuerit mihi ſemper memoria gratiſſima illud Plinianum. *Præceptores Autoris in humanioribus litteris.*

Cogito, quàm ſit magnum dare aliquid in manus hominum, nec perſuadere mihi poſſum, non & cum multis, & ſæpè tractandum, quod placere & ſemper, & omnibus cupias. *C. Plin. Epiſtol. lib. 7. Epiſtol. 10. Celeri ſuo.*

A Eia benigni manes & doctiſſimi Præceptorum meorum in humanioribus ſtudijs (quandò veſtrum occurit recordatio) lumina Vrbis noſtræ Patauij, qui tot erudiuiſtis ad miraculum vſque ingenia conciuium, & me prædicaſtis intra annum duodecimum ætatis prioris meæ aliquantos proceſſus feciſſe in vtraq; lingua cùm Romana, tum Græca. Audite, me iuuentutis terminos iam tranſgreſſum adeo intemperanter lacerari, & capitaliter laceſſiri, vt rudiſſimum omnium mortalium dixerint nonnulli me, atque in Romano eloquio vagientem. Sanè fateor (alloquimur interim obtrectatores) effluxiſſe miſero mihi haſce linguas, veruntamen haud ſum reminiſcentiæ adeo damnatæ, conclamatæ, vt ex tenuiſ- *Calumniæ obtrectatorum in Autorem.*
B ſimis veſtigiorum vmbris adhuc inhereſcentibus non valeam aliquo vſque progredi: cæterum intra mediocritatem & eſt aliquid prodire tenus, vt ille ait, ſi non datur vltra. Non aſpernatus ſui iudicia veſtra o ingenuæ hominum mentes (à coruis ad Cycnos iam tranſeundum eſt) nunquam aſpernabor, quinimo & magni, & maximi ſemper æſtimabo. Scitote me coactum fuiſſe iſthæc, qualiacunq; ſunt ſcripta, præcipitare. Occultò, & conſultò cauſas, nec veſtrum intereſt noſſe, Forſitam alias noueritis. Mementote Platonica dicta Regia. Neceſſitas omnibus in rebus cuique grauis eſt. Non quod faciendum eſt facientis otium expectare vult, ſed neceſſitas cogit facientem; opus ipſum obſeruata ſemper occaſione proſequi. Sic etenim natura Neceſſitas ipſa obtinuit, qua cum Deorum *Plato. In Phædro. De Republ. Dial. 2. De legibus Dial. 7.*
C nullum dicimus, aut pugnare nunc, aut nunquam pugnaturum. Condonate mihi rogo vos iterum huiuſmodi neceſſitate coacto ſtrangulato ſtyli ipſius Epiſodici deformitatem, Dogmata pendite, æſtimate. Quis adeo ſupinæ lectionis homo non animaduerterit in veterum præceptorum monumentis, eſſe Documentum nobis ab illis traditum huiuſmodi. Cauere oportet, ne plura Ornamenta extrinſecus, quàm ipſum Opus euadant. Nonnè Galenus idem pluribus in locis nos docuit, ſcribens? *Ariſt. lib. 1. Ethic. c. 7.*

Quemadmodum Senſus, rerum, quæ Senſui ſubijciuntur, iuditium eſt: ità intelligibilium aliam quandam eſſe facultatem manifeſtum eſt: quam vocare vtcunque vnicuique libuerit, permittimus, ne maius Corollarium Opere ipſo D efficiamus. Legiſſe adhuc nos pueros meminimus in humaniorum litterarum ſtudijs verſantes, quas nobis vagientibus aiunt obtrectatores boni, & eruditi nullas ineſſe. *Galen lib. 9. de Hipp. & Platon. Decretis. c. 1.*

—— Amphora cæpit
Inſtitui, currente rota, cur Vrceus exit?
Deniq; ſit quoduis duntaxat ſimplex, & vnum. *Horatius in Poetica.*

Dogmata verò quæ ſcripſimus, vbi ſint ſpongia digna, ſint equidem omnia per me protinus alba. Non vſque adeò inſaniui mihimet blādiens, vt lingua fauere, aut calamo patrocinari velim ipſi falſitati. Abſit in rerum contemplatione, *Ingenuitas Autoris.*

tione, quę veſtigatio vmbratilis quędam exiſtit Sapientiæ Diuinæ, abſit inquam omnis prorſus ambitio, nam Figmentum ſumus, & homo veluti Plato ait ludus eſt Deorum: quam propoſitionem alibi expoſuimus in ſuperiori nempe Sectione. Omnino tenemus illa mordicus, quæ à Sapientibus viris fuere poſterorum commendata memorię, noſtram hanc in litterarum ſtudijs peregrinationem ſinè luce diuina miſerabilem quandam errationem eſſe. Nihil beatius quàm ſcire. Nihil diuinius, quàm docere. Nihil propius veræ fœlicitati, quàm diſcere. Diſcamus igitur omnes abſq; conuicijs, atque exprobrationibus mutua caritate. Vt quemadmodum in reliquarum opulentia fortunarum: quod quiſque Dei beneficio, ſuo labore, ac diligentia conſequutus fuerit, id in medium ponat: impartiat non habenti. Inferiores vero tam libenter accipiant, tam gratè acceptum ferant, quàm haud grauatè contulerint fœliciores. Adſit caſtigator ſcitus, qui nos dedoceat, & doceat, illi ſubſcribemus: propriam ſententiam delebimus, quemadmodum intereſt viri Philoſophi ad Veritatis præſidium, atque conſeruationem. Audite Platonis memorabile, atque ſaluberrimum Documentum.

I. Cæſar Scaliger. *Plato.* A

Plato Dial. 5. de legib.

Omnium verò maximum quiddam malum in multorum hominum animis eſt innatum. Cuius quidem, cum facile ſibi ignoſcant, remedium nullum excogitant. Eſt autem hoc quod dicere ſolent, quòd natura ſibi quiſque amicus eſt, recteq; eſt, ita id ſe habere. Sed reuera nimius in ſeipſum amor omnium peccatorum omnibus ſemper eſt cauſa. Occæcatur quippe circa amatum qui amat. Quapropter qui ſe amat, cum ſeipſum magis quàm veritatem honorandum putet, quid iuſtum, bonum, pulchrum; ſit male iudicat. Decet ſanè eum qui magnus vir futurus eſt, neque ſeipſum, neque ſua diligere, ſed iuſta ſemper, ſiue à ſeipſo, ſeu ab alio quouis gerantur. Ex hoc ipſo delicto accidit omnibus, vt ignorantiam ſuam eſſe ſapientiam opinentur. hinc fit, vt quamuis nihil, vt ita dicam, ſciamus; ſcire tamen omnia arbitremur. Cum verò neo alijs committamus facultatem agendi quæ ipſi facere ignoramus, facientes ipſi errare compellimur. Quamobrem nimium ſui ipſius amorem fugere quiſque debet, & meliores ſequi, nullo rubore verecundiæ impeditus.

φιλαυτία eſt radix omnium malorũ, & Seps. B *Virum magnũ qua deceant.* *Cæcum Amorē ſui ſugere oportet.* C

Abeant itaque circunſcripti animi quorũdam, ac ſeruiles niſi & ſcurriles: qui omnium rerum ſenſibilium Dominum, Dictatorem Intellectum noſtrum, mancipium efficere non erubuerunt alienæ Libidinis: Pecora quæ malunt Rempublicam litterariam proditam, quàm vnius modo viri autoritatem cum ſummo generis humani commodo labefactari. Concludamus tandem, non quemadmodum Virgilius ait gentilis.

Caſtigatio mancipiorũ ingeniorum.

—— Dÿ noſtra incœpta ſecundent.

Sed chriſtianè, atque veridicè. Deus Redemptor omnium, atque illius Mater Virgo ſemper ſanctiſs. Maria in cuius Aſſumptionis Feſto iſthæc exaramus meridiantes: annuant, faueant (quod ſupplices oramus) incœptis noſtris, atque nobis interea magna profeſſis. Quid alij ſentiant expectare certum eſt, interea ſic nos exercebimus, & Sectio iſta duo præcipua obtinuerit. Vnum eſt declaratio, & aſſeueratio opinionis noſtræ. Alterum vero fuerit ijs reſpondere obiectionibus, quæ niſi mouere, ſaltem commouere opinionem eandem noſtram aliquatenus fronte prima videntur.

Pietas Autoris. D *Sectionis huius partitio.*

CAP.

CAP. PRIMVM.

DIFFICVLTATES NARRANTVR opinionem perſuadendarum.

A COGITANTI mihi, atque memoria veterum ſcripta, maiorumque noſtrorum ſedulò repetenti, cur ex opinionibus aliquæ difficilius, contra verò aliquæ facilius, paſſim nonnullæ ſint, quę populo perſuadeantur non ſolum doctis viris, plura ſeſe offerunt, atque illa non exigua, ſed maxima, quæ omnia percurriſſe otium expoſcunt vberrimum, negotium aliud explodunt; illud porrò interim mihi non datum eſt. Quapropter ſummatim peragentes, & pro modulo ingenij noſtri dicimus oriri difficultatem perſuadendarum opinionum, aut ex natura ipſius rei, propoſitionis nimirum, ſeu opinionis introducendæ, aut ex mala hominum natura, peruicacia & ſtultitia quadam brutorum, non hominum: quam ſatis vidit præceptor communis Galenus lib. 9. cap. 7. de Hipp. & Plat. decretis: vbi ait.

B *Pleriq; ſunt, qui licet quandoque communis illa omnibus notio euidentiſſima ſit, velint tamen in ſua ſententia perſiſtere, ſimulentq; ſe certam illis fidem adhibere, quæ temerè protulerunt, vt ſua quiſq; ſectæ decretum aliquod confirmet. Sicut è contrario alij quidam inueniuntur, qui in improbanda alterius ſectæ oratione ſponte mentiri non erubeſcunt: is enim mos eſt eorum, qui aliquam ſectam profeſſi ſunt, ut omnia etiam ſi nullam cum principijs atque elementis neceſſariam cohærentiam habuerint, ſibi defendenda proponant.* *Sectæ mancipiorũ Natura mala.*

C Videre mihi videor, & audire obloquuturos homunciones nonnullos, phyſicos nomine tenus, atque vulgi opinione tales, vociferari clangoſa voce: iam ſcripſit Vlmus de fine Barbæ, uera pronuntiauit aliquo modo; an propterea minus exactè exercebatur medicina retroactis temporibus, in qua viguerunt viri celebres, vel ſuccedenti ſæculo exercebitur hanc propter diſquiſitionem aptius? dicent, Galenus nunquam, Ariſtoteles nunquam corruerint: Extitit Argenterius, Cardanus, Teleſius & alij complures, quorum nomina peſſum iere modico florentes tempore: idem contigerit Vlmo. Conabor quemadmodum licuerit reſpondere; ſed vt appareat magis poſteritati, quibuſcum loquar nunc, deſcribo uos ex Galeno communi præceptore lib. 9. de Hipp. & Plat. decretis cap. 5. *Obtrectatorum peruicacia.*

D *Cùm igitur in primo reip. Plato cum aliis pluribus exemplis, tum nauium gubernatorum, & medicorum, demonſtraſſet artifices iis, quæ adminiſtrant, & tractant, non ſibi vtilitates comparare, deridens hoc Thraſymachus opilionum, & bubulcorum mentionem facit, qui ſuæ, non ouium & bonum vtilitati conſulunt: at Socrates horum diuerſum eſſe ſcopum ac finem oſtendit: aliorum eorum, qui in paſtoritia arte nihil aliud præter ouium & boum vtilitatem ſpectant, alium eorum qui vel ad venditionem uel epulum animalia ea ſaginare conſueuerunt. Apertum eſt igitur,* *Obtrectatorum deſcriptio ex Galeno.*

medicum etiam, quà medicus eſt, corporis ſanitati conſulere: quà verò ob aliud quid hoc agit, aliam habiturum eſſe appellationem, quippe cùm nonnulli lucri cauſa medicinam exerceant: quidam ob ſibi legibus conceſſam immunitatem, ac reip. vacationem: alii humanitate compulſi: gloria alii, & honore allecti. Quatenus itaque ſanitatis opifices ſunt, medici omnes communi nomine appellabuntur: quatenus verò diuerſos ob fines munus illud tractant, alius humanus, alius ambitioſus, glorioſus hic, ille quæſtuoſus vocabitur. Quo circa medicorum finis, quatenus ſunt medici, A *minime eſt, ut Menedotus empiricus ſcriptum reliquit, glorioſus, aut utilis. Sed ipſi Menedoto talis profectò fuit, Diocli uerò nequaquam, ſicut neque Hippocrati, aut Empedocli, aliiſq; compluribus ex ueteribus, qui humanitate & benignitate hominibus medebantur.*

Medicorum ordines varij exiſtunt finis ergò, propterquã exercent Artem medicam.

Do vobis meam intentionem, quæ eſt Naturæ, eiuſquè Prouidentiæ, atquè iuſtitiæ aſſeueratio. Ego qui homo ſum, niſi hominis & nominis vmbra, quantum pertinet ad cognitionem,& agitationem ipſius mentis: conabor ſemper aſſeuerare ipſam veritatem,nullius acceptator perſonarum:nec mecum agendum B eſt dignitate alicuius viri,ſed mediò à natura rei deſumpto:qui hæc ſatagit,is ne ſatagit prędicare aſſeuerare Naturæ Prouidentiam,de qua audite Galenum prædicantem libro paulò antè citato cap. 8.

Galenus.

Vnde mirificè ab Hippocrate pronunciatum eſt: Quoniam iuſtum habent corpus homines: maximum quippe eſt iuſtitia membrorum argumentum, tum figuræ ſimilitudo, tum ſitus, quo tria hæc inſtrumenta, venam dico, arteriam & neruum in ſingulis muſculis inſerta ſunt: mutua verò inter ſe oppoſitio non tam iuſtitiam in corporis fabrica; Quam ſummam etiam conditoris potentiam manifeſtè uidetur declarare: C *Nam ſi fines, ad quos fabrica hæc conſtituta eſt, connumeraueris, eoſq; omnes optimè aſſequutum eſſe opificem deprehenderis, quid aliud quam euidentem ipſius magnitudinem, potentiamq; cognoſces?* atque paulò inferius ait *Quemadmodum igitur de humanis affectionibus iuditia facimus, ſic etiam de diuinis facere debemus, ac corporis noſtri conditorem, qualiſcunq; Deus ille fuerit, admirari. Quòd ſi propterea quòd ipſum non videmus, non eſſe etiam dicamus ſimilitudinem iuditij in artibus minimè ſeruabimus: vbi non penes viſionem eius, qui extruxiſſet vel lectum vel nauim, iuditium artis proferebamus, prætermiſſa vtilitatis ſingularum partium conſideratione, ſed in hac vel præcipuam vim artis eſſe ſtatuebamus.* D *Quemadmodum enim ridiculum eſt, ſi quis eo, quod videat aliquem quippiam fabricantem, idcircò artificem exiſtimet; etiam ſi partes aliquas male fabricatas fuiſſe deprehenderit; ſic cùm optimè conſtructam nauim vel domum vel lectum conſpexeris, licet ignores, quis ea condiderit, ſi abſque arte ſed fortuna extitiſſe, ea omnia exiſtimes, meritò eris deridendus: quippè cùm artem rarò fine ſuo fruſtrari: fortunam rarò eundem aſſequi, nemo ſit, qui neſciat. Quocirca temerariam, atque fortuitam, neque artificialem cauſam fabricæ noſtri corporis exiſtimare abſurdum eſt,*

Ars. Fortuna.

ſi modò

ſi modò ſimilitudinem inditij in artificibus, qui cernuntur, & qui non videntur, ſeruare voluerimus. Non enim extrinſecus rerum conſiderationem, quas omnes natura habemus, adhiberi iudicium debet. His inditijs vſus Hippocrates hæc verba ſcripſit, Naturæ, inquit, morborum medici ſunt. Erudita natura eſt, licet facere non didicerit. & alibi: Eodem modo ſe habet & illud. Natura ſufficiet prorſus. Vocat autem ipſam iuſtam naturam interdum: medicum miniſtrum, imitatoremq; eius eſſe ait. Et ſemper in peculiaribus tractatibus vim eius celebrat, atque admi-
A *ratur. Quæ tamen ſubſtantia ſit Naturæ; quæ nos finxit & gubernat, non auſus eſt pronuntiare: ſed noſtræ creationis autorem, vt omnibus hominibus mos eſt, Naturam appellat.* *Natura qd ſit?*

Sed nonne alia eſt quoque cauſa? omnino: legatis Gal. in lib. de Bono & Malo ſucco, quæ talis exiſtit.

Ergo cæteri omnes mortales, ratione in conſilium adhibita, illud euidens eſſe cenſebant: vt extrinſecus exulcerationum formæ variæ, varia tumorum genera exiſte- *Cap. pri.*
B *bant, inflammationis, œdematis, eryſipelatis aut ſcirrhi ſpecie, ſic & in inteſtinis partibus, quæ principales ſunt, poſſe totidem affectiones fuiſſe. Solis illis occæcata erat ratio, qui ab Hippocratis doctrina de ſuccis deficientes, quiduis potius quam ſuccos cauſari audent. In quibus tamen fuere, qui clàm apud me faterentur, ſe conſpicere quidem ſatis, quam peruicaciter cum Hippocrate agerent, qui ſuccos negaret ad bonam ualetudinem nec ad morbum bene aut malè facere poſſe: pudere tamen, iam exacto quinquageſimo ætatis anno, ad Hippocratem transfugere: ita enim futurum, vt viderentur non diſcipulis modò nocuiſſe, ſed & alijs: qui ſuperiori tem-*
C *pore ipſorum opera vſi eſſent. Quin & vulgò ſe in precio eſſe, propterea quod uera profiteri crederentur: quæ ſi falſa faterentur, ipſos habitum iri cæteris indoctiores, neque quenquam, qui ipſis ante uſus eſſet, poſteà vſurum. Atque his quidem danda eſt optimo iure venia: neque reprehendendum propoſitum, ſed miſeranda ipſorum eſt infelicitas, qui priùs quàm iudicare poſſent, quid docerentur, in malos magiſtros inciderunt. Sunt autem illi odio digniſſimi, qui per ambitionem decretorum ſectas primi inſtituerunt. Videntur enim ſponte, atque opera data, familiares fallere voluiſſe, non ipſi per imprudentiam, atque inuiti decepti.*

D Huius autem generis homines non malam at vitioſiſſimam naturam obtinere certum eſt, quia veritatem ipſam conculcant. Audite Platonem dicentem in dial. 16. de Rep. de iuſto. *Quod verum videtur, prodere nefas eſt.* Quapropter vos doctiſſimi obtrectatores, qui detrectabitis opinionem recipere meam, (quando vera exiſtat, & cenſeatur) pallio ætatis tecti. Moneo reſpiciatis, quo nomine appellandi ſitis, vel gentilium teſtimonio deſciſcentes à veritate aſſerenda, prædicanda. Interim doceo vos, quod ex priſcis doctiſſimus ſcripſit. *Nulla ætas ſera eſt ad diſcendum.* Quis fuerit non memini & memoriter nunc ſcribo pluribus deſtitutus adiumentis, inter quæ præcipua eſt bibliothecula mea. *Homines uitioſi conculcant Veritatem.*

Autoris ingenuitas. Ego nil prius habui; nihil antiquius Pietate erga Deum, Charitate verſus proximum; his enim ambobus me natum, obligatum eſſe, ſi homo ſim, cognoui à primis vnguiculis, vtrumque præſtare conatus ſui ſemper, atque dum viuam, contendero. Medium verò illud vnum eſt, quantum cognoſcere datum eſt, vna veritatis aſſeueratio, nam veritas vna, quia & vnum veritas. Sic officia pietatis, caritatis humana facultate mea adimplere tentabo: quæ fuerint cogitationes adductorum virorum, ignoro, cùm autem in ijs, quæ incerta ſunt, præſtet meliora ſequi, volo mihimet perſuadere, perſuadeo, & perſuadeor talia eadem prorſus iſtis viris propoſita fuiſſe ſtudia. Ij enim fuere viri ſuo tempore clariſſimi, atque ſi ethnicè loquendum eſt, Cicerò ait: Nemo vir magnus ſine aliquo afflatu diuino vnquam fuit. Quę opinio eatenus mihi veritatem attingere mihi videtur, quatenus ad ipſum Deum Opt. Max. refertur. Quibus nam medijs iam dicti viri conati fuerint aſſequi propoſita, & credita à nobis ipſorũ ſtudia, fatemur ingenuè, ignoramus. Non ſum ego tam dementis otij, aut reminiſcentiæ ridiculæ, vt non intelligam, quæ ſcripſerit præceptor, & reminiſcar & meminerim; A

Cicero lib. 3 de Natura Deorum.

Ariſt. l. pri. Poſter. c. 12. *Eſt per ſyllogiſmum facta deceptio. Hæc autem in iis, quæ inſunt primo, aut non inſunt, contingit dupliciter: aut enim eſt, cum ſimpliciter accipiat eſſe, vel non eſſe, aut cùm per ſyllogiſmum accipiat opinionem: ſimplicis quidem opinionis deceptio, ſed quæ eſt per ſyllogiſmum, plures ſunt. Non ſit enim A. in nullo B. indiuiſibiliter: ergo ſi ſyllogiſet A. eſſe in B. medium accipiens C. deceptus erit per ſyllogiſmum. Contingit igitur vtraſq; opiniones eſſe falſas: contingit autem alteram ſolùm eſſe falſam. Si enim neque A. in nullo C. erit, neque C. in nullo B. erit: accepta autem vtraq; è contrario; vtraq; enim erunt falſæ. Poteſt autem ſic ſe habere C. ad A. & ad B. quod neque C. ſub A. ſit, neque in B. vniuerſaliter: B. quidem impoſsibile eſt eſſe in aliquo toto primùm enim dictum eſt in ipſo A. B. non eſſe. A. autem non neceſſe eſt omnibus in eſſe quæ ſunt. C. vniuerſaliter, quare vtraq; falſa ſunt.* B C

& quæ ſequuntur. Fuere qui Rhetoricis, qui Sophiſticis, qui Topicis, qui demonſtratiuis rationibus aſſeuerare conati ſunt opiniones proprias, Omnino perſuademur eorum fore, vt vigeat ſemper memoria, qui veritati pronuntiandæ incubuerunt, niſi demonſtratione, ſaltem demonſtratiuis rationibus. Non enim veritas vlli temporum iniuriæ ſuccumbit. Ipſe non ſum adeo nullius ingenij, vt aſſeram ſcriptores omnes, uel ſcribentes, dignos eſſe, quorum opiniones tabulis citreis excipiantur, aut qui non ſcribunt, indignos eſſe, atque procul à ſocietate humana ſemouendos. Summa ſummarum opiniones aliquæ alioqui veriſſimæ difficulter perſuadentur, vt paſſim vigeant ex hominum natura mala, & nequitia communi. Quis enim inter cæcos regnet colorum ergò, ſcilicet varietate illorum, aut puritate gratiam ſibi conciliet? nemo hercule nemo. A parte neque de veritate agentes apud Sybaritanum gregem regnabunt. D

Gal. in Com. p. t. ca. 7. lib. de Nat. hũ. *Vulgus in diſcendis demonſtrationibus ſtudium ponere detrectat: quæ non cognouit, his reclamat prompte. Contra ſtudioſi, & veritatis amantes omnem in percipiendis demonſtrationibus induſtriam ponunt, nec facilè oblatrant;*

Sed

Sed vnaquæque Ars & Scientia Ciceronem habet, atque Clodium. In Medicina noſtra (veluti,) Hippocrates communis præceptor ait idem contingit.

Medicina omnium artium præclariſſima eſt: Verùm propter ignorantiam eorum, qui eam exercent, & ob vulgi ruditatem, quod tales pro medicis iudicat & habet, iam eò res deuenit, vt omnium artium longe viliſſima cenſeatur. At verò hoc peccatum ob hanc potiſſimùm cauſam mihi committi videtur. Soli namque medicinæ nulla pœna in repub. publicis ſtatuta eſt, præterquam ignominiæ: verùm hæc ipſa non afficit, [A] *neque contingit eis, qui ex compoſito perſonam ipſius induerunt: ſimillimi enim huiuſmodi medici ſunt perſonis, quæ in Tragediis introducuntur. Quemadmodum enim illi figuram quidem & habitum, ac perſonam eorum, quos referunt, habent, illi ipſi autem veri non ſunt: ſic & medici fama quidem, & nomine multi, re autem & opere ualde pauci.*

Ex Hippoc. Lege.

Medicina cur cenſeatur Ars viliſſima?

Medici ſunt rari: Medicorum Perſonæ plures.

Quapropter rectè nonnunquam Plinius in lib. ſuæ hiſtoriæ declamauit in hanc artem, non quidem artis cauſa, veruntamen eorum, qui illam exercent, occaſione. Ait ille.

[B]

In hac Artium ſola euenit, vt cuicunq; Medicum ſe profeſſo ſtatim credatur, cùm ſit periculum in nullo mendacio maius, non tamen illud intuemur: adeo blanda eſt pro ſe cuique ſperandi dulcedo.

Atque alibi dicebat:

Nemine Medicorum idem ſentiente, ne videatur alterius acceſſio.

Hoſce homines filios Artis illegitimos, nothos appellare ſoleo, atque ſpurios [C] ex Platonis doctrina, qui tales eſſe in Philoſophiæ quoque ſtudio aſſeruit, atque proptetea ipſam apud vulgus malè ſentire. Nonnunquam illos ego ridens Democritus appello Carnifices Bullatos. Hi ſunt qui opinionem noſtram ridentes, clam in angulis nobis obloquuntur Canes. Gal. lib. 1. de nat. facult. cap. vlt. inuehitur in aliquos: at ſi talis tantusque vir tempeſtate noſtra vigeret, deplorandam conditionem noſtræ ætatis videret. Florebant, deflorebant opiniones omnino: ex illis aliquæ ſtolidiores anteponebantur ſtolidis. Exercebantur ſaltem ſtudia ſcientiarum ingenuitate admiranda. At homines noſtri temporis damnant abſque vlla conſultationum diſquiſitione opiniones quaſlibet, non ſubſcribentes veteribus; adeo ſibi perſuadent imperiti à veteribus omnia cognita fuiſ- [D] ſe: quæ ſanè omnium maxima eſt lugenda calamitas. Hanc opinionem meam nouam ingenuus ingenuè qui ſum daturus hominibus damnant imperiti rerum, adhuc non publicatam non examinatam vt interim vtar dictis atque ſententia Gal. Iuniorum quicunque ſcilicet nominibus horum ſe venditant Eraſiſtratios, & Aſclepiadios ſe appellantes: hi non ſecus ac inducti in comedijs aboptimo Menandro ſerui, Daci quidam, Getæque: qui nullum operæpretium ſe feciſſe putant, niſi ter hærum fefellerint: ſic per multum otium impudentia meditati ſunt commenta. Sunt adhuc opiniones, quæ vix perſuadentur non hominum ipſa nequitia, ſed ex natura eorundem, qualis fortaſſis exiſtit etiam noſtra: hæc tamen regnabit aliquando. Videamus modo huiuſmodi opiniones quæ exiſtunt.

Medici indocti ſunt Carnifices Bullati.

An

An illæ ſunt conſimiles propoſitionibus illis, quæ vbi poſitæ ſunt, difficulter deſtruuntur: has verò ex præcept.

Auerroes li. 8. Topicorũ.

Ariſt.docebat Auerroes his verbis: *Et expedit interrogantem ſcire, quod inueniantur quædam poſitiones, quas difficile eſt deſtruere ob difficultatem argumentationum, quæ illis inſtent, & modicam illarum iuſtitiam. Et ideo harum earundem obſeruatio facilis fit reſpondenti. Et poſitiones quidem, quarum deſtructio difficilis fit ob difficultatem argumentationum, quæ illis repugnent, ſunt quatuor ſpecierum. Quarum vnius ſunt principia nota prima artium, prout eſt conſtructio vnitatis in Arithmetica, & puncti in Geometria, & ſicut dicere, quod de quauis re uerax ſit affirmatio, aut negatio: ſecundæ autem ſunt res po-* A
ſtremæ, remotæ à principijs, prout eſt dicere, An anima ſit immortalis, nec ne? & tertiæ ſunt res proximæ principio. Et quartæ res, quarum eloquutio fit nomine æquiuoco, aut nomine accommodato. Cauſa verò difficultatis inueniendi ſyllogiſmos de principijs ſunt, quia quando interrogans procuraret commonſtrare aliquam rem, quæ ſint de illis, prius indigeret admitti illorum definitio, prout fit quando nos proponimus demonſtrare, quod de qualibet re uerax ſit affirmatio, aut negatio, prius indigemus explicare affirmationem, & negationem. Et hoc idem euenit de omni cuius definitionem ſumere indigemus primo, quando ſcrutatur de illo, prout dicimus an Deus, ſit, & an natura ſit? & an vacuum ſit, necne? & magis accidunt obſcuritates in talibus, quando contemnuntur, & quæritur de illis eſſe aliquam rem, aut impoſſibilem eſſe, præterquod definierint: vt qui quæreret, an vacuum ſit, præterquod B
ſciat, quid vacuum nomen ſignificet: Cauſa autem difficultatis admittendi definitionem eſt multitudo illorum, quorum interrogans indiget quod ei admittat reſpondens de eſſendo conditiones requiſitas ad illam, vt quod inſit definitio, & quod ſit prædicatum de illo in eo, quod quid ſit, & reliquæ conditiones propoſitæ de definitione. Et hæc erit cauſa, quæ ex illis reſpondens offendat plures inſtantias: & ideo illius deſtructio fit facilior contra ipſius conſtructionem. Et hæc eadem eſt cauſa difficultatis inueniendi argumentationes de rebus poſtremis, quoniam demonſtrantur pluribus præmiſſis, quas interrogantem difficile eſt colligere, & reſpondenti non deeſt id, quo facilè feratur inſtantia. Cauſa vera difficultatis ſyllogizandi ad res proximas principio eſt paucitas præmiſſarum, quæ ſiunt ad illas. C

Ex qua ſententia poſſunt opima ingenia elicere, quæ nam quot ſint illa difficultatem inuehentia ad perſuadendam aliquam Opinionem nouam, appendice conſiderata illa externa, quotieſcunq; Opinio Famoſa alia viget, ſi ffulta Autoritate grauiſſimorum Scriptorum, & diuturni Temporis roborata Benefitio.

Scribebat alibi Auerroes, difficile eſt oſtendere mentem de re, de qua vulgus nullam habet opinionem, Et ſimpliciter ad cuius oppoſitum magis inclinat vulgus.

Difficultas itaque mihi propoſita eſt maxima, quia & agimus cum vulgo, & ſcribimus opinionem contrariam opinioni virorum doctiſſimorum, niſi hac in re, ſaltem in reliquis. Atque omnes ferme homines in præſentiarum ea inuaſit opi- D
nio, vt nihil mouendum ſit de vetuſtate, quia nullus inuentioni amplius exiſtat locus, præſertim illos vrit æmulatio, & nolunt doceri, quia ſeſe doctos abundè arbitrantur: *cedere ingenio qui velit, nullus erit.* Dicam p. de grauiſſimorum virorum dignitate, mox de tempore nonnulla, atque breuiter. Vbi ſecus ſenſerint, vel opinionem aliquam tradiderunt clariſſimi viri longo æuo celebres promptum eſt cuique illud Galen. dicterium leg. 2. de fa. na. cap. 6. aduerſus Eraſiſtratum.

Verum

Verum eſt tantisq; non aſſentiri viris, ſed plus te ſapere quam illos putare, ſine inuidia eſto. *Galenus l. 2 Fac. Nat. cap. 8.*

Adhæc illæ ſapientiſſimæ cenſentur opiniones, quæ calculo temporis ſapientiſſimi ſignantur albo. Nam licet Pythagoricus Paro tempus rudiſſimum eſſe dixerit, quia in ipſo etiam obliuiſcuntur, ſunt plures qui ſapientiſſimum idem aſſeuerent, nec iniuria, nam longiùs prouectæ opiniones ab optimis ingenijs excutiuntur placidè nullo odio, nulla malignitatis rabie, aut liuore, ſed phyſica modeſtia iudicantur. Differt enim ſtylus quotieſcunque eſt duntaxat erga rem vel dogma ab eo, in quo & homines penduntur. Hanc iniquam conditionem experitur mea opinio prorſus contraria opinionibus famoſis veterum, quæ regnabunt & illæ apud imperitos, veluti fabula partus viperarum & Vrſi, nam licet ſint exibilatæ à ſenſu, attamen publicantur quandoque veluti veræ à rerum imperitis & qui in lectione autorum grauiſſimorum, quorum intereſt hæc nouiſſe, haud ſunt verſati. Etenim opiniones quæ à viris alioqui celeberrimis tanquam autoribus promanarunt, vel diutino vixerunt, viguere temporis curriculo, nunquam obliterantur, præſertim vbi aliqua extorſione ſenſus valeant in bonitatis quandam ſpeciem reduci. Summa ſummarum difficultas perſuadendi opinionem aliquam nouam, pendet, vel fluit cum ab ipſa Propoſitione cognoſcenda, perſuadenda iuxta alterutrum terminorum, niſi vtrumque, pręterea & iuxta prędicandi modum: ſubinde tùm ab hominibus ipſis, vel Autore & Doctore, vel Diſcipulis & docendis. In Autore conſiderantur plura nimirum Aetas: Fama: Patria: Externa quoque Bona, ſi quidem verſiculi paſſim illi decantantur.

Paro Pythagoricus. A *Opinio Veritati quoq; vim affert.* B *Summa difficultatũ in perſuadenda opinionibus nonis perſuadendis.*

Vir bene veſtitus in Veſtibus eſſe Peritus.
Creditur à Mille, quamuis Idiota ſit ille.

Nam vt cæcinit Satyricus.

Haud facile emergunt, quorum Virtutibus obſtat
Res anguſta Domi.

C *Iuuenalis. Sat. 3.*

Et alibi.

Protinus ad cenſum, de moribus vltima fiet
Quæſtio, quot paſcit ſeruos, quot poſſidet agri
Iugera, quàm multa, magnaq; paropſide cænat,
Quantum quiſq; ſua nummorum ſeruat in arca,
Tantum habet & fidei: iures licet & Samothracum.
Et noſtrorum aras, contemnere fulmina pauper
Creditur, atque deos, dijs ignoſcentibus ipſis.
Quid, quod materiam prabet cauſasq; iocorum
Omnibus hic idem; ſi fæda, & ſciſſa lacerna,
Si toga ſordidula eſt, & rupta, calceus alter
Pelle patet, vel ſi conſuto vulnere craſſum,
Atque recens linum oſtendit non vna cicatrix.
Nil habet infelix paupertas durius in ſe,
Quàm quòd ridiculos homines facit.

Iuuenalis. Sat. 3. D

In Diſcipulis qui docendi ſunt (nam omnes ij, qui docentur opinionem nouam etſi alterum pedem, quod aiunt, in Cymba Charontis habeant, ſunt Diſcipuli) conſide-

Audite ò barbatuli obtrectatores. coſideratur Natura. ſunt enim aliqui aut ignorantes Phæacum ſub aere nati, aut peruicaces, maligni qui Pallio Aetatis tecti auerſantur doceri: neq; tales pudet etiam ignariſſimos omnium Scientiam, Doctrinam profiteri.

Horatius Epiſt. leg. 2. Epiſt. 1. ad Auguſtum.

Vel quia nil Rectum, niſi quod placuit ſibi, ducunt:
Vel quia turpe putant parere Minoribus: & quæ
Imberbes didicere, Senes perdenda fateri.

Plato in Epinomide. Non cognouerunt iſti nobiliſſimum Platonis dictum. *Neme docebit, niſi Deus adiuuerit.* Excuſate me ingenua ingenia tumultariò nunc exarantem, quia febrili calore ſæuiſſimo excrucior. Valete. A

CAP. SECVNDVM. FINIS BARBAE HVMANAE *quis exiſtat ad mentem Autoris, & Methodus, atque Ordo quibus eius Opinio aſſeueratur, Subinde nonnullis alijs declaratis.*

AGGREDIAMVR iam & nos, quod ſentimus, illud pronuntiantes omnibus doctioribus viris acriter conſiderandum, proponere, atque diudicandum: opportunum ſiquidem videtur alio B rum opinionibus (veluti arbitramur) ſublatis, noſtram demum ſubiungere. Neceſſarium præterea exiſtit diſcuti quod ſentimus, *Autoris ingenuitas.* ne ſi minus ipſi veritati conſonum fuerit, erratum ſerperet in vulgus, & ineptum aliquod affingeretur ipſius Naturæ maieſtati, cuius aſſeuerandæ causâ, inſtituimus orationem ſuſceptam. Quapropter ſenſum noſtrum aperiemus in huiuſmodi re, mox ea, quibus interim perſuademur, ſubnectere non grauabimur, deuecturi in altero quaſi Tractatu Sectionis huius ad ea omnia diluenda pro viribus, quæ negotium aliquod noſtrę ſententiæ videantur faceſſere, atque ſcrupulum veritati injcere. Nulla ſiquidem eſt veriſſima etiam opinio, quæ in mentis agitatione conſiſtat, cui tenebræ non offundantur alicuius C portiones: Nam & ſol ipſius luminis autor, dux, tenebras quaſdam habet concomitantes. A pari ſingulæ quæque ſcientiæ proprijs inter turbantur ſophiſmatibus: vſque adeo ſincerum eſt nihil in hac terreſtri peregrinatione. Atque his peractis, noſtro muneri ſatis videbimur interea feciſſe pro anguſtia temporis, ac cæteris difficultatibus, quibus nunc vrgemur. Hæc porrò non ſolùm omnia, ſed & ſingula, etſi à ſcribendo, in re pręſertim adeo controuerſa nos auertere debuiſſent, nihilominus tot quoque inuitamenta, mox & aculei inuidorum non æmulorum hominum ſponte otioſo mihi, & phyſico, quaſi Pythagoreo detrahentium objiciuntur, ſubijciuntur, vt ſilicernium ſtipes dicar & merito, niſi aliquando in arenam & ipſe deſcendam, ita clariſſimo teſtimonio demonſtrans D vel ſignificans Laruis huiuſmodi, me in limine ipſius eloquij, nedum ſcientiarum ſtantē non promouiſſe vlterius gradum propter difficultatem rerum cognoſcendarum, meique ingenij tenuiſſimas vires, non autem inertia & ignauia, quam odioſam & moleſtiſſimam ſarcinam excutere, ſemper tentaui; propterea ſeceſſum adiui, relicta vrbe Cręſis, atque Sardanapalis mihi Oppidum quaſi inertem ruſticitatem objicientibus, qua vrbe non vtuntur, ſed abutuntur omnino iſti Topici atque Ethici peripatetici: Sequuntur enim exemplum, dictaque magiſtri, qui ſcripſit in Topicis:

Bonum

Bonum eſt philoſophari, ſed non eſt eligibile indigenti neceſſarijs. In Ethicis porrò ſcribit: *Ariſtot. in Topic.*

Anaxagoram Thaletem, ac ſimiles dici eſſe quidem Sapientes, at non Prudẽtes, cum videantur propria commoda ignorare. Et ſuperflua quidem & admiranda, & difficilia cognitu, diuinaq; ſcire ipſos Sed inutilia, quia non ſunt Bona Humana. Prudentia autem circa humana verſatur, & in quibus habet conſultatio locum. *Ariſt. lib. 6. Ethic. c. 7.*

Porrò ſententiam noſtram (qualiſcunque illa ſit, atque cenſeatur) phyſicè A vobis narrabimus, nimirum apertè, ſemotis Rhetorum ambagibus, atque omni lenocinio, & ſuco verborum prorſus amandato. Intereſt enim phyſici narrare phyſicè, atque deponendi ſunt ex toto ipſi orationis cincinni in Foro, nam, vt ait vir doctus, niſi mea me fallit memoria.

Naturaliter compendium ſermonis & gratum & neceſſarium eſt: quoniam ſermo laciniosſus, & oneroſus, & vanus eſt. *Quin. Septimius Florẽs Tertullian.*

Atque omnino vera vir ſcripſit; nam (ſi quicquam nos ſentire valemus) Aſiatica loquentia, ſiue eloquentia plurimùm officit cùm perſpicuitati, tum ipſi me-B moriæ. Sed rem ingrediamur.

Finis prior Barbæ Phyſicus ex Autoris mente.

NAtura dedit homini Mari Barbam, vt in facie ſtaret Indicium Facultatis Generatricis Maſculæ, atque huius vel Erumpentis, & Progredientis: vel Conſummatæ: vel niſi Conſumptæ, ſaltem Conſumptioni proximæ. *Opin. Aut.*

C Hunc autem eſſe Finem verum Barbæ arbitramur, quia iuxta rei veritatem atque Ariſtotelis doctrinam in Poſterioribus Analyticis, aſſerit vnuſquiſque Demonſtrationem eſſe illam, in qua ſit progreſſus vel à cauſa ad effectum, vel ab effectu ad cauſam. Sic enim eſt proceſſus inter illa, quæ ſunt eſſentialiter coniuncta & vbi adeſt mutuus inuicem eſſentialis connexus, ibi non adeſt id, quod ex accidenti eſt. Demonſtratio autem ſiue primi, ſiue alterius ordinis eſt ea, quæ ſcientiam parit: ſciuntur porrò quæ vera ſunt. Scire namque opinamur vnum quodque ſimpliciter, & non ſophiſtico modo, qui eſt ſecundùm accidens, cùm cauſam arbitramur cognoſcere, propterquam res eſt, quoniam illius cauſa eſt, & non eſt contingere hoc aliter ſe habere. Omnino Barba eſt effectus, cuius eſt D cauſa Facultas Generatrix Maſcula. Conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, vt poſita Barba ponatur Facultas Generatrix Maſcula: & hac ſublata pariter Barba tollatur: valebitq; ſemper Argumentum per mutuam ſubſiſtendi conſequentiam, & Aſſertiuè, & Deſtructiuè à Barba ad iam dictam Facultatem Generatricem, & ab eadem Facultate Generatrice ad Barbam, veluti in omni & quacunque eſſentiali connexione Cauſæ & Effectus, (quando cohærent proximè) valet illatio: ſuffragantibus huic veritati clariſſimis rerum, & Senſuum Teſtimonijs. Atque vt innoteſcat plenius ipſa res, noſtræ ſcilicet opinionis veritas, ponimus hic figuram iſtam, iuxta quam valebit ſemper Argumentatio, & erit illatio Demonſtratiua. Vltimum Finis Membrum declarabimus in alio Opere. *Methodus aſſeuerandæ opinionis iã dictæ.*

Facultas humana A Generatrix Maſcula. Facultas B humana generatrix Maſcula.

Affirmatiue Negatiue

Negatiue Affirmatiue

Barba C D Barba.

Sit A. B. Facultas humana Generatrix Maſcula, & cauſa. Sit C. D. Barba humana & effectus; Sempe valet illatio ab ipſo A. ad ipſum D. aſſertiuè, & commeat retro, ſcilicet ab ipſo D. ad ipſum A. ſemper aſſertiuè. Conſimiliter valet ſemper negato B, negari C. Et negat C. negatum B. quarum illationum veritatem cognoſcent omnes ij, qui penitus cognouiſſe ſategerint, quicquid in poſterum ſcribemus. Diximus autem à Barba indicari facultatis generatricis maſculæ aut *eruptionem* primam *& progreſſum*, aut *conſummationem eiuſdem*, aut ipſius *quoque conſumptionem, vel conſumptioni gradum proximum*, reſpicientes numerum illum ternarium Barbæ in eis motu poſitũ, quos Articulos vel Gradus nuncupare voluimus: hi autem ſunt Barba, Flos, Lanugo. Barba plena: Barba cana. Sic aperte conſtat (niſi fallimur) cuiuſmodi ſit futura Methodus noſtra in aſſeuerando fine propoſito ipſius Barbæ.

Declaratio opinion. Autoris.

Ordo autem hic fuerit argumentorum noſtrorum, ut auſpicemur primò ab eo, quod eſt ſecundum naturam, atque mox ad reliquum tranſeamus: nam & cognitio noſtra ſic faciliori negotio contigerit. Omnino autem prior eſt affirmatio negatione, ſubinde autem id quod eſt ſecundum Naturam eo, quod eſt præter Naturam. Quibus ita pronũtiatis reliquum eſſet mox in arenam deſcendere, ſed cogimur nonnulla tranſigere prius in eam gratiam, vt quæcunque dicenda ſunt, facilius percipiantur, atque nullis vt relictis impedimentis valeamus omnino comprobare opinionem noſtram. Quorum illud vnum eſt, *Barbam indicare, ſeu pertinere ad indicium, vel eſſe indicem partem*, cuius rei veritatem declarabimus nunc, prout licuerit: neque enim id agere ſimpliciter interea nobis licet, ſiquidem non eſt huius loci, & ingens nobis damnum afferret; quapropter nouitia tolerent ingenia, ſi minus intellexerint aperte. Scimus doctos homines coniecturam facturos, & ſibi ipſis doctores hac in re futuros, vt plene ac plane intelligant; quos haud vnquam iniuſtitiam exercuiſſe aduerſus nos, aut fore, ut ij exerceant, arbitramur. Non cohabitant inhumanitas & iuſtitia, & in maleuolam animam non intrabit ſapientia, cuius initium eſt timor Domini. At ingrediamur ipſam rem. Exiſtimamus *Barbam dicentes iudicio ſeruire*, dixiſſe nos alienum nihil ab agitatione mentis circa totius naturæ opera: ſi quidem ipſa Natura omnium rerum architectatrix, rectrix illa totius, quæ ſine Deo non eſt, veluti Seneca dixit lib. 4. de Beneficijs cap. 7. in omnibus admonet nos vim huius veritatis, modo valeamus, & velimus vti analogia, vt addiſcamus. Profecto (niſi turpiter labimur)

Ordo ſeruãdus, ab Autore in argumento ponẽdus. Declaratio nonnullorũ quæ poſita ſunt in opin. Aut.

Natura nõ eſt ſine Deo.

mur) qui hoc ignorat, ille non intelligit opera Naturæ, quæcunque illa ſunt, animaduertuntur viſu, tactu, auditu, odoratu: fibras omnes contundit, elidit, euellit, diſſipat Contemplationis, Actionis, atque humanæ Societatis. Amabo dicant mihi peruicaces homines, quorſum exiſtant bombi, ſoni, voces, loquutio, ſermo animalium, & hominũ prætereà Forma Specifica Corporea animantium, & reliquorum, quæ ſanè cenſeatur merito ab ingenijs ritè atque acriter philoſophantibus Naturæ nomen: hoc verò per figuram dixiſſe voluimus. Quapropter nomina à nobis conficta ab ipſius Naturæ rectricis fuiſſe dictamine at-
A que molimine deſumpta exiſtimamus, conſequenter eſſe ab ipſa Natura: quod tamen ſimpliciter haudquaquam eſt intelligendum, ſi reſpicimus intellectum & arbitrium humanum. Quid? Quod? Finis habet rationem boni, & omnino conducibile exiſtit, hanc veritatem nemo non aſſerit; Sentire, demum intelligere iſthæc, homo aſſerat proinde ipſi detrahi intellectui? Ferant nouitia ingenia obſcuritatem hanc arte paratam. Non enim hîc voluimus perſpicuitatem; vtcunque latioribus frænis orationem effuderimus, interim eadem admonentes philoſophos grauiſſimos ob ignorationem huiuſce myſterij Naturæ lapſos fuiſſe in contemplatione operum eiuſdem, atque deſciuiſſe plurimum longiſque itineribus à ſcopo & intentione Naturæ. Inter quos fuerunt celeberrimi Ariſtoteles, Galenus, & reliqui omnes, quotquot fuere ſubſecuti. Declarabimus in alio
B opere hanc veritatem, atque tenebras omnes omnino rei tollentes omnibus ſatisfacere conabimur, ſi opportunum fuerit. Aſſeuerato iam inditio, prout licuit, vnum illud reſtat declarare, cur ipſa Natura voluerit illud in facie ponere, quod aliquatenus fortaſſe ita inſtituatur. Inditium Facultatis Diuinæ in parte diuina ſtare debuit: Generatrix autem facultas humana ſit nec ne diuina docuere nos Plato & Ariſtoteles.

Et cùm primum ad certam ætatem peruenerimus parere noſtra Natura cupit: parere verò in turpi nequit, in pulcro poteſt. Viri ſane, mulieriſq; congreſſu fœtus Plato.
C *partuſq; prouenit. Et autem opus hoc diuinum, & in animali ipſo mortali, immortale hoc eſt, conceptio ſcilicet, & generatio.*

Atque paulò inferius ait.

Ex hoc enim ſimiliter, vt ex ſuperioribus Natura mortalis ſemper & immortalis eſſe pro viribus nititur: hoc autem generatione duntaxat aſſequitur: quoniam ſemper alterum iuuenem veteris loco ſubſtituit. Plato.

Sunt & alia Platonis loca, vnde poſſit quilibet idem accipere. Cuiuſmodi
D doctrinam inſecutus eſt Ariſtoteles diſcipulus, qui in lib. 2. de Anima tex. 54.

Nutritiua anima & cæteris ineſt, & prima eſt, & maxime communis Animæ vis, & potentia, qua cuncta viuentia viuunt: cuius ſunt operationes officiaue, generare, nutrimentoq; vti. Hæc enim operatio maxime omnium operationum viuentibus eſt naturalis, viuentibus inquam hiſce, quæ ſunt perfecta, non membris capta, quæque non ſine ſemine oriuntur: vnumquodque inquam aliud ſibi ſimile procreare, animal quidem animal, plantam autem planta, vt ſint ſemper hoc pacto, conditio- Ariſtoteles.

nemq́; ſubeant (quoad poſſunt) diuinam: id enim ipſum appetunt vniuerſa, gratiaq́; ipſius omnia agunt, quæcunq; ſecundum Naturam agunt. Duplex eſt autem id, cauſa cuius cætera fiunt, atque vnum eſt quò, alterum cui. Cùm igitur ſemper eſſe, conditionemq́; diuinā ſubire cōtinuatione nequeant animantia, quia fieri nequit, vt caducorū, atq; mortalium quicquam idē, vnumq́; numero ſemper permaneat: vt vnumquodq́; poteſt ſic æternitatis, conditionisq́; non ipſum, ſed tale, quale eſt ipſum, numero quidem non vnum, ſpetie autem vnum.

Hinc patet qualis exiſtat Diuinitas Facultatis Generatricis, cuius an apparere, vel ſignificari debeat inditium in parte diuina (& cùm omnes dicantur diuinę, corporis quæcunque ſunt) in parte diuiniori dicas eiuſdem? nemo erit, qui rectà facie inficiari audeat: ſic diuini animalis ortus hominis, quod eſt opus diuinæ Facultatis Generatricis in parte diuina corporis eiuſdem opportunò indicatur, & commodè. Hæc autem pars eſt Facies, *in quam Deus creator* Moſe docente *inſpirauit ſpiraculum vitæ.* Quod principium tanti fecit Plato, vt ait Ficinus in dial. 7. Plat. de legibus ad argumentum loci dicti, vt ſcripſerit. A

Facies pars diuina.

Neque ab re poſt nonnullas ſacrorum leges in ſuperioribus, ad nuptiales è veſtigio proceſſit, leges quaſi ſacras, vt diuini animalis ortum auſpicaretur à ſacris. B

Facies quid ſit?

Facies (niſi fallimur) eſt Cōpendium totius corporis, atque Animæ omnium Facultatum quaſi Porticus quædam: nulla enim earum exiſtit, quæ ſuiipſius inditia aliqua non proferat in Facie ipſa, licet ſit ordo quidam, & gradus anguſtioris anguſtioris inditij, nimirum tenuioris, euidentioris: quaſi Anima ipſa in Facie nō ſecùs, ac in Porticu quadam ſedeat aliquando, vel deambulare videatur. Atque nos alibi dixiſſe meminimus ſcilicet in Proemio noſtrę *Philoſophiæ Indiuidualis* ad Faciem: de ipſa rectè prædicant homines, quod Plinius ad Mundum ſcripſit; commodè inquam dicimus, aut prædicamus Faciem ipſam eſſe totum: Finitam, & infinito ſimilem: omnium rerum certam (ſiquidem inter omnes partes corporis hæc vna præſertim ſtat conſpicua ſenſibus) & ſimilem incerto: veruntamen publicabitur etiam opus noſtrum ad partis huiuſce Diuinę Myſteriorum abyſſum pro humana facultate explicandæ conſcriptum, non Hiſtoricè, non Symbolicè, non Phyſiognomonicè, at Phyſicè declaratum. Atque patebit quomodo ſit pars organica, & omnium externarum, niſi & internarum celſiſſima; non dixerim ſitu, at dignitate. Porrò vigere in Facie noſtra facultatum omnium Animæ motus, & cognoſci ab exercitatiſſimis viris: Argumento ſint Brutorum nonnulla, percipientia id genus motuum, vel inditiorum Faciei inexiſtentium. Ego, quod ingenuè aſſero, fateor, canem fœminam habeo quam dono mihi dedit adhuc lactantem Nobilis viris huiuſce vrbis Bononiæ atque antiquiſſimi cenſus Ciuis D. Gaſpar Scadinarius, & eſt ex eo genere canis hæc, quod Gallicum, & vernacula noſtra lingua *Franceſe* dicitur, ipſa canis nomine *Laſagna* oculorum meorum cognoſcit motum iratum, & blandientem tacente me, atque cæterum immoto, & penitùs quieſcente: quapropter metuens, cibum à quouis oblatum relinquit, & illi ſuauiſſimum, abitque ſeſe occultans iratum contuitum non ſuſtinens: hæc eadem canis dignoſcit contuitus vnius blanditias, cæteris etiam faciei partibus immotis. Habeo & exēpla equorum, quos habui, fui enim & ſum pręter cętera huiuſce ſpetiei ſtudioſiſſimus obſeruator, & habui perplures dum in op- C D

In Oppidis viuerem. Subiungimus adhuc materiā pili Barbalis eſſe Sanguinem maſculinum perfectum, conſummatum (dummodo vera ſit opinio noſtra) perficitur verò atque conſummatur Sanguis maſculinus, quando is obtinuerit Spiritus Genitales à Facultate Generatrice Maſculina humana promanantes, quæ vbi adeſt, Indiuiduum ſpecificum & Maſculinum iam eſt, cùm primò illud fieret. Nam ſicut ſcripſit Ariſtoteles.

Materia pili barbalis. Sanguis humanus quādo perficiatur? Spiritus Genitalis Maſculinus.

Non ſimul animal ſit, & homo, nec animal & equus, eademq; in cæteris animalibus ratio eſt. Finis enim poſtea contingit. Proprium autem eſt finis cuiuſque
A *generationis, quamobrem de mente etiam quonam tempore & quomodo & vnde iam recipiant, quæ principium id participant, plurimùm dubitatur.*

Ariſt. lib. 2. de Generat. Anim. c. 3.

Sic dicimus nos non fieri ſimul hominem Indiuiduum, & Indiuiduum Specificum tale, puta Maſculinum aptum potentia proxima ad generationem alterius. Indiuiduum enim ſpecificum & maſculinum tunc eſt homo, quando habet Organa Genitalia apta ad exercendum opus, vel actionem Facultatis Generatricis Maſculæ. Nam hæc Facultas inter cæteras vtitur Organo ſenſibili. Quando verò huius organa peculiaria homo nondum obtinet abſoluta intra temporis
B præſcripti terminos exiſtens; tunc homo eſt indiuiduum ſpecificum & maſculinum inchoatū & aſſimilatum (veluti nos interea ſentimus) catulo cœco. Mas enim tunc eſt Mas, quando obtinet vim creandi, ſeu generandi ex doctrina præceptoris Ariſtoteles lib. 2. de gener. animal. cap. 4. vnde colligitur Marem non eſſe Marem, quando habet aliquo pacto Genitalia maſculini ſexus, dicas inchoata, veruntamen quando eadem obtinet iam perfecta & abſoluta, & hoc tempore à Facultate Generatrice Maſcula promouetur virtus Barbifica ad opus proprium peragendum, quod eſt Loca certa Faciei ſpecifica pilis veſtire atque inſtruere, quaſi proclamante illa per Barbam veluti buccinatorem quendam ſe iam aduenisse, nimirum Facultatem Generatricem Maſculinam. Sit necnè alius
C Barbæ finis & in corpore dicetur poſterius; nam ſi quid verā ſentimus, duo adhuc reliqui ſunt, qui tamen ſequuntur Naturæ ordinem in corpore conformando, quæ etenim corpori inexiſtunt phyſicè atque corporeè nunc declarare volumus.

Non fit ſimul homo indiuiduū, & indiuiduum ſpecificum.

Virtus Barbifica quando exit in actum.

Barbæ fines adhuc duo, & corporei relinquūtur.

CAP. III. FACVLTAS HVMANA GENERATRIX *Maſcula, & Barba veſtigijs paribus pariter libratis Exeunt, Promouentur, Conſummantur.*

D BARBAM, & Facultatem Generatricem humanæ ſpeciei Maſculam inſimul prodire, progredi, atque conſummari nunc aſſumimus declarandúm; quod fuerit in ordine primum ex argumentis noſtrā aſſeuerantibus opinionem: ità enim apparebit ambo iſthæc nexu quodam ſenſili, vtcunque (ſi uerā paulo acrius animaduertas) intimo & abdito inſimul vniri, atque coniungi. Definiemus autem concordi hoc autoritate grauiſſimorum Scriptorum, qui omnium ætatum atque bonorum conſenſu celebres, ac digni, quibus fides adhibeatur, iudicati ſunt. Ii quippe obſeruarūt huiuſmodi veritatem ſenſuum teſtimonio,

nulla

nulla enim ratione (quantum interea videmus poteſt aſſeuerari hæc opinio) niſi ſenſibus ipſis: exordiemur autem ab Ariſtotelis Præceptoris communis nobiliſſima ſententia.

Teſtimonium Ariſt. lib. ſept. de Hiſt. Anim cap. pr.

Quoto anno ætatis erumpat primò ſemen Maris hominis? Semen maſculinum humanū quando incipiat eſſe fæcundum? Generandi quod ſit primum tēpus opportunū fæminis? Mares tardius acquirunt potentiam illam abſolutā Generandi.

De hominis Generatione, tum prima in Vtero, tum poſteriore in luce, & vſque in ſenectutem, quemadmodum ſe habeant, quæ ſuæ naturæ ratione eueniant, loco hoc dicemus. Quæ inter marem & fæminam differentia ſit, & quibuſnam partibus conſtet, antè expoſitum eſt. Mas autem primum ſemen Genitale magna ex parte incipit ferre, anno peracto bis ſeptimo, ſimul etiam pubeſcere incipit eo tempore, vt ſtirpes ſemen laturas primum florere Alcmæon Crotoniata ait. Atq; in eodem c. ad finem ſcribit *Semen profectò infæcundum vſq; ad ter ſeptimum annum eſt. Mox Prolificum quidem eſt, ſed exigua, imperfectaq; generant iuniores & mares, & fæminæ, vt in cæterorum quoque animalium genere plurimis euenit. Concipiunt quidem facilius natu minores, ſed laborant in puerperio vehementius. Corpore etiam minus magna ex parte perficiuntur, & ſeneſcunt celerius mares ſalaces, & mulieres quæ frequentius pariant: nam nè incrementum quidem poſt tertium partum effici poſſe videtur. ſedantur, autem temperanturq; melius, quæ in res Venereæ vſum luxuriant, cum partum multoties exercuerint. Sed poſt annum ter ſeptimum mulieribus quidem opportunè iam procreatio eſt. Sed viris item accedere aliquid poteſt ad prolem perfectiorem. Semina infæcunda ſunt, quæ tenuia. Fæcunda quæ grandinis ſpeciem referunt: eademq; potius marem faciunt.* A *Contrà tenua nec globulenta fæminam gignunt. Mentum etiam maris ea ætate pilis integitur*, hæc vltima propoſitio in contextu græco talis legitur, καὶ τὸ γένειον δὲ τρίχωσις συμβαίνει τοῖς ἄρρεσι περὶ τὴν ἡλικίαν ταύτην. B

Ex qua præceptoris ſententia colligimus Facultatem Generatricem maſculam humanæ ſpeciei incipere vel primum erumpere, aut prodere imbecillam, eandem progredi mox vlterius, & corroborari, poſtremo conſummari. Eam tunc primum apparere, quando ſemen exit nemo negauerit: quæ ſemper vlterius progreditur vſque ad apicem conſummationis propriæ: ſenſilis eius corroboratio huc profectus tertio eſt in ſeptennio: poſt quem articulum temporis acceſſionem roboris & virium ſentit, hæc autem vocatur à me conſummatio: quam exiſtimamus nos illi contingere in quarto ſeptennio: tunc enim corpus acquiſiuit maſculum dimenſiones ſibi proprias, atque oſſa ſoliditatem obtinuere. Barbam ait Præceptor comparere ſeptennio tertio, quando nimirum Facultas Generatrix maſcula validior iam eſt facta: huiuſmodi autem Barba, quæ apparet Fac. Gen. Maſc. humana iam corroborata, obtinet pilos iam conformatos, non inchoatos, quorum inchoatio dicitur lanugo, veluti docuimus ſect. prima: hic namque Barbæ flos aduenit ſemine erumpente, atque voce hirquéſcente: veluti ſenſus docet, ſed parum animaduertitur latet quippe ob exiguitatem, nam huiuſmodi pili primum erumpentes exiſtunt molles, tenues, breues, atque cuti ipſi concolores, à quibus omnibus differentijs argumentum deſumitur irrefragabile ad expugnandam ſtultiſſimam illorum opininionem, qui credunt pilos oriri ab euaporatione fuliginoſa, atque excrementitia humorum: quod pronuntiare ipſius rei cognatione fuimus coacti: mox progreditur & ipſa Barba ad ſuipſius conſummationem, qualis vero illa exiſtat, in ſuperioribus traditum fuit. Cur autem dixerit Præceptor conueſtiri pilis Barbæ loca tertio, nō in quarto ſeptennio? Arbitramur interea hoc ſcripſiſſe, nam res & euentui, & ſenſui reſpondet: iuxta enim talem temporis articulum vt plurimùm Pili exuere lanuginem, & conformati ſenſu certius animaduertuntur: prætereà ſunt mares rariſſimi, quibus Barbæ pilus aut lanugo prorogetur vſque ad annum vigeſimum quintum, aut ſeptennium quartum,

Conſummetur quando Fac. Gen. Maſculina ex Autoris mente. Lanugo quādo exeat?

C D

tum,

tum vt phyſicus phiſicè ſcribens talem prorſus facere narrationem cogeretur: id enim reſpexit quod ſæpius contingit, qui eſt caracter, quo ſignantur phyſicæ omnes propoſitiones, vbi ſecundum naturam id exiſtat, quod niſi ſemper eueniat ſaltem ſæpè fiat. Cur autem certioribus inditijs, atq; ſenſui manifeſtioribus hæc Barbæ atque Facultatis Generatricis humanæ maſculæ conſenſio declarari nequeat? illud præſertim eſſe arbitramur, quia obtinent ambo latitudinem temporis inſignē ſatis in quo perficiantur, ſeu conſummentur, mox ab eorum vel vniuſcuiuſque proptione. Facultatis Generatricis maſculæ humanæ prior eruptio niſi lateat, ſaltem non adeo ſtat in promptu ſenſibus parata, veluti Lanugo, & Barbæ A exordium atque rudimentum: percipitur attamen illa ratione ſeminis, quod eſt vehiculum ipſius proprium. Conſummatio pariter Barbæ ſenſui magis eſt expoſita, quam ſit Facultatis Generatricis humanæ maſculæ vltimus profectus; nec argumentum deſumptum ab Effectu proprio Fac. Gen. Max. nimirum Generatione valet ſimpliciter ad inferendum & comprobandam Fac. Agentis conſummationem, veluti paulo inferius indicabimus, prout nobis licuerit, iſthæc enim preſſius definire, pertinet ad Sexus humani Phyſiologiam, quæ commentaria dabimus etiam poſteritati, niſi quid experiamur inimicum cogitationibus noſtris Summa ſummarum Barba erūpens, eiuſque progreſſus, atque profectus animaduertitur ſenſu: Facultatis Generatricis humanæ maſculæ prior eruptio patet ex B ſemine, cæteri quicunque ſunt eius gradus ad conſummationem, occulti conijciuntur; quam credibile exiſtit abſolui corpore iam abſoluto, rationi quippe congruum videtur nunc incipere generationem alterius indiuidui, puta B. quando iam eſt abſolutum indiuiduum illud puta C, ex quo B, debet prodire. In Politico viuendi genere tunc aliena curamus negotia, quando otiamur à noſtris, niſi ratio ſecus ſuaſerit. Hanc opinionem noſtram eſſe veram indicare ſatis videtur illud incommodum, quod incurrunt corpora ſeu indiuidua humanæ ſpeciei, vbi Generationi incumbūt antè conſummationē Facultatis Generatricis: quorū incommododum occaſione, atque illorum euitandorum Plato atque Diſcip. Ariſt. in ſuis Repub. cōformandis definiuere Tempus Nuptijs opportunum, damnan-C tes concordi ſententia præproperam fæminæ, atque maris coniunctionem; nam eſt inimica & corpori, & animo, eorum qui vnà coniunguntur, atque ſubinde nocet ipſi fætui.

Fac. Gen. latet quia non obijcitur ſenſui, veluti Barbæ.

Nocumentum animo contingens patet ex his verbis Ariſtotele ſcribente, *Vox fæminæ acutior eſt quàm Maris; & fiſtula puellarum acutior, quàm puerorum eſt. Fit etiam vt per id tempus cuſtodiri præcipue debeant; maximè enim ad vſum rei venereæ incitantur cum hæc incipiunt.* Loquitur de Menſtruis puellarum, & ſemine puerorum, atque communi vtrorunque hirquiſcentia.

Ariſt. Hiſt. anim. lib. 7.

Damnum quod contingit Animo.

Quod ſi iam inde nihil plus commouere ſeperent, quam corpora ipſa, nullo adhuc vſu venereo, ſed ſponte mouentur, ſeque ſeruitiq; temperantia ſolet per ætates ſuperiores. Nam & D *quæ admodum puellæ concubunt libidinoſiores euadunt. Et Mares ſiue altera parte, ſiue vtraque minus caueremt, propenſiores eodem efficiuntur. Meatus enim laxantur, redduntq; corpus lubricum, & ſimul voluptatis, qua olim geſtierunt, memores, deſideria mouentur præteritæ contrectationis.* Propterea ſatyricus doctè ſcripſit.

Sed quæ nunc populi fiunt victoris in vrbe,
Non faciunt illi quos vicimus, & tamen vnus
Armenius Zalates cunctis narratur ephœbis
Mollior ardenti ſeſe indulſiſſe Tribuno
Aſpice, quid faciant commercia venerat Obſes

Iuuenalis Sat. 2.

Hic

Hic fiunt homines. Nam ſi mora longior vrbem
Indulſit pueris non vnquam deerit amator,
Mittentur braccæ, cultelli, fræna, flagellum.
Sic prætextatos referunt Artaxata mores.

Damnum quod conſequuntur & eius qui generat Corpus, & fœtus, hoc narratur ab Ariſt. Præcept. libris in Politicorum.

Ariſt. lib. 7. Polit. c. 16. Damnum quod contingit corpori, & Fœtui.

Eſt adoleſcentium coniunctio improba ad filiorum generationem. In cunctis enim animalibus, iuueniles partus imperfecti ſunt, & fœminæ crebrius, quàm Mares, & parua corporis forma gignuntur. Quacirca neceſſe eſt hoc idem in hominibus prouenire. Huius autem coniectura fuerit, quod in quibuſcunque ciuitatibus conſuetudo eſt, adoleſcentes mares, puellasq; coniugari, in eiſdem inutilia, ac puſilla hominum corpora exiſtunt. In partu quoque laborant magis puellæ, ac pereunt plures. Ex quo reſponſum oraculi Troezenijs datum quidam exiſtimant ob iſtam cauſam, quaſi multis pereuntibus ob immaturitatem nuptiarum: non propter fructuum collectionem. Ad continentiam quoque vtile eſt nuptias fieri ſeriores. Intemperatiores enim eſſe videntur, cum puellæ Veneri aſſueſcunt. At maſculorum corpora creſcere impediatur, ſi adhuc augente, ſemine conſuetudinem ineant. A

Nam huius terminus quiſpiam eſſe videtur, quem non multo excedit amplius. &c.

Cur Plato certum tempus Nuptijs præſcripſerit, & Ariſtoteles?

Conſummatur Barba niſi quarto ſeptennio, at ſaltem quinto; Conſummatur pariter Facultas humana Generatrix Maſcula quarto ſeptennio, aut ſi longiſſime quinto: quod erat ni fallimur vltimum temporis momentum ad nuptias conciliandas præſcriptum in Rep. Platonis. Et hoc nō abſque incredibili ſapientia decreuit Præceptor, tūc enim temporis Corpus viget, atq; Animus, nam vtrorumque requiruntur vegetæ vires propter futurum fœtum, educationis illius, & corporis ergô. Conſenſum Facultatis Generatricis Maſculinæ, atque ipſius Barbæ docuerat ſignatiſſimis verbis antè ipſum Ariſtotelem Hippocrates: quem iure nuncupent omnes, & ſinguli Medicæ veritatis Tribunal Auguſtum, eximiū Naturæ præconē, & Achatē: vnde fortaſſis deſumpſerit Præceptor Stagirites: modo Hippocrates antiquiſſimus autor ſcripſerit librum de Natura Pueri. Legite, Audite iuxta partitionem vulgatam Decimum ſeptimum contextum. B

Hippocratis Teſtimonium. C

Hippocrates.

Cæterùm Pilorum natura hoc modo ſe habet. Oriuntur equidem maximi, ac plurimi, qua corporis parte Cuticula rariſſima eſt, & vbi pilus moderatum humorem in alimentum habet: & vbi cuticula poſterius rara fit, ibi etiam pili poſterius naſcuntur, velut in MENTO, & PVBE, & ſicubi alias pili naſcuntur. Simul enim vt GENITVRA prodit, etiam Caro rareſcit, & Cuticula, & Venæ aperiuntur magis quàm priori tempore. Nam dum adhuc Puer & Venæ tenues exiſtunt, non procedit per ipſas GENITVRA, (eadem ratio de Menſibus virginum eſt.) Simul autem vt Via fit, & GENITVRAE, & Menſtruis virginibus, etiam Pilos emittit Pubes, tum Pueri, tùm Virginis, rara nimirum Cuticula reddita ſimulque pilus moderatam humiditatem in alimentum habet, & non pauciorem. Sic vero & in MENTO viri contingit, Rara enim fit Cuticula, procedente in ipſam de capite humiditate, ſimul enim, & in Coitu, ſimulque interiecto tempore, pilus moderatam humiditatem in alimentum habet, & tunc maximè, cùm tempus contingit humiditati de capite deſcendenti in coitu ad MENTVM à pectore diſtans. Conſenſum præterea hunc Barbæ atque Facultatis humanæ Generatricis Maſculæ cognouit etiam atque accipit Aurelius Macrobius, veluti manifeſto indicant hæc ab illo ſcripta. D

Poſt annos autem bis ſeptem (loquitur de Principijs ſexualibus humanæ ſpeciei) ipſa ætatis neceſſi-

tis neceſſi-

tis neceſſitate pubeſcit: tunc enim moueri incipit vis Generationis in Maſculis, & Purgatio fæminarum; ideo & tutela puerili quaſi virile iam robur abſoluitur; de qua tamen fæminæ propter votorum feſtinationem maturius biennio legibus liberantur. Poſt ter ſeptennos annos Flore genas veſtit iuuenta: idemq́; annus finem in longum creſcendi facit, & quarta annorum hebdomas impleta in latura quoque creſcere vltra iam prohibet. Quinta omne virium quanta eſſe vnicuique poſſunt, complet augmentum: nulloq́; modo iam poteſt quiſquam ſe fortior fieri. inter Pugiles denique hac conſuetudo ſeruatur, vt, quos iam coronauere victoriæ, nihil de ſe amplius in incremento virium ſperent: qui vero expertes huius gloriæ vſque illo manſerunt, à profeſſione diſcedant. Macrobij teſtimoniũ.

A

Atque talis eſt Macrobij ſententia. Summatim Barba eſt inditium, & nota Maris humanæ ſpetiei ſuam perfectionem iam conſequuti; Mas autem tunc abſolutus & perfectus eſt, quando valet gignere ſibi ſimile in ſpetie abſq; noxa aliqua ſuiipſius, & quod eſt ſibi ſimile perfectum eſt. Barbæ conſummatio apparet ſi longiſſimè, vel tardiſſimè quinto ſeptennio, quam Barbæ plenitudinem, ſeu Barbam plenam antiqui dixere, atque in hoc propemodum articulo temporis, vbi tardiſſimè abſoluitur Fac. Generatrix humana Maſcula, cuius abſolutionis Natura, vel Facultas Formatrix dare nobis voluit hoc inditium, ſatagens cuiuſcunque ſuorum operum notitias aliquas dare, vt ab ijs exordiens ratiocinatio noſtra erigere ſeſe, atque progredi valeat ad eius myſteria veſtiganda. Argumento ſit vniuſcuiuſque ſpetiei indiuidua obtinuiſſe ab eadem certos impetus atque motus ad publicandam affectionem, & motionem animi internam alteri indiuiduo. Quod inditij vero ſimile ſit non ablegaſſe à proprio cenſu ipſam Naturam Rectricem, & id propter ſategiſſe, vt notis id generis intercedentibus illa quaſi nobiſcum loqui videatur: Sed hæc exiere fortaſſis Pomæria ſuſcepti negotij. *Natura ſuiipſius tradit ſemper aliqua inditia, & cur?*

B

Aliud exiſtimo ego argumentum eſſe conſenſus Barbæ, atque Facult. Generatricis Maſculæ, nam Vxorati Adoleſcẽtes citius, breuioriq́ue temporis curriculo Barbam abſoluunt: Senſuſq́ue omnino atteſtatur Mares illos Imberbes, qui Veneri incumbunt nimiopere, ijs citatiori curſu Barbam exilire, & fruticare. Nullum hominem niſi Phæacum ſub aere natum, atque enutritum iſthæc ſenſui euidentia inficiari exiſtimamus: cuius veritatis damus vobis teſtimonium etiam ipſius Martialis ex libro ſuorum præmatum. *Aliud argumentum.*

C

Mollia quod niuei duro teris ore Galeſi
Baſia, quod nudo cum Ganymede iaces
Quis negat hoc nimium ſed ſit ſatis inguina ſaltem
Parce . . . . ſollicitare manu
Leuibus in pueris plus hac quàm Mentula peccat
Et faciunt Digiti, præcipitantq́; Virum
Inde Tragus celereſq́; pili, mirandaq́; matri
Barba nec in clara Balnea luce placent
Diuiſit Natura Mares, pars vna puellis
Vna Viris genita eſt, vtere parte tua.

Teſtimoniũ Martialis lib. 11. Epig. 23.

D

Rhazes vnus veluti ego dicere ſoleo vnus ex quatuor luminibus medicis Arabicæ ſcolæ (reliqui ſunt Auicennas: Haliabbas: Auenzoar) opinionem iam dictam aſſeuerare videtur, cum ſcripſerit lib. 11. de ægritudinibus cap. 4. in hanc ſententiam, ita referente interprete. *Rhaſis teſtimonium.*

Coitus etiam diminuit Pilos ſuperciliorum, capillos capitis, & pilos palpebrarum, & multiplicat Pilos Barbæ.

Quæ ſanè ſententia vbi experientiſſimo viro, & maxime ingenuo qualis om-

nium proborum virorum concordi voto cenſetur eſſe Rhazes ſubſcribere velint mortales pariter ingenui Veritati potiuſquam Sectis addicti (cuiuſmodi ſunt mancipia ſenſuum, & homines iurantes in verba magiſtri, ſeruilia prorſus ingenia) coguntur aſſerere, hoc Barbalium pilorum Genus plurimum differre à Pilorum ordinibus reliquis iam dictis Superciliorum, Capitis, Palpebrarum. Atque ſane rem ipſam acrius vbi contẽplari volueris, oporteat fateri, intercedere quandam Naturæ inteſtinam cognationem inter Facultatem Generatricem humanam Maſculam & ipſam Barbam, quotieſcunque cæteri pili iam dicti abeunt, ij vero qui ſunt Barbales adeunt Marẽ coeuntem, tantum .n. abeſt vt excidant, vna cũ relatis, vt potius excellãt, ſiquidẽ pili Barbales (veluti dedit nobis interpres) multiplicant. Cum autem ipſa multiplicatio pertineat ad Raritatem & Denſitatem, ac proinde videatur ipſe Rhazes voluiſſe Barbam denſiori ſylua pilorum crebreſcere ex Veneris vſu, prior qui eſt gradus Facultatis Generatricis veluti alias docuimus, credere par eſt Barbam ipſi Facultati Generatrici Maſculæ artiori cognatione coniungi, atque ambo iſthæc ex oculta quadam principiorum communione ſibi inuicem conſentire. A

Teſtimonium Octauij Horatiani Medici Secta Methodica ad Euſebium filium, lib. 4. ſua Medicina capite cuius Rubrica exiſtit, Semen quid ſit, & vnde innaſcatur.

Octau. Horatiani Methodic. lib. 4 ſuæ Medicinæ.

Subſcribit pariter ſententiæ Rhazes Octau. Horat. medicus nobilis: qui licet Sectam nobis aduerſariam teneat, fatetur nihilominus Barbam una cum ſemine prodire, quæ ambo ſenſu indice, & iudice aſſeuerantur: cuius hæc ſunt verba. B

Pubertas, & Barba naſcitur eodem tempore, Laxamento Cutis; quod Laxamentum fit emmiſſione Seminis: ante enim fieri non poteſt. Nunc igitur nutrimentum per laxatas vias corporis exiens frigido tactu nimia denſitate coactum in capillos venit.

Et paulo inferius.

Neque Mulieres Barbire poſſunt: quanquam etenim Semen emittere videantur, non tamen in emiſſionis tempore, vt viri mouentur, quò poſſit cutis fieri laxamẽtum. Quid ſi ego doceo uos ò erudititiſſimi obtrectatores, ex vſu alimentorũ Semen generantium creſcere pilos Barbales, cum celerius, tum prolixius? obſeruate, obſeruate, atque vos docuerit ipſe ſenſus. Audite Ariſt. 3. de Gener. anim. cap. 10. Generatio apum ita ſe habere videtur, tum ratione, tum etiam ijs, quæ in earum genere euenire viſuntur. Non tamen ſatis adhuc explorata quæ eueniant habemus. Quod ſi quando ſatis cognita habebuntur, tunc ſenſui magis erit quam rationi credendum Rationi etiam Fides adhibenda eſt, ſi quæ demonſtrantur, conueniunt cũ ijs, quæ ſenſu percipiuntur rebus. Quod me promouit ad hanc faciundã obſeruationem fuit doctiſſimũ illud eiuſdem præceptoris Documentum lib. 5. de Gen. Anim. cap. vlt. vbi ait, Infantes qui calidiore vtuntur lacte ocyus dentiunt quod veriſſimũ eſſe cum experientia cognouerim, ſategi ſtatim hoc genere philoſophandi & me vti. Sic longa experientia commonefactus animaduerti quod pridem docui; celerius & prolixius Barbam illis creſcere, qui vterentur cibis generantibus copiã Seminis. Vos etſi peruicaces negare audeatis hanc veritatem, illam tamen vobis inuitis, velitis nolitis, crediderit ipſa benigna Poſteritas: quàm interea appello, & viuentium ingenuas virorum mentes nullo inuidiæ tabo fluentes. Nec arbitrentur homines noſtram opinionem eandem eſſe cum ſuperioribus dicentibus Barbam eſſe inditium ſexus maſculini, atque maturitatis, nã veluti obijciebamus, non attingunt Diſpenſationem Temporis maximè Diuinã, & viam non aperiunt cõtemplationi Differentiarum Acciden-

Barba ex quibus cibis creſcat, citius, prolixius? C D

cidentalium, quibus Pili Barbales obnoxij exiſtũt. Attigerunt quidem aliqua ex parte veritatem, ſed ipſius veritatis aculeo coacti, ſenſibus manifeſta duntaxat conſiderantes, illaque non diſtincta philoſophandi ratione, at occultiſſima, & obſcuriſſima. Nec eſt credẽdum vbi cognouiſſent id generis phyſiologiam, illos eandem tam ſicco pede futurum, vt pertranſijſſent. Si quis autem foret adeo nullius frontis, vt aſſerere id non erubeſcat, aio.

Nugaris puer ſolea obiurgabere rubra — *Perſius.*

A Nam quæ iſti deblaterant maleuoli, vt mihi non ſubſcribant.

Nec pueri credunt, niſi qui nondum ære lauantur. — *Iuuenal.*

Audite nouitia ingenia, quomodo valeatis Galeni Præceptoris teſtimonio Os fatuum noſtris obtrectatoribus occludere, Cerberis iſtis obijciatis hanc offam deuorandam, non concoquendam.

Quid ità nos Rhetoricè ſine demonſtratione ò Eraſiſtrate tranſcurris, Dic aliquod Dogmatis vitium, quo vel tibi veterem opinionem iure reſſellenti credamus: vel te hanc minimè intelligentem ab errore reuocemus, quanquam quid Rhetorice dixi? Non enim cum Rhetorum aliqui, quæ maximè ſoluere non valent his riſu eluſis nè contradicere quidem tentant: hoc nos iam Rhetorice dicere putamus. Quippe probabili quapiam ratione agere id eſt Rhe- B *toricè quid moliri: ſine ratione autem ſcurrile haudquaquam Rhetoricum; neque igitur Rhetoricè, neque Dialecticè Eraſiſtratus vbi ipſe de tranſglutiendo agit, Hippocratem refutauit.* — *Gal. l. 1. de Fac. Nat. cap. 16.*

At donemus maleuolis noſtris hanc noſtram Opinionem deduci poſſe ex veterum clariſſimorũ ſcriptis, vbi id velint: nõne coguntur ipſi noſtras comprobare lucubrationes? At leuiſſimæ ſunt, quaſi pueris, atq; tonſoribus notę, facilimæ. Demiror cur Duces iſti Scientiarum omnium talia priſcorum ſemina data non excoluerint in frugem optimam, ſaluberrimam? veluti nos interea præſtare contendimus. Papæ quæ dixiſti ò Vlme? Triumuiri Imperatores, Dictatores noſtri haudquaquam deſcendunt ad hæc infima penſitanda, quinimo potius incumbunt altioribus: relinquunt id generis quiſquilias, analecta, minutal heſternum vobis gregarijs Oppidanis medicis ipſi medici vrbani. At quæ ſunt iſta C ab vrbanis Heroibus in Medicina, aut Phyloſophia illuſtranda, augenda monumentis commendata? Rides? Haudquaquam ego Democritus viuo, quinimo Heracliti veſtigia ſequor. — *Dialogiſ.* *Arrige aures Pamphile.*

Quiſquis es ò modo, quem ex aduerſo dicere feci
Ad populum phaleras, ego te intus & in cute noui
Succinis ambages, tibi luditur, effluit amens
Contemnère, ſonat vitium percuſſa maligne
Reſpondet viridi non cocta fidelia, limo
Nunc face ſuppoſita ferueſcit ſanguis, & ira
Scintillant oculi, dicisq; facisq; quod ipſe
D *Non ſani eſſe hominis non ſanus iuret Oreſtes*
Diſce, ſed ira cadat Naſo, rugoſaq; ſanna
Cùm veteres auias tibi de pulmone reuello
Nec quiquam populo bibulas donaueris aures
Reſpue quod non es, tollat ſua munera Cerdo,
Tecum habita noris, quam ſit tibi curta ſuppellex.

Vtinam legerentur monumenta Dictatorum, Imperatorum iſtorum qui de nobis, de Scriptis noſtris obloquuntur, antequam ipſa legerint. Sed Parturient Montes. Liceret mihi tunc pronuntiare.

Semper ego auditor tantum? nunquam ne reponam

Vexatus toties rauci Theſeide Codri.

Cæterùm relictam nobis Oppidanis Medicis Phiſiologiam pilorum Barbalium proſequamur: illos Græcia doctiſſima nomine ſatis appoſito nuncupauit, nam veluti legimus Γενειάδες, genæ propriè pili Barbæ dicuntur, vt capitis ἔθειραι: mox in ſingulari Γενειας, αδος. ἡ. Barba prima, lanugo, pubertas, pubes. Nazianzenus σὺ πρὸ τῆς γενειάδος, διδάσκεις τοὺς γέροντας tu antequam tibi Genæ lanugine veſtiantur &cęt. ſic Bilibaldus. Item apud Euripidem, Mentum, A
Mala, Barba. Γενειάζειν idem eſt, quod γενειᾶν pubeſcere, interpres Aeſchyli, quod ἰουλίζειν dixit Triphiodorus Aegiptius. Γενειάσκω pubeſco, Barbam emittere incipio Xenophon. Γενειάω Barbam emitto, barbatus ſum, pubeſco εἰς ἄνδρας γενειῶν, in virum creſcens, Barbeſcens. Theocritus Γενειῶν σεμνὸς Barba venerabilis. Quapropter colligas Finem à Galeno dictum ad Barbæ phiſiologiam, vbi aſſerit Barbam tribuere venerationem eſſe antiquum, Galenus quippe Theocrito poſterior vixit. Γένειον Barba, Mentum, vt hæc vox ſit communis cùm locis Barbalibus, tum ipſis Pilis Barbalibus. Huiuſmodi nomenclaturas, vbi conſideremus acriter verbũ verbo reddentes diceremus tales pilos non Barbales, aut Barbam, ſed Genitales, nã & Γεα Terra græcis ager, vnde cuncta Generantur. Voluerunt B
græci priſci hoc nomine ſignificare hos pilos poſtgenitos in Facie, quia diligentius rem obſeruantes viderunt illos vna aduenire cum Facultate Generatrice, quapropter dici cõmode potuiſſent à Latinis ſuperioribus, vbi hanc philoſophiã eorum cognouiſſent pili ſeu Patrei, ſeu Patrales, nam tunc adueniũt, quando Mas poteſt eſſe Pater, quod eſt dictu Generare ſibi ſimile in ſpetie, qui eſt vitæ alterius prior articulus. Diximus nos aduenire Barbam in principio alterius uitæ nam homo habet vitam duplicẽ. Vnam Suiipſius, alteram Speciei; propterea & Principia duo obtinuit, Indiuiduália, Specifica, quæ ambo ſunt Partes Principes. Vita indiuidui cępit in Vtero materno, deſinit homine ob ſenectutem iuxta naturæ leges pereunte. Altera vita quæ & Spetiei à nobis vocatur incepit Facultate Generatrice prodeunte, ipſius Organis iam probè cõformatis ad ſibi ſimile C
in Spetie generandum: Mors adeſt Specificæ huius vitæ quando iure naturæ ceſſat omninò Facultas Generatrix, nec indiuiduum poteſt dici perfectum, abſolutum, conſummatum, niſi obtinuerit partes Principes vtriuſque vitę validas, cum eas, quæ ſeruiunt indiuiduo, vt eſt indiuiduum, tum eas, quæ ſeruiunt indiuiduo, non vt eſt indiuiduum, ſed vt reſpicit indiuiduum ſpecificum, alterius nempe ſibi ſimilis generationem. Audite præceptorem Ariſtotelem.

Barba tribuit Venerationem.
Pili Genitales, qui ſint?
Pili Patrei, ſeu Patrales qui ſint?
Hominis eſt vita duplex
Prior vita quando incipiat, & deſinat.
Altera vita quando incipiat, & deſinat?

Ariſt. lib. 4. Meteorol. cap. 3.

Maturitas quædam concoctio eſt: nam concoctio ſucci in fructibus maturitas appellatur. Et quoniam concoctio, perfectio quædam eſt, commodum maturitas perfecta, cumulataq́; eſt, cum incluſa in Fructu ſemina aliud plane tale efficere poſſunt, qualis ille ipſe eſt, cum præſertim in cæteris quoque rebus animatis omne perfectionis genus, ita notare ſoleamus. D

Fines logici Barbæ qui exiſtant?

Ex huiuſmodi Philoſophia cognoſcere licet cur dixerint priſci Barbam tribuere venerationem, dignitatem, pulchritudinem, ornatum? Quis ignorat quodcunque perfectum eſt, & abſolutum in ſuo Genere illud eſſe Pulchrum, niſi Pulcerrimum, Bonum niſi optimum, quod reuereri oporteat? Sed hi ſunt Fines Logici, quia remotiſſimi: neque maleuoli arripiant anſam interea damnandi huiuſmodi opinionem, quia fines remotiſſimos, & conſequentes dixerim logicos, non enim careo exemplo vnde talem duxerim nomenclaturam, audite Præceptorem.

Sed fortaſſe veriſimilior ijs demonſtratio Logica illa videbitur, Logicam appello; quia quò vniuerſalior, eò remotior à proprijs principijs eſt.

Atque alibi ſcripſit.

Sed enim

Sed enim hæc ratio admodum vniuerſalis, inaniſq́ eſt. Rationes enim, quæ non ex proprijs principijs ducuntur, inanes ſunt, & rerum eſſe videntur, cum longe aberrent. Sunt profectò Geometricæ rationes, quæ ex principijs Geometricis afferuntur, idemq́ in cæteris eſt intelligendum. Videntur tamen huiuſmodi rationes, quamuis inanes, aliquid eſſe, nam & inane, ſiue vacuum illud aliquid eſſe videtur, cum tamen nihil omnino ſit, Nec verum eſt, quod concludit. &c.

A Noſcant itaque maleuoli quorſum dixerim fines illos recenſitos eſſe logicos. In Monachorum quorūdam inſtitutis legimus Raſionem Barbæ pręceptum eſſe, atque fortaſſis ob eam cauſam priores illi hoc præcepti voluerunt ſeruari, vt indicarent ſe renūtiaſſe omnino Vitæ Specificæ: quæ autem familiæ Monachorum Barbam alunt illud forſitan idem reſpexerunt, quod priſci Philoſophi ſategere. Barbæ enim promiſſio antiquitus vnum erat ex inditijs atteſtantibus vitæ inſtitutum contemplationi, atque philoſophiæ deditum, veluti legimus apud Plutarchum. Qui lib. de adulat. & amicor. diſc. adulatorem, ſtudioſorum imitantem Barbam alere ſcribit his verbis? Quod ſi adeptus eſt litteris, ac diſciplinis deditum adoleſcentem, totus iam in libris eſt, Barbam ad talos vſq; demittit, pallium
B geſtat, rerum delictum omittit, in ore ſunt numeri, & rectangula, & triangula Platonis. Et Athæneus, vbi loquitur de Philoſophis.

Monachi cur Barbam radant.
Cur alij eandem alant?
Plutarchus.
Athenæus lib. 4.

Non abſurdum fuerit Epigramma de vobis editum commemorare, quod Hegeſander Delphus libro ſexto commentariorum ſcriptum reliquit:

O ſurſum[k] elatis ſupercilijs auſteri, pilo in naribus defixo hirti,
Barba in mento denſa hiſpidi, inertes, patinarum & ollarum fures,
Erectam ceruicem circumagentes, nudi, culinarij menſis dediti,
Noctu clanculum comedentes, nocturni latrones aſtuti, & doloſi,
Iuuenum deceptores, canti ſingularum ſyllabarum obſeruatores,
Vanis opinionibus ſapientiam arrogantes vobis, virtutis inueſtigatores.

Et paulò inferius.

C *Soſicrates libro tertio de philoſophorum ſucceſſione refert, Diodorum barbam denſiorem aluiſſe, pallium induiſſe, non attendiſſe comam, ac quodam ſeueriore faſtu illud inſtitutum prętexiſſe, Pythagoricis qui præceſſerant ſolitis ſplendida veſte amiciri, balneiſq́, vnguentis, & aſſueta tonſura corpus curare.*

[k] Hos uerſus Lucilianis uerbis ſic elegāter vertit Ioſe. Scalig. Silonicapērones, Vibriſſaſperomēti, Menticobarbicolæ, Exterebropatinę, Planipedatque lucernitui, ſuffarcinamicti, Noctilaſētiuori, Noctidoloſtudij Pullipremoplagij, Sutelocaptiotricæ, Rumigeraucupidæ, Nugicanoricrepi.

Hinc lepide cecinit Poeta in Pannicum.

Democritos, Zenonas, inexplicitoſq́ Platonas,
Quicquid & hirſutis ſqualet imaginibus,
Sic quaſi Pythagoræ loqueris ſucceſſor, & hæres
Præpendet mento nec tibi barba minor.
Sed quod & hircoſis ſerum eſt, & turpe piloſis,
D *In molli rigidum clune libenter habes.*
Tu qui ſectarum cauſas & pondera noſti,
Dic mihi: præcidi, Pannice, dogma quod eſt?

Philoſophi priſci erant Barbati, quaſi Genitores Parentes diſcipulorum alteri forent, cum erudiendæ animæ rationali præeſſent. Monachi itaque Barbam alentes honorandi ſunt, atque colendi, nam parentes nobis alteri exiſtunt, vitæ nempè chriſtianæ Euangelicæ. Quibus ita declaratis non eſt difficile rationem reddere, cur Barbæ euulſio exiſtat opprobrium inter cætera maximum, quod cuiuſcumq; ætatis homines concordi voto penitus cenſuere quapropter Satyricus canebat.

Philoſophi cur alerent Barbam?
Barbam vellere eſt opprobriū.
Perſ. Sat. 2.

Hoc igitur, quo tu Iouis aurem impellere tentas,

Dic

Dic age dum Staio, prò Iuppiter, ò bone clamet
Iuppiter; at ſeſe non clamet Iuppiter ipſe?
Ignouiſſe putas, quia cum tonat, ocyùs ilex
Sulfure diſcutitur ſacro, quàm tuq́, domusq́?
An quia tùm fibris ouium, Ergennaq́, iubente
Triſte iaces lucis, euitandumq́, bidental,
Iccirco ſtolidam præbet tibi vellere Barbam A
Iuppiter?

Perſius.

Atque alibi canebat idem.

Nec qui abaco numeros, & ſecto in puluere metas
Scit riſiſſe vafer multum gaudere paratus
Si Cynico Barbam petulans Nonaria vellat.

Barbæ euulſio quid ſignificet ex Autoris mẽte.

Barbam vellere nos ita interpretamur opprobrium, quia Inditium Facultatis Generatricis Maſculæ tollitur: quaſi vellentes iudicent indignum illum hominem, cuius propagetur Semen. Atq; ni fallimur Barbæ ipſa euulſio æquipollet Cinerum diſperſioni, & iactui, iacturæ, quam Iuriſperiti mandant, volentes à Carnifice diſpergi in auras cineres peſſimorum damnatorum, vt nulla prorſus memoria corũ relinquatur, aut veſtigium, ſed omnino aboleatur. Præterea interpretari adhuc licuerit Euulſionẽ Barbæ eſſe quaſi exprobrare imprudẽtiã, ſtoliditatem, ruditatem, cum hæc pars iuxta Clementis Alexandrini opinionem adueniat Prudentiam quãdo acquirũt, vel acquirere poſſunt homines dicebat enim. B

Hos autem pilos Barbales Deus tanti fecit, vt eos ſimul cum Prudentia iubeat adeſſe hominibus.

Locus Iuuenal. explicatus.
Iuuenalis Sat. 6.

Hinc Satyricus aptiſſimè dixit fabuloſè loquens Iouem nondum Barbatum indicans priſci ſæculi auream ſimplicitatem, ruditatem: audite.

Credo Pudicitiam Saturno rege moratam
In terris, viſamq́, diù, cum frigida paruas
Præberet ſpelunca Domos, ignemq́, laremq́, C
Et pecus, & Dominos communi clauderet vmbra,
Sylueſter montana torum cum ſterneret vxor
Frondibus, & Culmo, vicinarumq́, ferarum
Pellibus haud ſimilis tibi Cinthia, nec tibi cuius
Turbauit nitidos extinctus Paſſer ocellos:
Sed potanda ferens infantibus vbera magnis,
Et ſæpè horridior glandem ructante marito.
Quippè aliter tunc orbe nouo, cæloq́, recenti
Viuebant homines, qui rupto robore nati,
Compoſitiq́, luto nullos habuere Parentes, D
Multa Pudicitiæ veteris veſtigia forſan,
Aut aliqua extiterant, & ſub Ioue, ſed Ioue nondum
Barbàto. &c.

Barbã alterius tangere indecorũ eſt, et cauſa.

Cum itaque Barba ſit inditium Facultatis Generatricis Maſculæ, quæ cenſetur Diuina nihil omninò eſt mirum ſi mortales vno conſenſu eam tanti ſemper æſtimarint, vt eam non dixerim euelli, ſed nec tangi ab alienis, vel & alijs hominibus voluerint, quaſi Barbam alienis manibus tractari, illum cuius eſt Barba vincire compedibus, ſeruire, atque ſubijci argumentum ſit; Manu quippe aliena comprehendatur ſi Barba, colligari conſtringiq; vt̃ vis iſtiuſmodi princeps. Clariſſimum teſtimonium Papyrij legere licet apud Liuium conterraneũ meum, qui

qui retulit maximam iniuriam eſſe interpretatum Barbam ſibi attrectatam fuiſſe à milite Gallo, propterea & vindicatã: cuiuſmodi factum legimus pariter apud Plutarchum in vita Camilli, quem interpres his verbis tradidit legendũ autem. *Plutarch. in vita Camilli.*

Cum igitur Brennus ſeruato Capitolio Romam, occupaſſet, vidiſſetq́ inter tranſeundum per Forum quoſdam viros inſigni habitu, & ſedere, & tacere, magna admiratione captus eſt, quod tanquàm nullo Reipublicæ vulnere ſauciarentur, neque Facie, neque colore mutati ſunt. Sed cum eſſent animo intrepido, flexi in ſcabellis, quæ ſecum contulerant ſeſe inuicem intuentes ſilentium agebant. Quare hac rerum nouitate admiratio Gallos habuit, & tanquam de fortioribus dubitarent diu acceſſu, tactuq́ abſtinuere. Poſtquàm autem quidam fidens animi iuxta Papyrium Marium ſtetit, manumq́ manſuetè oſtendens prolixam Barbam demulſit, Papyrius Scipionem in capite feriendo contriuit. Barbarus ſtricto gladio illum necauit, deinde cæteros facto impetu morti tradiderunt.

A

Summa ſummarum Barba enutrita, & prolixa temporibus priſcis erat boni viri inſigne, namque legimus Plutarchum ad vitam Phocionis iſthæc referentem. *Plutarchus in Vita Phocionis.*

Fuit ea tempeſtate Athenis Alcibiades quidam, cui ficti, fucatiq́ mores Laconiſtæ cognomen indiderant. Hic auctoritatem ſibi non tàm virtute, quàm enutrita Barbæ prolixitate, graui ſupercilio, tardo inceſſu, lacernaq́ laconica quæritabat. Illum igitur Phocion cum ſibi ad populum dicenti parum fides haberetur dictorũ ſuorum inuocat teſtem. Qui cum populo vt aſſentaretur veritatem negaſſet, continuò accedens propiùs Phocion, illiusq́ Barbam in ſpeciem mulcendi apprehendens, quam decuerat, inquit hanc Barbam, & indumenta boni viri inſignia, priuſquàm mentireris depoſuiſſe. Ad hanc ſententiam pertinent illa ſatyrici carmina.

B

Da Teſtem, iudex quem dixerit; audeat ille
Neſcio quis pugnos vidit, qui dicere vidi,
Et credam dignum Barba, dignumq́ capillis
Maiorum. *Iuuen. Sat. vltima.*

Cauſa hæc fuit potiſſima dignitas nempè Barbæ communi hominum conſenſu, atque ætatum celebrata, vt priſci in praua illa Deorum ſuorum opinione enutriti ædes fortunæ Barbatæ dicarent, ſupplices illi vota ferentes, quo Barba pueris ætatis progreſſu concederetur pulcerrima, in quos iure, ac ſapientiſſime inuehitur Princeps Doctorum in lib. de Ciu. Dei. *Antiqui Tẽplum dicarunt Fortunæ Barbatæ, & cur ?*

C

Teſtimonium D. Auguſtini.

Quæ cùm ita ſint, ſi eorum qui colunt deam Iuuentatem, ætas ipſa floreret inſignius: contemptores autem eius, vel intra annos occumberent iuuentutis, vel in ea tanquam ſenili corpore frigeſcerent: ſi malas cultorum ſuorum ſpecioſius, & feſtiuius fortuna Barbata veſtiret: à quibus autem ſperneretur, glabros, aut male Barbatos videremus: etiam ſic rectiſſime diceremus, hucusq́ iſtas deas ſingulas poſſe ſuis officijs quodammodo limitari: ac per hoc, nec à Iuuentate oportere peti vitam æternam, quæ non daret Barbam: nec à Fortuna Barbata boni aliquid poſt hanc vitam eſſe ſperandum, cuius in hac vita poteſtas nulla eſſet, vt eandem ſaltem ætatem, quæ Barba induitur, ipſa præſtaret. Nunc verò cum earũ cultus, nec propter iſta ipſa, quæ putant eis ſubdita, ſit neceſſarius: quia & multi colentes Iuuentatem deam, minime in illa ætate viguerunt: & multi non eam colentes, gaudent robore iuuentutis, itemq́ multi Fortunæ Barbatæ ſupplices, ad nullam, vel deformem Barbam peruenire potuerunt: & ſi qui eam pro Barba impetranda venerantur, à Barbatis eius contemptoribus irridentur. Ità ne deſipit cor humanum, vt quorũ deorum cultum propter iſta ipſa temporalia, & cito prætereuntia munera, quibus ſingulis ſinguli præeſſe perhibentur, inanem ludibrioſumq́ eſſe cognoſcit, propter vitam æternam credas eſſe fructuoſum? Hanc dare illos poſſe, nec hi dicere auſi ſunt, qui eis, vt ab inſipientibus populis colerentur, iſta opera temperalia, quoniam nimis multos *D. Auguſt. lib. 6. de Ciuit. Dei. c. 1.*

D

puta-

putauerunt, ne quiſquam eorum ſederet otioſus, minutatim diuiſa tribuerunt.

Ecce quomodo ſuperſtitioſa antiquitas Templum conſecrauerit Fortunæ Barbatæ in eum finem, vt Barbam conſequerentur, & eandem pulcram, quod argumento eſt ipſam æſtimatam plurimi ab eius ſæculi hominibus fuiſſe: cuius occaſione ſententiæ apparet quid ſit iurata Barba, illa enim exiſtit quam parentes, vel alumni puerorum à Fortuna Barbata petebant, illi iuramento aliquo ſeſe obſtringentes, ac puerum dicentes: propterea cæcinit ille. A

Barba iurata quid ſit? Statij locus explicatus 2. Syluarũ in Epicoed.

Nil veris affingo bonis, heu lactea colla
Brachiaq; & nunquam domini ſine pondere ceruix.
O vbi ventura ſpes non longinqua iuuenta
Atque genis optatus honos? iurataq; multum
Barba tibi? cuncta in cineres grauis intulit hora
Hoſtiliſq; dies. Nobis meminiſſe relictum.

Antiqui comam quando ponebãt?

Teſtimonium æſtimationis Barbæ hoc etiam fuerit conſueuiſſe priſcos comam ponere vbi appareret lanugo, & Barbæ inchoatio, quaſi cenſentes imperium, & Dictaturam id generis pilo ſcilicet Barbali tribuendam eſſe. veluti legimus apud lepidiſſimum Poetam. B

Martialis lib. 9. Epigr. 17.

Viderat Autoricum poſito modo crine miniſtrum
Phrix puer, alterius gaudia nota Iouis:
Quod tuus ecce ſuo Cæſar permiſit ephebo,
Tu permitte tuo, maxime rector, ait.
Iam mihi prima latet longis lanugo capillis:
Iam tua me ridet Iuno, vocatque virum.
Cui Pater ætherius, Puer ô dulciſſime, dixit,
Non ego, quod poſcis, res negat ipſa tibi.
Cæſar habet noſter ſimiles tibi mille miniſtros:
Tantaq; ſydereos vix capit Aula Mares.
At tibi ſi dederit vultus coma tonſa viriles C
Quis mihi, quis Nectar miſceat alter erit.

Nõ ignoramus futuros alios, qui aliter interpretari poſſint, ſed liberũ eſto cuique iuditiũ in rebus Probabilibus, cum in ipſis Demoſtrabilibus rationi oporteat aſſentiri. Ego interpretor antiquos voluiſſe hunc ſolum regnare pilum, nec aliquem alius cenſus comparem illi ſtare in corpore ipſo. Memini adhuc legiſſe me apud Bonauentura Diuum conſueuiſſe antiquos, atque mandaſſe, vt ſerui Barbam ponerent. Textus eius ita legitur, nam illam reperi modo. *Quando Iudæus emebat Gentilem, radebat ei Barbam, & capillos.* Hac Barbæ ablatione indicare volebant Iudæi ſeruis nullum ius fuiſſe relictum. Barbam adhuc habebant Argiuæ nuptæ coucumbentes, atque ex legum decreto, quemadmodum videre licet apud Plutarchum. D

D. Bonauentura in expoſitio. Pſalmi Dauidici CXIX.

ARGIVAE.

Plutarchus in lib. de Mulierum virtutibus.

Inter res à mulieribus publicè præclare geſtas, nullum illuſtrius extat facinus certamine, quod Argiuæ pro patria ad verſus Cleomenem Teleſilla poetria hortatu obiuerunt. Hanc ferunt nobili ortam familia, cum eſſet corpore morbis obnoxio, deos de paranda bona valetudine conſuluiſſe: oraculoq; monitam vt Muſas coleret, deæ obtemperaſſe, ſtudiumq; in carmina & armoniam collocaſſe: & cum morbo liberatam eſſe, tum ob poeticam in admiratione mulieribus fuiſſe. Cum Cleomenes Sparta rex multis Argiuorum occiſis (fabula eſt quod quidam numerũ eorum perhibent IↃↃ CIↃ CIↃ IↃ CCLXXVII) *ad ipſam vrbem duceret, impetus & diuinitus quadam iniecta audacia mulieres quæ ætate integra eſſent excitauit ad propulſandos à patria hoſtes. Proinde Teleſilla duce arma capiunt,*

propu-

propugnacula occupant, muros corona cingunt, non ſine admiratione hoſtium. Ac Cleomenem quidem repulerunt, multos ſuorum deſiderantem. alterum regem Demaratum (vt Socrates ait) qui in vrbem peruenerat & Pamphyliacum occupauerat, vi exturbarunt. Hoc modo vrbe ſeruata, mulieres quæ in pugna ceciderant, in via Argiua ſepultæ ſunt à ciuibus: ſuperſtitibus autem præmium virtutis dedicatio Martis conceſſa eſt. Pugnatum alij ſeptima die, alij ipſo in nouilunio tradunt menſis, qui nunc quartus, olim Hermæus, id eſt Mercurialis, apud A *Argiuos dicitur. Ea die etiam hodie Hybriſtica (id eſt contumelioſa) ſacra agunt, mulieres virilibus tunicis & lanis, viros muliebribus vittis ac velis veſtientes. Virorum penuriam vt exſarcirent, mulieres non (vt Herodotus narrat) ſeruis, ſed vicinorum optimis in ciuitatem receptis coniunxerunt: quos illæ videbantur contemnere & ignominia afficere in concubitu. Itaque legem poſuerunt, quæ nuptas Barbam iubebat habere, quando cum viris concumberent.*

Non pigebit admonere ipſos iuuenes fuiſſe apud Romanos priſcos inſtitutum quotieſcunque Mœſtitiæ occaſio ingrueret illos Veſtem ſolitos eſſe mutare: Capillum, Barbam promittere, quæ omnia inditia exiſtebant ſæuiſſimi mœroris, cuius veritatis ampliſſimum perhibet Liuius Teſtimonium conterraneus meus. hic nanque ſua in hiſtoria ad Manlium ita loquitur. Coniecto in carce- B rem Manlio, ſatis conſtat magnam partem plebis Veſtem mutaſſe; multos mortales Capillum ac Barbam promiſiſſe, obuerſatamque veſtibulo carceris mœſtam turbam. atque alibi ſcribebat. Marcus Liuius erat multis ante annis ex Conſulatu Populi iuditio damnatus, quam ignominiam adeo ęgrè tulerat: vt & rus migrarit: & per multos annos, & Vrbe, & omni cœtu caruerit hominum. octauo fermè poſt damnationem anno M. C L. Marcellus, & M. Valerius Leuinus Conſules reduxerant eum in vrbem, Sed erat Veſte obſoleta, Capilloque, & Barba promiſſa, præferens in Vultu, Habituque inſignem memoriam ignominiæ acceptæ L. Veturius, & P. Licinius Cenſores eum Tondere, & ſquallorem deponere, & in Senatum venire, ſungique alijs publicis muneribus coegerunt. Ecce quomodo Barbæ promiſſio indicabat mæſtitiam apud Romanos priſcos, C & Raſio vel attonſio lætitiam. Secus vero in more poſitum erat apud Hæbræos, qui in mœrore ſummo Barbam radebant, in lætitia alebant; legimus nanque in Leuitico cap. 22. in morte parentum ſuorum præterea filiorum; filiarum, fratrum, ſororum Virginum Barbam radere conſueuiſſe.

Barbã promittere eſt Mæſtitiæ indicium.

T. Liuius Patau. libr. 6. Dec. 1.

L. 7. Dec. 3.

Dixit quoque Dominus ad Moyſen: Loquere ad ſacerdotes filios Aaron, & dices ad eos: Ne contaminetur ſacerdos in mortibus ciuium ſuorum, niſi tantum in conſanguineis, ac propinquis, id eſt ſuper patrem & matrem & filium, & filiam, fratrem quoque & ſororem virginem, quæ non eſt nupta viro: ſed nec in principe populi ſui, contaminabitur. Nec radent caput, nec Barbam, neque in carnibus ſuis facient inciſuras.

Quãdo Hæbreis licebat radere Barbam?

D Sed hæc opinione hominum ſæculis ſuccedentibus ex legibus atque inſtitutis mutantur eorundẽ: cuius varietatis opinionum humanarum occaſione ſubinde mutatarum, & mutãdarum non reticebimus in gratiam eorũ qui humanioribus delectantur ſtudijs hoc mortis genus, quod COPPARE. Vulgò dicitur, & infame ab omnibus æquè cenſetur cum latrones & Spartaci duntaxat hoc mortis genere puniantur olim fuiſſe nobiliſſimum genus mortis veluti legimus apud Auerroem lib. 2. Collect. cap. 10.

Mortis Genus qđ Coppare dicim⁹ olim fuit Nobilium.

Et iam viſi ſunt homines percuſſi ſuper venas & neruos dormitorios, qui vadunt ad cerebrum, & tunc in eis priuatæ ſunt omnes operationes voluntariæ, & propterea hoc nomine nuncupantur. & dicit Rhazes, quod quando Rex Indiæ volebat interficere Nobiles, interficiebat eos per hunc modum.

Auerroes.

Cardo ſenſuum Miſticorum Barba.

Aeſculap. cur ſit Barbatus?

Iuniores meminerint cardinem ſenſuum Barbę miſticorum deſumi à Facultate Generatrice maſcula, cuius illa eſt inditiũ. Niſi æſtu cruciaremur, atque laſſitudine huius manus plura conſcriberemus ad hanc rem pertinentia. Clauſula vna hęc fuerit Aeſculapium Barbatũ pingi (veluti ego cenſeo) quia Medicus eſt alter, quaſi parens ęgrotorum à ſeſe curatorum, reuocat enim illos ab Orco, & denuo natalibus reſtituere ipſum ęgrum videtur. An carnifex è contra ſit ille medicus, qui turpiſſima ignoratione myſteriorum Artis ægrum occidit, aliorum eſto iuditium? at ſepeliuntur errata Medicorum vna cum ipſis ægris. rem ipſam proſequamur. A

CAP. IIII. NARRATIO HISTORICA, PHYSICA, & Medica Eunuchorum humanæ ſpeties; præterea & Appendix Eunucharum Mulierum. Quod pertinet ad alterum Argumentum, nempe Sublata Facultate Generatrice Maſcula & Barbam auferri.

METHODVM, atque ordinem inſtitutæ orationis tenentibus, progrediẽdum iam eſt nobis ad alterum argumenti Genus, deſumendi ab eo, quod eſt præter naturam cùm autem ipſum Eunuchiſmo, ſeu Spadonibus innitatur; operæpretium eſſe nos facturos exiſtimauimus, ſi paulò altius repetentes, de huiuſmodi hominum genere ita dicamus, vt niſi omnia ſcribantur à nobis, quæ ad hiſtoricam, phiſicam & medicam illorum narrationem pertineant, pauca ſaltem deſiderari præterea poſſint quò eorum genus cognoſcatur. Cæterùm haud ita huius viuo inſcius mundi, qui in maligno poſitus eſt, non defuturos homines, damnaturos hoc inſtituti. Sed hi (aut fallor ego) videntur in cæca rerum ignoratione prorſus odioſe verſari, haudquaquam intelligentes pertinere iſta ſi paulo acrius mentis aciem intendant ad phyſicã contemplationem; Qui autem hoc fiat nec libet, nec licet interea tẽporis apertius differere ſat mihi fuerit obtrectatores & inuidos leuiter ita admonuiſſe; me, quia iunior tranſierim ad oppida, vt in ijs medicinam faciens Naturę maieſtatem in morborum curatione ſyncerius animaduerterem nullo adulationis fuco oblitam, obſcuratam, non propterea ad cicures illos Ennianos, ex vrbano cætu ablegandum eſſe veluti ſ..tegere maleuoli, qui & vix intellecto argumenti nomine in diſquiſitionem mihi ſuſcepti adeo buccis amplificatis rictu prorſus diducto effuderunt ſe totos, totos in cachinorum deteſtandam infinitatem, ut in reciprocatione ſpiritus latera dormitarent ſegnia ſegnium. Quibus tandem certo numero imperantes ad intemperiẽ aliam tranſiere, dicentes, inſuſurrãtes cuique fabuloſa, uana & vmbrarum vel hominum; delirantium ſomnia conſcribi, ſed mirum haudquaquam exiſtit, ſi popularia ingenia abſtruſum quid & reconditum à vulgari philoſophandi genere prorſus alienum ſeu recuſent, ſeu minus intelligant. Profiteor ego (nec erubeſco ſcribens, iacta enim iam eſt alea) reconditum Naturæ myſterium adhuc eſſe indicaturum, Barbæ ipſi connexum, quo cognito noſtri cenſus Medici ingenui valebunt aptius dirigere mentis oculorum aciem ad morbos quoſdam cognoſcendos, prædicendos, atque curandos hoc etiam publicato reſtabit aliud prętere a Naturę myſterium à Barba eruendum, quod in opere alio declarabitur; vſque adeo ſunt infiniti Naturæ theſauri in ſingulis quibuſcunque humani corporis partibus ac cæterorum quoque Animantium, & Animalium, quos nemo

B C D

homo

homo viator vnquã exhauriet, niſi ſuperum gratia, Dei ſcilicet numine foueatur. Nec pertinebit iſtud ad Phyſiognomonicem, ſeu id generis creditas Facultates, quas ego Auriculares dicere ſoleo, at reſpicet hoc aliud Barbæ myſterium veriorem contemplationem. Cæterum nimio ſatis interuallo à nobis iam propoſita philoſophandi via digreſſi, videamur forſan abuſi legentium, ſeù audientium humanitate: qui ſi nouiſſent Genuinos in me rabiem infringentinm, accuſarent moderationem hanc animi meam, tantum abeſt, vt illius veſtigium aliquod in orationc iſta deſiderarent; atque præſertim iſtud ipſis ageretur, vbi noſſent eorum, qui per angulos garriẽtes, laceſſunt, lacerant me, nemini iniurium, infeſtum Theſſalam eruditionem. Sed filum propoſitæ orationis tenentes dicemus ante omnia Eunuchorũ Hiſtoriam Humaniorẽ, ad Medicam poſtea deſcenſuri. Exordiemur autem à nominis declaratione, ac vt ſuum vnicuique reddatur, Scaliger Cæſar Exotericarum Exercitat ad Cardanum ſub rubr. *Eunuchis, quæ facultas*, in hanc ſententiam loquutus eſt.

Artes Auriculares, vel Facultates quęnam ſint ex mente Autoris?

A

Nomen Eunuchi.

Eunuchus eſt nomen, quaſi pallium, quo tegatur iniuria Naturæ facta: ſignificat enim tanquàm ſi dicam Lectircuſtodem: propterea quod ad mulierum ſeruandam Pudicitiam adhibebantur. παρὰ τὸ εὐνὴν ἔχειν. Acutius ex antiqua eruditione. Venerea amentiam à priſcis appellatam. Ariſtophanis id verſu comprobatur ὅπως τ' ἀπέχεσθαι, καὶ τῶν ἀτωί-των πάντων. A quibus cum putarent Eunuchos abſtinere, contrarijs vocibus compoſitis fecere nomen: τὸ νοῦν ἔχειν. Quatuor verba ſunt: unde nomina totidem. ἐκτέμνειν, ἐκτομίας. Iis exempti teſtes ſunt, & exacti dicuntur σπᾶν eodem pertinet quibus ſunt extracti: vndè ſpadones. θλίβειν contundere: vnde θλίβιαι. Et afferre huic θλᾶν frangere à quo θλαδίαι. omnia & monſtra, & nomina græca.

Exerc. 277. Eunuchi. Nomen

B

Summa ſummarum Thlibiæ, Thladiæ ij ſunt homines, quibus Teſtes fracti, contuſi fuere: Spadones, quibus Teſtes excecti, vel extractiſunt. Eunuchus nomẽ quaſi commune vtrique ſtat. Caſtrati quoque, & Semiuiri appellantur. Non pigebit intereà referre aliud Eunuchorum genus, veluti ſancta in Euangelio loquitur veritas, qui ſunt Eunuchi Ratione, aut Religione ita dictante, non autem Corpore ſuadente, vel cogente. Audiatis.

Thlibia, ac Thladia qd ſint? Spadones qui ſint? Eunuchi Religioſi.

C

Dicunt ei diſcipuli eius: ſi ita eſt cauſa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis. Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt: Sunt enim Eunuchi, qui de matris vtero ſic nati ſunt: & ſunt Eunuchi qui facti ſunt ab hominibus: & ſunt Eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cælorum. Qui poteſt capere, capiat. *Matth. 19.*

Quem locum conſiderans D. Hieronymus l. pri. aduerſus Iouinianum ait. *D. Hieron. Expoſitio.*

Apoſtoli vxoris onera contemplati, ſi talis eſt, inquiunt, cauſa hominis cum vxore, non expedit nubere. Quorum Dominus ſententiam probans: Rectè quidem ſentitis, ait, quòd non expediat homini, ad cælorum regna tendenti, accipere vxorem; ſed difficilis res eſt: non omnes capiunt verbum iſtud, verùm quibus datum eſt. Alios Eunuchos Natura facit: alios vis hominum mihi illi Eunuchi placent, quos caſtrauit non Neceſſitas, ſed Voluntas.

D

Hanc eandem ſententiam conſiderans Bernardinus Scardeonius conterraneus meus Presbiter, vel ob multiplicem eruditionem, cũ humaniorum litterarum, tum ſcientiarum, vel ob celebratam virginitatis famam Patrum noſtrorum memoria ſatis illuſtris hæc ſcripta poſteritati reliquit, ſub rubrica. *Quod deſperandum non ſit nos poſſe caſtè vincere, etſi magna ſit fragilitas carnis.*

Bernardinus Scardeonius Patauinus in lib. de Caſtitate.

Laborandum ſanè nobis eſt, & contra difficultatem ſtrenuè pro viribus obluctandum: vt breui peracto certamine, perenni æuo, in cælo ſumma cum tranquillitate quieſcere valeamus. Dicas fortaſſis graue opus, & durum, fateor, ſed glorioſum: ſed ſalutare. Legitur apud Platonem de Icco Tarentino, quòd cum in Olympiacis, & alijs certaminibus frequenter pugnaret,

Eunuchi Rationales.

Legas et Galenũ in lib. de ſemine.

tam artificioſo circa hac ſtudio ſit vſus, vt nullam vnquam in toto exercitationis ſuæ tempore Venerem norit. Idem de Chriſſone, & Aſtylo, & Theopompo, & alijs quampluribus Agoniſtis refert, qui tametſi robore, & bona valetudine corporis proniores eſſe debuerant ad libidinem, quàm qui ſunt corpore imbecillo, tamen Victoria cupiditate, quam cõſequi ex eiuſmodi palæſtra cupiebant, continentiſſimè vixerant: quod ſcirent vſum Veneris viribus plurimum officere.

Horatius etiam cantoribus Veneris abſtinentiam præcipit. A

Abſtineat Venere, & Baccho, qui Pithia cantat.

Mos erat etiam Hiſtrionibus, ac Scœnicis hominibus, ne ad recitationem fabularum inepti vſu Veneris redderentur, præputium ſibi fibula ænea, argenteaue ab vtroque latere glandis conſuere, vt vel ſic a Coitù ſeſe comprimerent.

Eunuchorũ alij ſunt Corporei. Rationales. Religioſi.

Liceat nobis hoc Eunuchorum genus, non Corporeum, ſed & Rationale, & Religioſum appellaſſe: quantum enim pertinet ad Corpus hi ſunt homines apti ad exercẽdam Venerem: at vel Rationi: vel Religioni obedientes, vt alterutrius præmia conſequerentur, mente ipſi ſemetipſos caſtrauere, penitus Veneri renunciantes. Adhuc Spadonis vox myſticæ accipitur, veluti legimus apud Philonem Hebræum lib. de Victimis offerendis vbi ait.

Spadonis Vox myſticè accipitur à Philone Iudæo.

Quidam incorporeas ideas nomen inane aiunt, rei veræ nullius, tolluntq́ è rebus eſſentiam ſummè neceſſariam, qua eſt archatipum, exemplar omnium, quæ ſpecificantur, & dimetiuntur qualitatibus. Hos ſacra legis tabula ſpadones vocant.

Semiuiri.

Non reticebo Semiuiros in hoc eodem libro ſecus intelligi ac nos paulò ſuperius indicauimus, eos exponens, qui Celtarum Venerem patiuntur, nam ſcribit.

Cum igitur ſciret in concionibus admiſceri multos improbos, quòd ſe poſſe in turba latere autument, ut id caueret in poſterum omnes indignos à ſacro cætu edicto prohibuit, exortus à ſemiuiris obſceno morbo laborantibus, qui Naturæ monetam adulterantes, in impudicarum mulierum affectum, & formam ſponte degenerant.

Huius textus taliſuè eſſe debeat ſenſus conſiderentur verba ſequẽtia, vbi agit de Caſtratis, & Eunuchis Corporeis dicens.

Spadones, item & Caſtratos arcet, quòd vt Florem ætatis ſeruarent diutius, è maſculino ſexu tranſcribi ſe paſſi ſunt in fœmineam ſpetiem. C

Legant eundem Autorem libro de Temulentia, vbi agens de Eunuchis interpretatur myſticè illos Pharaonis, quæ nunc referre haud vacat: quatimur enim æſtu vrgentis ſyrij, ſcribentes iſthæc horis pomeridianis. Nouerunt ſatis ex triuio talia petita, qui mihi maledicunt in angulis eruditiſſimi Vrbani Medici, ſed animum demulceamus. hãc vocem Semiuir æquipollere Eunucho Corporeo, atq; Caſtrato ſatis docemur ex Claudiani Poetę monumentis qui ſcribens in Eutropium Eunuchum, ait.

Iron.

Claudianus in Eutropiũ.

Fortis adhuc, ferriq́ memor, breuis indè reluxit
Falſaq́ libertas rurſum Stiliconis habenis D
Sperabam me poſſe regi: pròh cæca futuri
Gaudia fraterno coniungi cæperat orbis
Imperio (quis enim tanto terrore recentis
Exempli, partibus ſeſe comiſerit auſis?)
Quum ſubito monſtroſa mihi, turpisq́ relata
Fabula, Ruffini Caſtratus proſilit Hæres,
Et ſimiles iterum luctus fortuna reduxit
Vt ſolum Domini ſexum mutaſſe viderer.

Veruntamen hac tempeſtate noſtra (vt moneantur iuniores) ij quoque dici ſolent

Caſtrati acceptio communis.

ſolent Caſtrati, non quibus ambo teſtes, at quibus illorum alteruter fuerit exemptus, quos verè Caſtratos non licet appellare: neque nos de iſtis interea loquimur, aut Poeta, verum de ijs Eunuchis, & Caſtratis, quibus ambo exempti, aut contuſi fuere teſtes, illos & Semiuiros ab antiquis dictos fuiſſe legentibus Plinium conſtat, Eutropiumque Caſtratum Eunuchum Corporeum tali nomine Claudianus nuncupauit canens.

Claudianus

——Runcantur & artus
A *Vt liceat reliquis ſecurum viuere membris.*
At vos egregiè purgatam creditis Aulam,
Eutropium ſi Cyprus habet, vendictaq; mundi
Semiuir exul erit. Quis nos luſtrare valebit
Oceanus? tantum facinus qua diluet ætas?

XXVI. Eunuchorũ alia acceptio. De Eunuchiſmo Corporeo.

Phyloſophus in quarta ſectione haud verè Caſtratos, ſed natura Effeminatos ita uidetur quaſi denominare, veluti ſcribit Scaliger Cæſar, quæ adhuc eſt alia Eunuchorum acceptio. Hæc ſunt breuiter, quæ ad multiplicem ſignificationem huius vocis pertinere videntur. nunc ad Eunuchiſmum declarandum tranſeamus, quo nẽpe Eunuchi fiant corporei à Cauſa externa: hoc autem Paulus Ae-
B geneta medicus ex Græcorum familia nobilis, atque Galeni ſectator indicauit his verbis. Io: Guinterio Andernaco Medico exercitatiſſimo, ſummique iuditij vero interprete.

Paulus Aegineta, lib. 6. & cap. 68. Eunuchiſmis duplex ratio. Contuſio. Exciſio. Contuſio quomodo fiat. Exciſionis modus. Eunuchi, q Venerem appetant?

Cum Ars noſtra huc tendat, vt corpora à ſtatu, qui præter naturam eſt, in naturalem deducat. Eunuchos faciendi ratio, quam Græci Eunuchiſmum dicunt, contraria promittit. Verum quia & inuiti ſubindè à præpotentibus quibuſdam etiam Eunuchos facere cogimur, explicandus compendioſe modus eſt, quo illis ſatisfaciamus. Duplex itaque eſt, alter Contuſione, alter Exciſione perficitur. Et prior quidem ſcilicet Contuſio in hunc modum agitur. Pueri adhuc infantes in aquæ calidæ ſolium collocantur: deinde vbi corpora eodem ſolio fuerint relaxata Digitis Teſticuli premuntur, vſque dum aboleantur, & euaneſcant. Diſſoluti non amplius ad tactũ occurrunt. Exciſione hac ratione efficitur. Reſupinatur in ſedili, qui
C *Eunuchus fieri debet, & Scrotum cum Teſticulis ſiniſtræ manus digitis premitur: quo facto duas lineas rectas, vnam per alterum teſticulum ſcalpello incides: vbi exilierent teſticuli cute detracta execabuntur, ità vt tenuiſſimum ſolum naturale vaſorum commercium relinquatur: atque hic modus, eo, qui per contuſionem fit, magis probatur. Nam qui contuſionem teſticulorum ſunt experti, nonnunquam Venerem appetunt, parte aliqua, vt veriſimile eſt, teſticulorum intus contundenda deliteſcente.*

Thlibiæ. Thladiæ. Spadones.

Hinc patet ratio earum vocum, quæ ſunt Thlibiæ, Thladiæ indicantes Eunuchiſmum cõtuſionis. Porrò Spadonum vox indicat Exciſos, vel Exectos, quod genus hominum Semiuiri, & Caſtrâti, & Eunuchi nomine quaſi generico ſignificatur. Plinius ita narrante.

Plin. lib. 11. hiſt. c. 49.

D *Homini tantum iniuria, aut ſponte naturæ franguntur; (loquebatur de Teſtibus) idq; tertium ab Hermaphroditis, & ſpadonibus, ſemiuiri genus exiſtit.*

De Inuentoribus Eunuchorum. Cælij Rhodigini Opinio.

Reliquum eſt de Inuentoribus, ac tempore primo Eunuchiſmi agere, vt manifeſtetur prò modulo ingenij noſtri ratio totius huiuſce hiſtoriæ, quam rem breuiter tranſigentes, quæcunque meminimus in veterum legiſſe monumentis inter adoleſcentiæ auguſtos limites conſtituti humanioribus deditis Muſis nunc in medium afferre non pigebit. Apud Lodouicum Cælium Rhodiginum libro 13. lectionum antiquarum cap. 29. hæc prorſus leguntur.

Proditum memoriæ ab opinatiſſimis eſt, Semiramidem Reginam omnium principem teneros Mares adortam caſtrare: velut Naturæ iniecta vi, quam ab inſtituto curſu retorſit,

cum

cum inter ipſa naſcendi crepundia per primigenios ſeminis fontes tacita quodammodo lege vias illas poſteritatis propagandæ dictaret.

Hactenus Rhodiginus. Quem lectionis multiplicis virum non ſatis mirari poſſumus, oblitum eſſe ipſius Claudiani Poetæ celeberrimi ſententiæ, aut ipſum ab eo lectum non fuiſſe, qui agens de inuentoribus Eunuchiſmi, canebat.

Opin. Claudiani Poetæ.

—— claras Chartaginis arces
Creditur & centum Portis Babilona ſuperbam
Fæmineus ſtruxiſſe labor. Quid nobile geſſit
Eunuchus? quæ bella tulit, quas condidit arces?
Illas præterea rerum Natura creauit:
Hos fecere Manus: ſeu prima Semiramis aſtu
Aſſyrijs mentita virum, nè Vocis Acutæ
Mollities, Leueſq́, Genæ ſe prodere poſſent:
Hos ſibi coniunxit ſimiles. Seu Parthica ferro
Luxuries vetuit naſci Lanuginis vmbram
Seruatoq́, diù Puerili Flore coegit
Arte retardatam Veneri ſeruire iuuentam.

A

Eunuchorũ Vox eſt acuta, & muliebris.
Eunuchi nõ Barbeſcunt.

Sed Eunuchiſmum antiquiorem eſſe, neque Semiramidi, aut Parthorum Proceribus, veluti alterutri eorum, quaſi autori poſſe illum aſcribi Sacræ litteræ docent. nam ipſe Moſes Diuinorum ſcriptor, & Dei Symmiſtes in Deuteronomij cap. 23. ait.

B

Confutatio opin. ſuperiorum ex Moſe.
Deuteron.

Non introibit Eunuchus attritis, vel amputatis Teſticulis, & abſciſſo Veretro Eccleſiam Domini.

Eunuchis non licebat ingredi Eccleſiam.
Leuitic.

Adhuc in Leuitico cap. xxij. ſcribebat.

Omne animal, quod vel contritis, vel tunſis, vel ſectis, ablatisq́, Teſticulis eſt, non offeretis Domino, & in terra veſtra hæc omninò non faciatis.

Victima Eunuchizata reijciebãtur à ſacrificijs.

Quæ cauſæ impulerint primos illos, quicunque fuerint autores, nemo veluti hucuſque legimus, & meminimus, certo dato teſtimonio definiuit, quapropter liceat forſam cuicumque veluti in rebus obſcuris, & dubijs diuinari quod lubet cuiuſmodi fuit Galeni Præceptoris ſententia. Inter Cauſas, enumerantur Celtarum Venus veluti hæc indicant ſatyrici Carmina.

C

Iuuenalis.

Præterea caſtum ingenium, vultumq́, modeſtum
Sanguine feruentem tribuat Natura benigna
Larga manu. Quid enim puero conferre poteſt plus
Cuſtode, & cura Natura potentior omni?
Non licet eſſe viros. Nam prodiga corruptoris
Improbitas ipſos audet tentare Parentes
Tanta in muneribus fiducia. Nullus Ephæbum
Deformem ſæua caſtrauit in Arce Tyrannus,
Nec prætextatum rapuit Nero loripedem, vel
Strumoſum, atque Vtero pariter, gibboq́, tumentem.

D

Vteri uox qd ſignificet?
Legas Virgilium, & Lucanum.
Perſius.

Interpretamur nos vocem Vterum æquipollere in ſignificatione ipſi abdomini, ſeu ventri inferno: Pueri nanque ventrioſi, ſeu ventricoſi omnium, vel iudicio ſunt deformes, tumor ille abdominis quacunque ſit ex cauſa, ſeu ex vitio lienis, hepatis aliquorumue Viſcerum, ſeu ex adipis, vel omenti turgeſcentia & mole quam indicauit Perſius his carminibus:

Vnge puer Caules mihi feſta luce coquatur
Vrtica, & feſta fumoſum ſinciput aure,

Vt

Vt tuus iſte nepos olim ſatur Anſeris extis
Cum moroſa vago ſingultiet inguine Vena,
Patritia immeiat vulua mihi trama figura
Sit reliqua? aſt illi tremat omento popa Venter.

Omnino venter debet eſſe modicus quantitate, atque infra thoracis ſuperficiem conformari, ſi Pulcer futurus eſt. Pulchritudinem autem intelligimus omnium partium, ex quibus conſtituitur, iuſtam conformationem; hanc non intelligentes noſtri temporis Pictores aliqui depingentes interdum Pueri nudi corpus, illos depingunt abdomine ſeu ventre inferiore (vt Anotomicorum verbis
A vtar) turgeſcentes: quos Plautus dixit antiqua voce ventrioſos, legimus enim in Aſinaria Act.2.

Merc. *Qua Facie veſter Sauria eſt? ſi is eſt, iam ſcire potero*
Litanus. *Macilentis malis, ruffulus aliquantum Ventrioſus,*
Truculentis oculis, commoda ſtatura, triſti fronte. *Plautus in Mercatore Act.4. in Rudente.*

Rationē vero huius pulchritudinis, aut iuſtitiæ docebimus in l. noſtro de Recta hominis Figura. Cæterùm vt cognoſcas veterum atque doctiſſimorum virorum hanc eſſe opinionem Ventrioſos nempe homines eſſe deformes præter Plauti ſententiam audi, quid ſcripſerit Platonicus nobilis.

Socrates & pauper erat, & deformis, inglorius, tenuiſſimis parentibus ortus *Maximus Tyrius.*
B abiectus (cur enim non eiuſmodi eſſet genitus patre lapicida?) ſimus Ventrioſus. Sed hæc animi gratia dicta ſunto, Venerem Celtarum fuiſſe vnam ex cauſis Eunuchiſmi docent iſta Claudiani carmina. *Cauſa eunuchizandi homines vna.*

—— Seu Parthica ferro
Luxuries vetuit naſci lanuginis vmbram
Seruatoq; diu puerili flore coegit
Arte retardatam Venere ſeruire iuuentam.

Altera cauſa Eunuchiſmi videtur eſſe iuxta ſcriptorum opinionem ipſa Puritas corporis, & Caſtitas quapropter Babilonius Rex ex omni Captiuorum tur- *Cauſa altera.*
C ba adoleſcentes adſpectu decoros, & forma præſtantes delegi iuſſerat, qui menſę Regiæ miniſtrarent, & quò mundiores forent Eunuchos effici voluit. Conſiderate luxum eorum ſæculorum, quem pariter ipſi Romani tenuere vtentes ætate puerili ad omnia fere miniſteria, nam & ſacris, & balneis & menſæ pueri ſeruiebant, cum legamus apud Iuuenalem.

Nec fruſtum Capræ ſubducere, nec latus Aphræ
Nouit auis noſter tyrunculus, ac rudis omni
Tempore, & exiguæ fruſtis imbutus offellæ
Plebeios Calices, & paucis aſſibus emptos
D *Porriget incultus Puer, atque à frigore tutus,*
Non Phryx, aut Lycius, non à Mangone petitus
Quiſquam erit, & magno cum poſcis, poſce latine,
Idem habitus cunctis, tonſi, erectiq; capilli,
Atque hodie tantùm propter Conuiuia pexi.
Paſtoris duri eſt hic filius, ille bubulci
Suſpirat longo non viſam tempore matrem,
Et Caſulam, & notos triſtis deſiderat hædos,
Ingenui vultus Puer, ingenuiq; pudoris.
Quales eſſe decet, quos ardens purpura veſtit,
Nec pugillares defert in Balnea raucus

Teſti-

Teſticulos, nec vellendas iam præbuit alas
Craſſa nec oppoſito pauidus tegit inguina Gutto.

Pueros autem inſeruire ſolitos faciundis ſacris hæc atteſtantur.

Iuuenalis.

Ite igitur Pueri linguis, animiſq; fauentes,
Sertaq; delubris, & farra imponit cultris
Ac molles ornate focos, glebamq; virentem,
Iam ſequar, & ſacro, quod præſtat rite peracto
Inde domum repetam, gracilis vbi parua Coronam
Accipiunt fragili ſimulacra nitentia cera.
Hic noſtrum placabo Iouem, laribuſq; paternis
Thura dabo, atque omnes Violæ tactabo colores. A

Eunuchiſmi cauſa tertia.

Eunuchiſmum adhuc ſuaſit ſtulta eorum temporum, hominum fabuloſa atq; deridenda Iſidis religio, cui duntaxat Caſtrati ſeruiebant ſacerdotes, quod fuit Gallorum inſtitutum. Qui autem ſint iſti Galli, docuit Plinius Hiſtoricus, verba cuius leguntur iſta, & libro quinto Hiſtor. cap. vltimo. *Attingit Galatia, & Pamphyliæ Caballiam, & Milyas, qui circa Barin ſunt, & Cyllanticum, & Oroandicum Piſidiæ tractum. Item Lycaoniæ partem Obigenē. Flumina ſunt in ea præter iam dicta, Sangariū, & GALLVS, à quo nomē traxere Matris Deûm Sacerdotes.* Qui & hæc poſteritati reliquit.

Plinius, lib. 10. c. 49.

Hinc non aliqua Gentium quoque in hoc diſcrimina (loquebatur de teſtibus maſculinis) & ſacrorum etiam, citra pernitiem amputantibus Matris Deum Gallis. B

Quem locum ſatis explicant ſequentia Iuuenalis carmina.

—— Ecce furentis.
Bellonæ, Matriſq; Deûm Chorus intrat, & ingens
Semiuir obſcæno Facies reuerenda minori
Mollia, qui rupta ſecuit Genitalia teſta,
Iampridem cui rauca cohors, cui tympana cedunt
Plebeia, & Phrygia veſtitur bucca tiara.
Grande ſonat, metuiq; iubet Septembris, & Auſtri
Aduentum, niſi ſe centum luſtrauerit ouis,
Et xerampelinas veteres donauerit ipſi,
Vt quicquid ſubiti, & magni diſcriminis inſtat,
In tunicas eat, & totum ſemel expiet annum.

Iuuc. Sat. 6. C

Propterea Claudianus inuehens in Eutropium Eunuchum canit.

Claudian.

—— Quid te turpiſſime bellis
Inſeris? aut ſanis pertentas Pallada campis?
Tu potes alterius ſtudijs hærere Mineruæ:
Tu Telas, non Tela pati, tu Stamina noſſe;
Tu ſegnes operum ſolers vrgere puellas,
Et niueam Dominæ penſis inuoluere lanam. D
Vel ſi ſacra placent, habeas pro Marte Cybellem
Rauca Celæneos ad Tympana diſce furores
Cymbala ferre licet, pectuſquè illidere pinu:
Inguinis, & reliquum Phrygijs abſcindere Cultris.

Officia Eunuchorū quę fuerint?

Quem ordinem iure damnauit Præceptor Diuinus ipſe Auguſt. in aureo de Ciu. Dei opere. Sed Offitiorum genera iam tractemus, quibus Eunuchi viuebāt addicti, & à Platone ordiamur, ita loquente ex Ficini doctiſſimi viri interpretatione.

Nunquid audiſti, quanta ſit Lacedæmoniorum Regum dignitas? quorum vxores publicè

obſer-

obſeruantur ab Ephoris, vt quoad fieri poteſt Rex non ex alio quàm Heraclidarum genere latenter oriatur. Perſarum verò Rex adeo excellit, vt nemo ſuſpicetur Regem ex alio, quàm ex ipſo genitum eſſe: quamobrem Regis vxor non ab alio, quàm metu cuſtoditur. Poſtquàm verò eſt natus Primogenitus, qui ſuccedit in Regno, primo quidem, cum diem omnes, qui ſub Regno ſunt, celebrant, atque ita in poſterum quotannis Natalem Regis diem ſacris, ac feſtis omnis Aſia colit. Cùm verò apud nos quis naſcitur, ne vicini quidem (vt ait Comadus) ſentiunt ò Alcibiades. Deinceps nutritur Puer non à muliere nutrice parum honorifica, verum Plato in Alcibiade primo.

A *ab Eunuchis, qui reliquorum circa Regem optimi videantur, quibus & alia quæ ſpectant ad curam Pueri demandantur, ac præcipuè vt Naſum quam pulcerrimum reddant, componentes membra eius atque dirigentes. Atque hæc facientes magno in honore habentur. Cum autem Pueri ſeptimum ætatis annum impleuerunt, ad Equeſtris Artis Magiſtros proficiſcuntur, deinde in Venationem tendunt.* Legas Xenophon. in Cyri Pedia.

Ex quibus Platonicis verbis conijcere fortaſſis liceat, Finem quoque alium à ſuperioribus eſſe potuiſſe ipſius Eunuchiſmi, vel homines Eunuchizandi, vt ſcilicet forent Nutritij Primogenitorum & omnino filiorum ipſorum Regum dum in puerili priori ætate filij viuerent. Atque talem nos arbitramur fuiſſe Photinum regis Ptolomæi. Ait enim hiſtoricus. *Eunuchorũ officiũ aliud.*

B *Erat in procuratione Regni propter ætatẽ pueri Nutritius eius Eunuchus nomine Photinus.* L. de Bello Ciuili.

Quem reſpiciens Claudianus dicebat.

—— Heu ſemper Ptolomei noxia mundo
Mancipia. En alio lædor grauiore Photino.

Cuiuſmodi hominum genus Perſarum Regibus familiare fuiſſe legimus apud Quintum Curtium Hiſtoricum non poſtremæ notæ, recitat enim circumdari ſoli tos Regem Darium atque Matrem illius, & Coniugem ab eorum gregibus. Inſuper oratio Platonica monet nos cõſueuiſſe Nutritium corpora filiorum adhuc tenella conformare, quod eſt offitium Coſmetices Medicinæ haudquaquã ut nonnulli falſo arbitrantur, ſoli purpuriſo, ceruſſæ, ſtibio emancipatæ fucandi colorem ergô: quæ portio damnanda viget nunc monſtroſis exemplis odioſa, porro *Eunuchi erãt familiares Regibus. Q. Curtius Hiſtor. Medicina. Coſmetices. Vera.*

C illa nobilior deſijt, atque obſoleuit, vitione hominum luxu diffluentium, an medicorum ignorantia non intereſt mea iudicare; Barbatuli, Togatuli medici mihi obtrectãtes cenſeant, quippe Oppidanum dedecet Medicum, & Vlmum Patauinum eruditiſſimis Theſſalis dare leges. Naſum conformabant Nutritij, veluti credere par eſt ipſis laminis plumbeis, & certa deligatione forinſecus addita tubulos vero intrinſecus adijciebant, quibus omnibus Nares tenellæ quaſi formulis conſtrictæ, beneſitio temporis accedente, formabantur. Naſum autem plurimi æſtimabant Perſæ ob Cyri memoriam, dignitatemque partis illuſtrem, quam docuimus abunde in opere noſtro de Faciei indiuidualitate capite proprio. Vbi præter Narium à nobis. *Notha. Iron. Naſus quomodo cõformabatur? Autoris Opera.*

D

Textus deficit.

Naribus Curtis vnitum reſecuimus Hyeme rigente) hæc verba leguntur ad Naſi dignitatem comprobandam ex Gentium teſtimonio. In primis Diodor. lib. primo Bibliothecæ, Aegyptiorum legibus ait ei, qui vi liberam mulierem conſtupraſſet, Virilia exſecari. Si ſine vi mille plagas verberũ infligi. Mulieri Naſum amputari, vt viueret in perpetua Deformitate, quæ Forma abuſa eſſet ad libidinem. Atque ſanè id generis argumentum ſeueriſſimum exiſtit quantum pertinet ad Gentium teſtimonia, vnde comprobatur cardinem Pulchritudinis Faciei eſſe ipſum Naſum &c. Voluimus hæc addidiſſe, foſſam & vallum quod ait Plato tran- *Naſi Dignitas. Diod. Sic. Bibliotheca Hiſtorica.*

ſilientes, propter latrones vigiliarũ noſtrarum, quos ego. Sed præſtat vrgere in-tutam ſuperiorem orationem. Inſeruiebant præterea Eunuchi mulierum,& uirginum cuſtodiæ,illis quoque miniſtrantes neceſſaria,ueluti docet Claudianus.

Claudian.

Offitia Eunuchorum.

Hinc honor Eutropio, cumq́; omnibus vnica virtus
Eſſet in Eunuchis thalamos ſeruare pudicos,
Solus adulteriis creuit, nec verbera tergo
Ceſſauere tamen, quoties decepta libido
Irati caluiſſet heri, fruſtraq́; rogantem
Iactantemq́; ſuos tot iam per luſtra labores
Dotalem genero, nutritoremq́; puellæ
Tradidit Eous rector, Conſulq́; futurus
Pectebat Dominæ Crines, & ſæpe lauanti
Nudus in argento lympham geſtabat alumnæ:
Et cùm ſe rapido feſſam proiecerat æſtu,
Patritius roſeis Pauonum ventilat alis

Et paulo inferius ad eoſdem canit in hanc ſententiam.

Offitia Eunuchorum.

Claudian.

Præfecti ſed adhuc Gemmis, Veſtiq́; dabantur
Cuſtodes, ſacroq́; adhibere ſilentia Somno
Militia Eunuchi nunquam progreſſa Cubile,
Non vita ſpondente fidem, ſed inertia tantum
Mentis pignus erat:

Auenzoar lib. Theiſir.

Conſentit Claudianus in poſtremis hiſce carminibus & Auenzoari Arabum ſectæ præſtantiſſimo Philoſopho,& Medico aſſerenti in l. 2. ſuæ Medicinæ. Tract. 3. cap. Eunuchos omnes eſſe malorum morum, atque vitioſos homines: cuius hęc ſunt verba. *Argumentum huius veritatis exiſtat Mithridates Eunuchus ex Diodor.*

Diod. Bibliotb. Hiſtor. lib. 11.

Eunuchorũ vitioſa Natura.

Dico, quod Teſticuli ſunt ex numero principalium membrorum, & eorum virtus eſt magna valdè, quia manifeſtè videmus, quod quilibet Eunuchus habet vocem ſubtilem, & èſt vilis conſuetudinis, & moris, & non eſt ſtabilis ſenſus, & vix vnquam inuenitur Eunuchus ſenſati ſenſus, & intellectus, nec legalis nec vnquam fuit auditus, quòd aliquis Caſtratus fuiſſet bonorum meorum. Sed forſitam aliqui reperiuntur, qui habent aliquam probitatem, cum idonea, & pulcra receptione, ſeu collectione, ſed hoc non habent à ſe, ſed à Doctrina aliorum: quia id, quod à proprio ſuo intellectu procedit, modicum valere, vel nihil penitus reperitur: Et aliqui iſtorum reperiuntur, qui non fugerent à Leone, & ſunt facientes magna Dona. Et iſti quidem aliquando fugantur à modico quid,& recipiunt retrò modicum, quod prius dederunt.

Ex qua ſententia patet negare Auenzoarem Eunuchis virtutẽ ineſſe aliquam moralem, Intellectus contemplantis lumen, pręterea Religionẽ. Vnà ſentit Phylo Iudæus lib. de Temulentia, vbi explicans myſtice Eunuchos Pharaonis talia ex interprete doctiſſimo loquitur.

Philo Iudæ lib. de Temulentia.

Rex Aegyptiæ Regionis, id eſt Corporis paulò antè infenſus viſus. Pincerna miniſtro Temulentiæ, mox ei reconcitiatus in ſacris libris introducitur, gliſcente concupiſcentia tactus eius deſiderio, idque in die natiuitatis corruptibilis, non in incorruptibili luce illius Ingeniti luminis. dicitur enim fuiſſe Dies natalis Pharaonis, quando è carcere Principem Pencernarum reuocauit ad miniſterium, hoc enim proprium eſt amatori corporis, ut præclaras putet res natas, & corruptibiles, eo quòd denſiſſimis tenebris præpediatur, quominus noſcat incorruptibiles. ideo ſtatem principum voluptatum temulentiam eiuſque miniſtroſa beneuolentia complectitur. Sunt autem luxuriantis animæ tres familiares cubicu-

cubiculary, Princeps piſtorum: Princeps coquorum: Princeps pincernarum, quorum admirandus ille Moſes ſic meminit: Et iratus Pharao duobus Eunuchis, piſtorum principi, & pincernarum principi miſit eos in carcerem principis coquorum. eſt autem & coquorum princeps Eunuchus dicit enim alicubi:

Abductus eſt Ioſeph in Aegyptum, & emit eum Eunuchus Pharoonis princeps coquorum & rurſum: Vendiderunt Ioſeph Spadoni Pharaonis coquorum principi. Sed cur nec viro, nec mulieri committuntur dicta officia? An quia ſeminare viris, ſemen excipere mulieribus à Natura datum eſt, ex quorum congreſſu & natiuitas omnium, & Generis conſeruatio prouenit? ſterilis, autem offitium eſt gaudere piſtorijs operibus ſumptuoſis, atque poculis, & curioſis condimentis cupediariorum, vt quæ nec virtutis maſculum ſemen emittere valeat, nec emiſſum excipere, nutrireque, ſed tanquam exile, ſaxoſumque aruum, tantummodo apta ſit ad corrupendum ea, quæ ſemper viuere debuerant. Hic decretum ſtatuitur omnibus vtiliſſimum, quod quiuis opifex voluptatis nō gignit ſapientiam, cum nec Mas ſit, nec Fæmina: & cum nec indere, nec excipere ſit idoneus ſemina ad immortalitatem facientia, meditatur, quod turpiſſimum eſt in vita exercitiū, vt corrumpat incorruptibilia, & extinguat inſitos naturæ igniculos inextinguibiles talium nulli Moſes permittit ingredi Eccleſiam Dei. interdicit enim ne Spado, & Exectus ingrediatur in Eccleſiam Domini. *Phylo iuda.*

Philoſtratus pariter ſubſcribere videtur opinioni huic ſcilicet Eunuchos eſſe peſſimū genus mortaliū: cuius opere autoris interea deſtituti vobis damus, quod iuxta ipſius mentē ſcribit honori ficetiſſimę ſemper memorię Bernardinus Scardeonius Patritius Patauinus, vir, cui doctrina, morum probitate (excipio ſemper ſanctitate Heroas conſpicuos & venerandos) neminem præferas, aliquem fortaſſis inuenias parem: hic lib. de Continentia Sacerdotum ait. *Philoſtratus* *Bernardin. Scardeonius Patauinus l. de Contināētio, Sacerdotum.*

Dura imperia tolle, quid Virtus erit? Præclarè ergo Apollonius Tyaneus, (vt ſcribit Philoſtratus) dicere ſolebat, non rectè ſibi videri, vt Eunuchi in numero temperatorum, & continentium hominum aſcriberentur: quia coacti, & violentia quadam compulſi continerent; non labore, & virtute conſtantiæ: quandò continentiæ munus ſit, eſſe quidem cupientē, & appetētem Veneris, nec tamen turpium tetillatione libidinum ſuperari. In eo quidem aiebat humanam quampiam ineſſe virtutem, quæ poſſit cupiditates eiuſmodi ſubdere rationi. Per ea ergo, quæ hic in tanto certamine nos aſſiduè exercent, ſollicitant, atque fatigant: approbari ſanè magis, ac corroborari debemus, quàm frangi: ſi modo viri ſimus, & quicquam præter Carnem ſapiamus. Conijciat præterea vnuſquiſq; malitiam nefandam huius hominum generis ex deteſtanda opinione Photini, qui fuit Eunuchus nutritius Ptolomei Regis, cuius iuſſu Pompeius interijt audite ingenuæ hominum mentes huius Eunuchi monſtri dæmoniacam ſententiam.

Quæ opinio de malitia Generis Eunuchini vtcunque vera eſſe poſſit phyſicè eſt intelligenda non autem ſimpliciter de omnibus indiuiduis, legimus nanque in Actis Apoſtolorum, Eunuchi Reginæ Candacis religionem eximiam, cuius hæc eſt hiſtoria. *Textus deſcit.*

Et ſurgens abijt, & ecce vir Aethiops, Eunuchus potens Candacis Reginæ Aethiopum, qui erat ſuper omnes gazas eius: venerat adorare in Ieruſalem: & reuertebatur ſedens ſuper Currum ſuum, legensq; Iſaiam Prophetam. Dixit autem Spiritus Philippo, Accede, & adiunge te ad Currum iſtum: Accurrens autem Philippus; audiuit eum legentem. Iſaiam Prophætam, & dicit: Putaſnè, intelligis quæ legis. Qui ait, & quomodo poſſum, ſi non aliquis oſtenderit mihi? Rogauitq; Philippum vt aſcenderet, & ſederet ſecum. Locus autem ſcripturæ, quam *Eunuchus Reginæ Cādacis.*

legebat erat hic. Tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt: & ſicut agnus coram tondente ſe ſine voce, ſic non aperuit os ſuum. In humilitate iudicium eius ſublatum eſt. Generationem eius quis ennarrabit, quoniam tolletur de terra vita eius? Reſpondens autem Eunuchus Philippo, dixit obſecro te, de quo Propheta dicit hoc: de ſe, an de alio aliquo? Aperiens autem Philippus os ſuum, & incipiens à ſcriptura iſta euangelizauit illi Ieſum. Et dum irent per viam, venerunt ad quandam aquam: & ait Eunuchus, ecce aqua, quis prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus, ſi credis ex toto corde, licet. Et reſpondens ait: Credo filium Dei eſſe Ieſum Chriſtum, & iuſſit ſtare currum: & deſcenderunt vterq; in aquam Philippus, & Eunuchus, & Baptizauit eum. Cùm autem aſcendiſſet de aqua ſpiritus Domini rapuit Philippum, & amplius non vidit eum Philippus A

Officiũ Eunuchi aliud.

De quo Eunucho legas Epiſtol. CIII. Hier. ad Paulinum Tom.3. Eunuchi adhuc ſeruiebãt mulieribus Anteambulones quemadmodum legimus apud eundem Hier. D. in epiſt. de cuſtodia virginitatis vbi ait.

Neque verò earam tantum, te cupio declinare congreſſus, quæ maritorum inflantur honoribus, quas Eunuchorum greges ſepiunt, & in quarum veſtibus attenuata in filum auri metalla texuntur: ſed etiam eas fuge, quas viduas neceſſitas fecit, non voluntas: non quod mortem optauerint maritorum, ſed quod datam occaſionem pudicitiæ non libenter acceperunt. B

Atque in eadem Epiſtola paulo poſt. ait.

Vidi nuper (nomen taceo ne ſatiram putes) nobiliſſimam Romanorum mulierem in Baſilica Beati Petri, Seminiris antecedentibus, propriâ manu, quò religioſior putaretur, ſingulos nummos diſpertire pauperibus.

Textus deſicit.

Ratio autem hæc præcipuè me mouit ad retundendam hoc pacto effrenem adeo illorum petulantiam, ne quis ſilentium meum inertiam, ſtupiditatem exiſtimaret meam, ne quis inquam aut eorum obtrectatorum, aut illorum, qui calumnias audiuere. Neque homo ſcriptura quaſi decempeda metiatur ipſam rem, dicẽs nihil aduerſus me fuiſſe exaratum. Fateor: vtinam ſcripſiſſent, aut ſcribendi cacoethe illos teneret. Cauſæ publicæ occaſione viris rerum gubernacula tenentibus inſuſurarunt aduerſus me calumnias & exhalauit opaca Mephitim gula illorum Acherontica. Sed ſcrobs huiuſmodi illis non fauit: nam facta ſunt cuncta palam, & fient. Pudeat iam vos nuncupaſſe me oppidanum medicum, fæcem ignorantiæ deprauatæ hominum omnium. Sunt, erunt qui teſtimonium perhibituri ſunt viri ingenui, atque fama Scientiarum neruoſa illuſtres, at mihi Plautinum illud interea ſuccurrit. C

Apologia Filii Autoris.

Baccha Bacchanti ſi uelis aduerſarier,
Ex inſana inſaniorem facies, feriet ſæpius.

Quapropter crabrones iſtos præſtat læthargo foueri inſano, aut inſanos, dono illis vtrumlibet. Sed pomis natantibus (velut eſt commune dicterium) iam relictis quod eſt reliquum huius Muſæi humanioris Eunuchorum deambulantes inſiſtamus. Quærat nec iniuria ſtudioſus cur honoris cuiuſdam teſtimonia ſeu dignitatis præcellentis forent Eunuchi? certum nanq; exiſtit illos tales fuiſſe quia Reges duntaxat, vel pecunia præpotentis illis miniſtris, ac ſeruis vterentur. cui vt ſatisfaciamus pro modulo ingenij noſtri, dicimus id vel pretij, vel ſexus occaſione contingere. Nam quis exiſtimare poſſet ipſum Eunuchum præſtare ſexui fæmineo. Præterea id generis homines, aut mortis periculo, quod adibant in Eunuchiſmo, aut alia ex cauſa plurimi vænibant: ſiquidem auctiori pretio vendebantur Semiuiri, quam Viri, niſi perperam intelleximus nos hæc Claudiani Carmina. D

—— Rapitur caſtrandus ab ipſo

Vbere,

Vbere, ſuſcipiunt Matris poſt viſcera pœna:
Aduolat Armenius certo mucrone reciſos
Edoctus mollire mares, damnoq; nefandum
Auctnrus pretium:

Quapropter eſt forſan, quod homo deſiderare poſſit in Maximo Tyrio Phyloſopho Platonicæ ſectæ nobili, qui loquens de caritate aut vilitate rerum ait. *Maximus Tyrius ſer. 23.*

A *Verum ſi quis his quæ ad vſum hominum faciunt, dimotis cum his conferre voluerit, atq; etiam expendere ipſa bona, inueniet quidem, (vt opinor) ea, quæ ſpectant vſum, modo caritatem, modo vilitatem accipere, aut à tempore, aut à lege, aut à voluptatibus, aut à moribus, aut etiam à fortuna cuncta deorſum, ſurſumq; verſante.*

Scaliger Caritatem aſcripſit carendi metui, quando ait.

Aliud reor apud Phyloſophum Amare: aliud carum habere. Amor enim quo rem amo, quam poſſideo, cum ſit Fruitio, & Fructu amabo: ſiue Fructus ſit in neceſſitate, vt vita: ſiue in Vtilitate, vt Deambulatio: ſiue in uoluptate, vt in aſpectu viridariorum. At eodem modo fruar Indicis rebus, quæ mihi dono datæ ſunt, atque ſi frequentes in Foro venirent. Aequales igitur Amor eſt, tam in raris, quam in vulgaribus, ſed Indica cariores ob carendi metum. *Exerc. Exot. 301.*

His ita determinatis de Nomine, Speciebus Inuentoribus, Tempore, Fine atq;
B Officijs Eunuchorum quæ omnia pertinent ad eorum narrationem hiſtoricam arbitramur non ingratiſſimam futuram eſſe Appendicem id generis. An Eunuchiſmus exerceatur ab Animalibus? omnino fatendum eſt in Animali ab Animalibus exerceri Eunuchiſmum, Plinio autore non contemnendo talia ſcribēte. *Eunuchiſmus, an exerceatur ab Animalib.*

Hyenæ plurimæ gignuntur in Africa, quæ & Aſinorum ſylueſtrium multitudinem fundit. Mares in eo genere ſinguli fæminarum gregibus imperitant. Timēt libidinis æmulos, & ideò grauidas cuſtodiunt: morſuq; natos mares caſtrant. Contrà grauidæ latebras petunt, & parere furto cupiunt, gaudentq; copia libidinis. *Plin. lib. 8. Hiſt. c. 30.*

Quod ſi fabuloſum exiſtimēt ſcrupuloſa, ſuperciliosa ingenia Orbiliorum quorundam, ij negent oportet Apum & Formicarum ordines Reipublicæ ſenſu dictante, intellectu cognoſcente, perſimiles, cæteraq; opera brutorum ſenſibus
C conſpicua noſtris, in quorum nonnullis ait Præceptor Ariſtoteles, atque docte admodum, elucent veſtigia, ſeu imagines affectuum, & morum humanæ ſpetiei, quæ ſanè vbi compares Eunuchiſmo ſunt ipſo digniora & ſublimiora docebitur vnuſquique ex philoſophia ſpetierum, non hac Principiorum, quæ ſola per ſe non erudit hominem, at coniuncta Phiſicæ ſpecificæ, & hanc niſi quis teneat ſoleo egointerdum iocans dimidiatum Philoſophum appelare, atque Muſcam alarum altera duntaxat volantem. An in ſeipſis & corpore proprio Animalia quædam exerceant Eunuchiſmum definire non auderemus? leguntur attamen carmina iſthæc.

—— Imitatus Caſtora, qui ſe *Iuuenalis.*
D *Eunuchum ipſe facit, cupiens euadere damno*
--- Teſticulorum, adcò medicatum intelligit inguen.

Quam ſententiam lepidè admodum Poeta noſter Ferrarienſis doctiſſimus ita vertens canebat Poemate ſuo Rolandi. *Arioſtus.*

E diſſe, ch'imitato hauea il Caſtore
Il qual ſi ſtrappa i Genitali ſuoi
Sentendoſi alle ſpalle il Cacciatore,
Che ſa, che non ricerca altro da lui.

Concludamus huiuſmodi narrationem hiſtoricam Eunuchorum, periodo quadam gratioſa, quam à viro doctiſſimo mutuamus.

Dion in Traiani vita ſcribit. *Dion Hiſt.*

Ad

Ad Hierapolim ſyriæ, quam nonnulli Alepum rentur, eſſe tetri, ac lęthalis odoris ſpicum. Quicquid eiuſmodi halitum hauriat animantium interire. Solos Eunuchos illius maleficij, ac notæ expertes eſſe.

At quò valeant obtrectatores noſtri viri eruditiſſimi ſenſu ipſo cognoſcere, atque deridere apertiùs doctrinam oppidanam, rudem, vagiēti puero lallanti nulla ex parte diſſimilem decreuimus nectere ſuperioribus hiſtoriam Combali Eunuchi recitatam ab Aerodio Decretorum ad Thuanum lib. ſexto ad S. C. Turpilianum. A
Hiſtoria Combali Eunuchi Ex Luciano &c.

Ex luciano de Siria Dea Ex Nicephoro li. 16. cap. 26.

Seleucus Rex Aſſyriorum Iunonis placandæ cauſa Stratonicem vxorem iuſſit in Syriam proficiſci, ibique in Sacra Ciuitate conſtruere Templum, ideoq́; & Pecuniæ cuſtodē, & Exercitus Ducem, & Comitem Vxori conſtituit Combalum formoſiſſimum adoleſcentem. Is contrà diu, fruſtraq́; recuſauit: etenim verebatur ne tanti fauoris inuidia in ſuſpicionem probri citò deduceretur. Itaque ut ſibi metum iſtum ſubleuaret, audet facinus admirandum. Exſecat ſeſe, & Virilia vaſculo obſignat: deinde cum proficiſceretur Seleuco Regi diligenter, commendat & obteſtatur, tutum, integrumq́; vt in reditum ſeruet. Tunc ſecurus iter inſtituit. Vnde ei vero prima calamitas? ex Stratonice: ardet ea amore adoleſcentis, poſtremo ſimulat ebrietatem, vt Combalo, ſi negaret, temulentia magis, quam impudititia videretur. Obſtantem enim malis conatibus verecundiam Ebrietas remouet, inquit Saneca. Veruntamen cum ea ſic vrgeret, vt alioqui manus ſibi allatura videretur: adoleſcens neceſſe habuit rem, conſiliumq́; ſuum prodere, deſiiſſe eſſe verum, ne ei vir vnquā eſſe poſſet. Igitur amore in amicitiam verſo, deinceps quidem verſatur cum eo confidentius, atque familiarius. Quapropter inſimulatur apud Seleucum, ſtatem reuocatur, habeturq́; in vinculis: poſtremò citatur reus. Rex coram Proceribus accuſat eum, & adulterium comiſiſſe, & fidem Domino violaſſe, & impie ſe geſiſſe erga Deum cuius operi, & cultui dum vacabat, tam ſpurca, & flagitioſa perpetraſſet. Erant (vt fieri ſolet) qui congratulandi cauſa atque odio Combali affirmabant vidiſſe ſe eum rem habere cum Stratonice, itaque & quia præſens nihil reſpondebat damnatus eſt. Vbi verò ad ſupplicium trahitur, clamare incipit, ſe non impudicitia, ſed Auaritiæ cauſa crudeli interfici: nempe quò Seleucus intercipiat Vaſculum, quod eius fidei comiſiſſet abeundo. Rex vt vitaret hanc ſuſpicionem coram omnibus Vaſculum exhiberi iubet. Tunc Combalus aperto vaſculo, & productis Teſtibus Non me debueras (inquit) (ò Seleuce) accuſare apud quem erat Domi tua tam præciſa defenſio. Itaque Seleucus cum admiratione reum legibus eximit: Calumniatores morte, (quia nunquam vxor apud Maritum accuſanda eſt, aut afferri debet manifeſtiſſimum crimen) Combalū præmijs afficit: maximè vero hoc Priuilegio, ut quotieſcunque ei commodum videretur, nemine impediente, & licet inuocatus ad Regem accederet. Denique & ænea ſtatua donauit, quæ muliebri forma, tamen habitu virili in illo ipſo Templo locata eſt. Sed qui deinde Eunuchi facti ſunt, eos veſte muliebri indui placuit; videlicet à Combalo etiam occaſione ducta, qui quod eius deſiderio mulier item alia deperijſſet, mortemq́; ſibi conſciuiſſet, vbi eum euiratum eſſe nouit, ne vlla amplius habitu ſuo quæ ſexu deciperetur, abiecto virili muliebrem ſumpſit.

Iuſtinus. Martyr.

Non occultabimus hiſtoriæ huius occaſione quod à Iuſtino Martyre narratur in Apologia ſecunda pro Chriſtianis, fuiſſe; qui vt Ethnicis perſuaderetur, falſum eſſe, quod vulgo ferebatur de promiſcua Venere in cætu, & myſterijs Chriſtianorum per libellum oblatum Felici Alexandriæ præſidi poſtulauerit, vt ei permitteretur, Medico ſe excidendum præbere (quia dicebant Medici, hoc ſine Decreto Præſidis non licere, forte ex conſtitutione D. Hadriani) ſed Fælicem libello ſub ſcribere noluiſſe. itaque Iuuenem Chriſtianum integrum permanſiſſe, fretum ſua ſuorumq́ue conſcientia, non debilitate. Nec iſta quaſi fabuloſa ſunt reijcienda, nam & Amonius Monachus ſub Valente, Gratiano, & Valentiniano, præciſa

Amonius. Monachus.

ſibi auricula obtinuit, ne inuitus Epiſcopus ordinaretùr vnde & παρωτης cognominatus eſt.

At nos interea Medici pronuntiemus ex vèterum teſtimonio vtilitatem Eunuchiſmi, quam fortaſſi ignorauit Paulus Aegineta, ſi diligentius lubet conſideraſſe quod ſcripſit ad Eunuchiſmum. ſic & obtrectatoribus noſtris oſtendemus in priſcorum monumentis Medicorum lucubrandis exercuiſſe ingeniolum noſtrum. Etſi nos (quod illi aiunt) oppidani ſimus Medici, at ò tu inurbane officij A Medicinæ expers maleuole.

Eſt prope te ignotus cubito qui tangat, & acre *Perſius.*
Deſpuat in Mores.

Proſequamur, legite eruditi. Archigenes docuit nos Aëtio referēte nonnullos Elephantiaſi laborantes morbo inter ſæuiſſimos, admodum odioſo Caſtratione fuiſſe curatos, unde Medici, qui mihi obtrectant, vtinam nouiſſent deſumere indicia aliqua ad morbos peculiares curandos. Atque vt propoſitum Eunuchiſmi beneficium cuicunque magis exiſtat in promptu ſubijcere volumus, quæ ex libris Archigenis deſumpſit Aetius.

B DE ELEPHANTIASI. Ex libris Archigenis. Cap. CXX.

ELEPHANTIASIS à quibuſdam Leontiaſis, ab alijs Satyriaſis appellatur. Elephantiaſis quidem à magnitudine & diuturnitate affectionis nomen accepit, imò & propter cutis aſperitatem, quæ in quibuſdam ſuccedere conſueuit. Leontiaſis autem appellatur, quum frons ægrorum cum quodam tumore laxior redditur, ad ſimilitudinem pellis flexilis ſuperciliorum leonis. Satyriaſis verò dicitur propterea quod malæ faciei iiſdem cum rubore attolluntur, & muſculis maxillaribus veluti conuulſionem patientibus; mentum ipſum dilatatur, C quemadmodum etiam ridentibus euenire ſolet, ſimilitudine quadam ad picturas ſatyrorum: quin & alacritas vehemens ad coitum ipſis adeſt, quemadmodū & de ſatyris fertur. Eſt autem grauis morbus & propè ex eorum numero qui incurabiles exiſtunt, & grauis quidem eſt ipſi ægro, intolerabilis autem conſpicientibus, vtpotè qui ipſum omnino auerſantur, adeò vt & pleriq; ex neceſſarijs & domeſticis ægri ipſius conuerſationem deuitent. Etenim ſuſpitionem de ſe præbet malum tanquam ſit contagioſum. Atque ego ſanè malum eſſe affirmo cum ipſis conuerſari: inquinatur enim aer quem inſpirando attrahimus ex vlcerum fœtore, & ex vitiata ſpiritus exhalatione. Cæterum affectio ipſa non ſolum ob id grauis eſt, quòd indiſſolubilem, ferè habeat ſtructurā & apparatum, ſed quod principia generationis eius fermè ſint ignota, quum enim circa ſuperficiem iam veſtigia eius apparent, tunc non gignitur, ſed per- D ficitur, intus à viſceribus initio facto, & progreſſu vſque ad cutem dilatato: quare non abſimile eſt, tumentes eminentias etiam in internis oboriri. Apprehenduntur autem hac affectione viri magis quàm fœminæ atque inter illos magis qui craſſum & viſcoſum ac atra bile redundantem ſanguinem habent, & qui pituitam multam ſalſam aut acidam gignunt. Amplius verò & qui victu craſſo & ægrè concoctili vtuntur, & qui in otio degunt. Non minus verò his & qui multis exercitijs inordinatè vtuntur, & per hoc ſanguinem inſpiſſant. Itemq; hi qui cibos aſſiduè in ventre corrumpunt: quod verò ad ætatem attinet, pueri, & iuuenes, maximè quo tempore pubeſcere incipiunt. Regio verò huius mali inductrix eſt, tum quæ valde calida eſt, tum quæ vehementer frigida eſt. Et altera quidem ob id quòd ſanguinem adaſſet: altera quòd frigore ſuo eundem congelet, & perſpirationes prohibeat, ac inſitum calorem ſuffocet.

Elephantiaſis Etymū. *Leontiaſis.* *Satyriaſis.* *Contagio dirimit Societatem.* *Origo morborū occulta reddit illos inſuperabiles.* *Aptitudo eſt A Sexu. A Tēperie. A Victu. A Vita inſtituto. A Regione.*

ſuffocet. Conſequitur eos qui obnoxij futuri ſunt malo, ſegnities, ſpiratio tarda, ſpirandi difficultas, motus difficilis, aſſidua conſtrictio alui, vrinarum, veluti ſunt iumentorum lotia, excretio, reſpiratio grauis & fœtida, ructus continui, qui etiam ipſis ægris aliquid moleſtiæ addunt, appetitus non obtuſi quidem neque inflammati, impetus in venerem intenſus. Iam verò vbi ad cutem progreſſum fuerit malum, malæ primùm craſſiores fiunt & mentum, deinde rubeſcunt, non florido, ſed liuido rubore. Et ſub lingua venulæ varicoſæ fiunt ac nigreſcunt: quod ſignum eſt etiam viſcera ipſa in ſimili conſtitutione eſſe, eiuſmodi planè qualis in porcis A *quibuſdam circa interna videtur, quæ Grandinis nomine inſignitur. Quandoque vero, & per omne corpus eminentiæ apparent, & præſertim iuxta ſummam frontem ac mentum. Corpus præterea ipſorum magnum eſſe videtur, & cuiuſdam intolerabilis grauitatis ſenſus eis adeſt, vnde neque potu, neque cibo admodum ſuauiter delectantur. Puſillanimes fiunt ad omnia, neque præ vitæ amore vitam relinquere & contemnere poſſunt, neque naffectinem ipſam generoſo animo perferre. Verùm veluti ſeipſos condemnantes ſe occultant, & notos homines vitant. Quidam porrò ex eis, ad modum eorum qui ſuffocantur, aut ſtrangulantur, maximè circa ſomnos afficiuntur. Quemadmodum igitur perfectè à malo eiuſque diuturnitate victis fruſtrà manum admouemus, ita & abſtinere ab his qui iam affectione corripi, & tentari videntur, planè deſperantium hominum eſt, & malignorum. Humanum enim & plenum beneuolentiæ ſignum eſt, in extremis etiam malis vſque ad experimentum, procedere ad diffi-* B *cultatem affectionis compeſcendam.*

De his qui caſtrantur. Cap. XXII.

Novimus quoſdam audaciores qui ſibiipſis teſtes ferro reſecarunt; caſtratis enim non impetus malum ipſum procèderet. Neque enim temerè reperias, inquit Archigenes, vllum aliquem caſtratum elephantiaſi laborantem, neque item facilè mulierem: Quare etiam *Analogiſmus.* *quidam ex confidentioribus Medicis manum admouerunt, & quotquot ſanè ex eis ex ſectione periculum euaſerunt, per conſequentis curationis vſum perfectè ab hac maligna affectione* C *liberati ſunt.*

DE CASTRATIONE FAEMINARVM HVMAnarum, quæ à me dicuntur Eunuchæ.

CVM hæc ſcripſiſſemus, opportunò ſuccurrit legiſſe nos ætate noſtra ſuperiori apud antiquos rerum ſcriptores etiam Fæminas noſtri generis caſtrari conſueuiſſe: quapropter me operæpretium facturum ſum arbitratus priori narrationi hoc quicquid fuit moris addidiſſe. Qui enim poteſt eſſe vel iniucundum, vel ingratum D (niſi amuſis hominibus) hoc hiſtoricum monumentum? ſcribam porrò quæ legiſſe interea temporis recordor, duntaxat priſcorum dicta recenſens cęterùm à iuditio eorundem abſtinens. legetur enim illud in commentarijs meis de Primo Gradu Fac. Gen. & legitur adhuc in ijſdem. *Opus Autoris.* Qui mihi illa ſuffurati ſunt, nouere: interim hac indicatura facta monemus, caueant: conſultumq; *Qui ſcripſerunt de Caſtratione Fœminarum.* ſit illis latrocinium non conduplicare. Qui ſcripſerunt de Caſtratione fæminarum humani generis fuere. Dioniſius Scythobrachion. Xanthus lib. 2. Lydiorum antiquior Dioniſio: Galenus lib. 1. de ſemine cap. xv. Athæneus lib. 12. *Athæneus.* ſcribit in hanc ſententiam. *Lydij* adeò luxu corrupti ſunt, vt *primi Fæminas Caſtrauerint*, quod refert *Xanthus lydius* vel Autor Hiſtoriarum, quæ ipſi adſcribuntur,

tur, Dionyſius Scythobrachion, vt ait Artemon Caſſandreus in Opere de librorum collectione, neſcius tamen Ephororum Scriptorem eius meminiſſe, vt Antiquioris, & qui Herodoto argumentum ſcribendi dediſſet. Xanthus ergo lib. 2. Lydiorum ait.

Lydorum Regem Andramytin Fœminas primum Caſtrauiſſe, & Eunuchorum loco, illis vſum fuiſſe. Xanthus li. 2. Lydiorũ.

Huculque Athenæus. Doctiſſimus Vir Alexander ab Alexandro hinc fortaſſe A deſumpſit occaſionem ſcribendi hoc teſtimonium, quod legitur in opere ſuo, cui eſt index titulus. *Dies Geniales*.

In Arabia Gens eſt, Creophagos vocant, quibus nedum Viri, ſed Mulieres Iudaicè excindi ſolebant ſicut de Andramyte Lydorum Rege, qui primus Eunuchas fecit Mulieres, ſermo proditus eſt: Quo exemplo aliquando Mulieres in Aegypto excindebantur. Alex. ab Alex. Lib. 2. cap. 25. Dierum Genialium.

Omnino cogor dicere, quæ ſentio. Liberalia Neapolitanorum Ingenia parcãt, Alexãder fuit Scriptor ex eorũ genere, qui Rhapſodici dicũtur ſi plura, quæ ſunt in hoc opere ſcripta, conſideraueris, id generis autem Autorum intereſt (ego ſi quid ſentio) referre ſignatiſſima verba illorum, vnde excerpunt, alioqui nec Fidei, nec Iuſtitiæ, Humanitatiſuè ratio conſtiterit. Quis amabò credat Alexandro B Exciſionem Fœminarum ab ipſo relatam? Nonnè dixerit Lector Auditorue Prudens Hæc Alexander nouiſſe ex ſeſe tàm Antiqua non potuit, itaque ab alio: cur occultat, vel non recenſet Autorem, à quo deſumpſit? An ſuum vnicuique reddendum non ſit? Neminem ſibi perſuadere poſſe arbitror, Iuſtitiæ Imperium anguſtis adeo circunſcribi Pomœrijs, vt illa in Bonis duntaxat verſetur Externis. Fallimur omnino, ſiquidem latiora ea ſunt, & prҿter cætera includũt ipſius Animi Bona, quæ precioſiora exiſtunt fugacibus, atquè Temporarijs. Quinimo id ego ſentio, liberalis viri intereſſe, palam profiteri, per quos profecerit: Eſt enim & animi ingenui cui debeas, eidem plurimum velle debere. Præterea ſcriptores Rhapſodici vbi referunt utoris priſci Teſtimonium nonne aſpergunt illam, quæ etiam in Picturis eſt gratiſſima, Vetuſtatis ſemper venerandҿ ſuò operi Au- Rhapſodici ſcriptoris officia.
C toritatem, quæ in Verborum uſu laudatur etiam ab eloquentiæ Magiſtro? Summa ſummarum ſatius ego iudico (& hoc ad Prudentiam ſpectat) periclitari aliorũ Fidẽ, quã ſui ipſius. Fœlix ille eſt, qui alieno periculo diſcit. Sed tueri oportet Alexandrum Neapolitanum, nemo enim non debet ſcriptori cuiuſcunque generis, docere ſatagunt Autores nec abſque ſummo diſpendio, volunt ſemper prodeſſe, obeſſe nunquam, multis atque adeo innumeris obuallantur difficultatibus, quæ notæ ſunt ipſis, ignotæ cæteris hoc Syſiphi Saxum non experientibus, multa ſunt, quæ tranſuerſos agunt, voluntatem impediunt etiam doctiſſimorum & liberalium ingeniorum, ijs autem diſtrictus fortaſſe Alexander Neapolitanus accepta hҿc non retulit Autori, a quo deſumpſit. Rem ineamus, Exciſio, qua vte- Quintil. Li. 8. Inſt. orat. cap. 3.
D bantur Aegyptij, pertinet ad Nympham Fœminarum, & appellatur hæc operatio Nymphotomia, de hac Paulus Aegineta, & Aetius Græci ambo ſcripſere, præterea & Autor libri, qui inſcribitur Medicus. Oratio eius hæc. Exciſio Fœminarum Aegyptiarum.

Muliebris autem Pudendi (ſic enim nominaui ipſum) ſinus ipſe Κτεὶς, *id eſt Pectem vocatur. At quæ Sinum ambiunt Alæ vocantur. Inter has autem Caruncula ad Fiſſuram exorta, Græcorum lingua* Νύμφη *nominatur noſtra, Colliculum appellare licet: quam, quòd multo promineat, Aegyptij in Virginibus Excidere conſueuerunt.* Paulus vero ſcribit: Autor lib. Medicus. cap. 10.

Quibuſda ingentis magnitudine eſt Nympha, ita ut indecora turpitudine occurrat, & quẽadmodum aliqui narrant, aliquæ per hanc partem etiam arrigunt velut viri, & ad coitum concitantur. Quapropter ſupina locata muliere, quod ſuperfluum eſt in Nympha, id volſella Paulus Aegin. lib. 6. c. 70.

apprahenſum ſcalpello reſecamus, vitantes vt ne ex profundo ipſam excidamus, ne Rhiadita id eſt ficida affectio, ex hoc ſequatur. Sed & caudam quæ carnoſa ab vteri oſculo excretio eſt, & muliebre pudendum replet, aliquando verò etiam ad externas partes inſtar caudæ promi net, ſimiliter vt nympham reſecare oportet. Aetius verò ſcribit:

Aetius ſer. 4.c.103.

Nympha ſubſtantia quædam eſt muſculoſa, aut pelliculoſa ſupra alarum pudendi commiſſuram ſita, quo loco vrinarius eſt meatus. Hæc in aliquibus mulieribus ad tantam magnitudinem augetur, vt d formitatem ac pudorem inducat. Quin & à veſtimentorum contactu aſſiduo arrigitur, & ad venerem ac coitum proritat. Quapropter Aegyptijs viſum eſt, vt antequam exuberet, amputetur: tunc precipue quum nubiles virgines ſunt elocandæ. A *Amputandi verò modum hunc tradunt. Virgini in ſella locata retro aſſideat adoleſcens robuſtus, qui brachia ſua poplitibus virginis ſubyciat, cruraq; eius ac totum corpus regat. Et tum chirurgus ante ipſum ſtans, forcipe ampliori nympham corripiat, & per ſiniſtram manum diſtendat, per dextram verò prope forcipis dentes reſecet. Menſuram autem reſectionis eandem quam in columella ſectione ſeruare oportet, vt ne funditus ipſam reſecemus, ſed ſuperuacua tantum pars amputetur: proinde prope dentes forcipis nympham reſecandam eſſe diximus, quoniam quum pelliculoſa ſit, plurimum extenditur, & niſi quis diligēter obſeruet, facile vltra quàm oportet amputationem faciet, atque hinc carunculæ decrementum, rhœada græci uocant, conſequitur: peracta chirurgia, ſpongia ex vino adſtringēte aut aqua frigida* B *expreſſa uulnus detergeatur, & manna thuris inſpergatur, & linamētum poſca madefactum indatur. Et ſpongia ex poſca expreſſa ſuperdeligetur.*

Scriptores iſti referunt exectionem Nymphæ ob duplicem finem adminiſtratam fuiſſe ab Aegyptijs, à quibus dimanauit in alias gentes. Autor Bibliothecæ Hiſtoricæ tamen, qui diligentiſſimè ſcribit de legibus, & geſtis Aegyptiorum, ne verbum vllum hac de exectione loqui videtur: aliquando venit in mentem Diodori volumen mancum eſſe poſſe, audaciæ crimen exiſtimās dixiſſe hoc moris ab ipſo fuiſſe prætermiſſum, aut à ſuperioribus autoribus fabuloſe relatum, atque huic opinioni meæ fauebam, reminiſcens ex multiplicibus teſtimonijs prẹter Bibliothecam hiſtoricam, Aegyptios fuiſſe Gentem admodum ſuperſtitioſam, atque in politicis peculiaria quẹdam prorſus admiranda ſeruaſſe, quemadmodum ijs, qui legerunt, ſatis conſtat: Circuncidebant præterea ſeſe veluti conſtat apud ipſum Diodorum; manifeſto inſuper teſtimonio Iudæus ille Phylo docuit in libro de Circunciſione dicens ex interprete, C

Lib.ſecundo Biblioth. Hiſt.c.1.

Phylo Iud. lib. de Circunc.

Ridetur enim Maiorum noſtrorum Circunciſio quamuis in non mediocri honore habita etiam apud Gentes alias, præſertim Aegyptiam, præcellentem hominū tam frequentia, quàm ſapientia. Ideo conuenientius erat abſque cauillis puerilibus prudenter & ſerio quærere cauſas, cur is mos inualuerit, quàm præpropera ſententia damnare facilitatem gētium nobilium, cum veriſimile ſit non temerè Circuncidi tam multa hominum millia, perferreq; cruciatus mutilationis in ſuis, & chariſſimorum pignorum, corporibus &c.

Cuius Philonis græcum contextum ſi haberemus hoc in loco videre liceret, D an erui poſſet aliquid pertinens ad exectionem fœminarum, hæc autem non in eum finem dicta ſunt, vt uel hilum detrahamus interpreti, qui fuit doctiſſimus & diligentiſſimus omnium quos hucuſque noui, ſed multa incommoda ſcribētem interdum vrgent, multa etiam prætereunt,

Niſi vultis eſſe mācum Diodori codicem, quem græcum nunquam legi, curioſiſſimo examine pendatis hunc locum, & ſatagite videre græcum contextum dubitationi enim rationali poteſt eſse Occaſio, aut interpretes non reddidiſse fideliter ſenſum græcorum verborum, aut ipſum contextum eſse corrigendum, audite Diodori teſtimonium.

Addemus

Addemus hæc, quæ circa Sacri Tauri, ad quem vocant Apim, curam fieri percipimus. Eo mortuo, magnificèq; ſepulto; quærunt id & deliċti Sacerdotes Vitulum priori perſimilem: inuento, populus luctum finit. Sacerdotes, quibus ea imminet ſolicitudo, primum in Ciuitatem Nili Vitulum perducunt: in qua eum nutriunt diebus quadraginta. Deinceps in Nauim conīectam, Habitaculum Aureum habentem introducentes, & ad Memphim vt Deum ducentes in Vulcani Fano locant. His diebus ſolæ Mulieres Taurum vident: quæ antè eius Faciem aſtantes, veſtibus ſublatis in Abraſum Femen oſtentant. Reliquo tempore prohibentur in conſpectum huius Dei accedere. — Cap. 4. & Lib. 2. Bibliothicæ Hiſtoricæ.

Omnino conſiderans huiuſmodi orationem ſæpius nunquam intelligere va-
A lui, quid eſſet Abraſum Femen? ſint amabo Pudendorum muliebrium partes quæ pilis veſtiuntur abraſæ: nonnulli fuerint, fortaſſe qui dixerint, at mihi ipſe nunquam ſatisfacio, proinde rogo doctos viros, præſertim Aquilam, niſi Phœnicem humaniorum ſtudiorum Iuſtum Lypſium, ſatagant legere diligenter huiuſmodi Contextum græcum, atque exemplarium manuſcriptorum, an poſſimus eruere ſcintilam aliquam ad fugandas amouendas, & diſcutiendas iſtiuſmodi tenebras? oratoſque volo, & exoratos doctiſſimos illos viros, quicunque fuerint, dignentur mihi hoc impertire muneris, atque ſignificare velint: paria ipſe, & referam in alio ſtudiorum genere: Suſpicor ego hic eſſe mendum, & fæminas oſtentare pudenda ſua adaperta ipſi Deo Api, vt videat ſe iuxta leges viuere, & hac obedien-
B tia impetrent fæcunditatem, vbi vera foret ſuſpicio mea, tunc nullus exiſteret inter Autores diſſenſus. Reſtat nunc alter ſcrupulus euellendus. Nam ſcribit Aetius Nympham execari conſueuiſſe in Fæminis, quod hæc in aliquibus mulieribus ad tantam magnitudinem augeatur, vt deformitatem, ac Pudorem inducat. Quin & Veſtimentorum contactu aſſiduo arrigitur, & ad Venerem, ac Coitum proritat, quapropter Aegyptijs viſum eſt, vt antequam exuberet, amputetur. Nemo ſane eſt adeo rerum imperitus muliebrium, qui hoc non cognoſcat eſſe veriſſimum; & mulieres aliquæ ſi legent ſubſcripſerint: nulla ſiquidem eſt pars earum pudendorum, quæ adeo exuſcitet coeundi appetitum infandum atque
C Nympha, vt leniter molliter contrectata etiam ſummo digito eliciat muliebre ſemen: cuius rei teſtimonium adeo manifeſtis verbis à me fuiſſe aſſeueratum moneo quicunque legunt, non debet referri ad impudentiæ crimen, ſiquidem hoc in eam gratiam docui, vt ſatagant periti rerum Anatomicarum cognoſcere veſtigare, num huiuſce nymphæ conſenſus aliquis ſuat vna cum ore ipſius vteri? quæ ſanè veſtigatiò pertinet ad cognoſcendam Naturæ ſapientiam, & Prouidentiam, vt ait Præceptor Galenus, fateor ego, nunquam hoc negotium veſtigare conatus ſum, quia licet nouiſſem hanc Nymphæ exciſionem; tamen huc non reſpiciebam, & quotieſcunque dabitur mihi occaſio adminiſtrandi ſectionem corporis muliebris hoc præter cætera ſatagam, interea rogo Doctiſſimos viros, &
D Anotomicos Gymnaſiorum (præſertim Iulium Caſſerium Placentinum Virum Doctum, & Anatomes Peritiſſimum) omni ſtudio inquirant hoc negotium ex re data; ſed etiam acceſſita. Scrupulus hic eſt, num quæ dicuntur Triſades huiuſce partis etiam occaſione tales exiſtant? non loquimur nunc de Mileſijs flagitioſiſſimis fœminis, quæ (veluti notum eſt doctis viris) vtebantur τῷ αἰδοίῳ δερματίνῳ in quas, veluti & in cætera ſpurciſſima monſtra fæminarum inuehitur, & merito ipſe Tertullianus in libro veluti legimus de Palladio, tale verò inſtrumentũ ὄλισβον dicitur apud Ariſtophanẽ. Libido autem hæc, vt Soranus ait, eſt malignæ ac fædiſſimæ mentis paſſio. Equidem ſi vera confiteri licet, & licet propter Naturæ veſtigandam Maieſtatem, ſunt ex Nympha Triſades. Noui ego qui ſemper

Iuſtus Lypſius.

Opinio Autoris.

Aëtius.

Iulius Caſſerius Placentinus.

Tertullian. lib. de Palladio.

Gg 2 diligen-

diligentiſſima cura ſategi omnium exquirere veritatem plures eſſe Fricatrices fœminas, veluti ipſæ mihi retulerunt vtętes non τὸ ὀλισβο, ſed attactu, & affrictu, mutuo Nympharum inſanientes. Nimpham excreſcere in Dimenſiones Longitudinis, Ambitus docent ſenſus Oculi, Manus, Tactus, & Viſus. Docebunt vos ipſæ mulieres: paratum eſt vobis interrogare illas, quæ dixerint quoque vobis, cuiuſmodi ſenſum percipiant ex partis huius molliori attactu, quo etiam impotens adeo proritatur Venus, ſeu titillatio pruriens, vt ſemen proliciatur, & ſenſibiliter effluat. Huiuſmodi fœminas recenſet Cælius Aurelianus Siccenſis Medicus vetuſtiſſimus, qui latino ſtylo Medicinam ſuæ ſectæ Methodicæ atque noſtræ aduerſariam non illepide conſcripſit, cuius tamen viri lectio, vtcumque Methodici plurimum prodeſſet exercitatis, & iam prouectis ingenij noſtræ ſectæ rationalis A
at dum alios paruipendimus, viciſſim, & nos paruipendimur, ſed audiatis iam loquentem Aurelianum.

Cælius Aurelianus lib. 4. Chronicō. cap. 9. *Molles ſiue ſubactos Graci malthaces vocauerunt, quos quidem eſſe nullus facile virorum credit: Non enim hoc humanos ex natura venit in mores, ſed pulſo pudore, libido etiam indebitas partes obſcœnis vſibus ſubiugauit, cum nullus cupiditatis modus, nulla ſatietatis ſpes eſt, ſingulis ſpartanum ſufficiunt ſua: Nam ſi noſtri corporis loca diuina prouidentia certis deſtinauit officijs. Tum denique volentes veſte atque greſſu, & alijs fœmininis rebus, quæ ſunt à paſſionibus corporis aliena, ſed potius corruptæ mentis vitia: Nam ſæpe timentes, vel quod eſt difficile, verentes quoſdam, quibus forte deferunt, repente mutati paruo tempore virilitatis quærunt indicia demonſtrare, cuius quia modum neſciunt, rurſum nimietate ſublati plus quoque quàm virtuti conuenit faciunt, & maioribus ſe peccatis inuoluunt. Conſtat itaque etiam hoc noſtro iudicio, hos vera ſentire: Eſt enim, vt Soranus ait, maligne ac fœdiſſime mentis* B
paſſio: Nam ſicut fœminæ Tribades appellatæ, quod vtranque Venerem exerceant, mulieribus magis quàm viris miſceri feſtinant, & eaſdem inuidentia penè virili ſectantur: Et cum paſſione fuerint deſertæ, ſeu temporaliter releuatæ, ea quærunt alijs obijcere quæ pati noſcuntur, iuuamini humilitate duplici ſexu confectam, velut frequenter ebrietate corruptæ in nouas libidinis formas erumpentes, conſuetudine turpi nutritas, ſui ſexus iniurijs gaudent: Sic illi comparatione talium animi paſſione iactari noſcuntur.

Martialis autem ita canebat. C

Martiales l. 1. Epig. 58.

Quòd nunquam maribus iunctam te, Baſſa, videbam,
Quodq́; tibi mœchum fabula nulla dabat,
Omne ſed officium circa te ſemper obibat
Turba tui, ſexus, non adeunte Viro,
Eſſe videbaris (fateor) Lucretia nobis:
At tu (prò facinus) Baſſa fututor eras.
Inter ſe geminos audes committere cunnos:
Mentiturq́; virum prodigioſa Venus.
Commenta es dignum Thebano ænigmate monſtrum, D
Hic vbi vir non eſt, vt ſit adulterium.

Huiuſmodi fœminas (niſi labor) Seneca mihi videtur reſpexiſſe, quando ait.

Seneca l. 15. Epiſt. 5. *Lib. 5. Aph.*

Maximus ille Medicorum, & huius Scientiæ Conditor, Fœminis nec capillos defluere dixit, nec pedes laborare. Atque hæ iam & Capillis deſtituuntur, & Pedibus ægræ ſunt. Non mutata fœminarum natura, ſed vita eſt: Nam cum Virorum licentiam æquauerint, Corporum quoque Virilium vitia æquauerunt: Non minus peruigilant, non minus potant, & oleo, & Mero viros prouocant: Atque inuitis ingeſta Viſceribus per os reddunt, & Vinum omne vomitu remitiunt: æquè Niuem rodunt ſolatium ſtomachi æſtuantis: Libidine verò nec Maribus quidem cedunt, pati natæ. Dij illas, Deæq́; malè perdant: adeò peruerſum commen-

ta genus

ta genus impudicitiæ. Viros ineunt. Quid ergo mirandum eſt, Maximum Medicorum, atque Naturæ peritiſſimum, in mendacio prehendi, cum tot Fœminæ Podagricæ, Caluaq; ſint.

Senecæ hoc teſtimoniũ, quod vobis damus, deſumptũ eſt ex Codice Pariſienſi atque Anno M. D. LXXX. edito, Apud Iacobum du Puys, ſub ſigno Samaritanæ Hos Epiſtolarum libros emendauere, ac reſtituere duo viri docti, quorum vnus fuit Pincianus: Quæ retuliſſe voluimus nam ſuſpicamur eſſe mendum in contextu, noſtram proponemus opinionem interea iuditium aliorum expetātes A libentiſſime omnium præter cætera candidi atq; integri acerrimi Lypſiani ingenij teſtulam deſiderantes, quem unum virum ſatis nec admirari vnquam poſſet uel Cicero, vel Plinius vtorque, hunc verè licet nobis dicere magnum eſſe in magnis, primũ in primis. Ratio ſuſpicionis noſtrę dicetur à nobis, recitato prius documento Galeni Præceptoris, quod tale exiſtit in eius commentarijs ad Hippocratis Aphoriſmos. *Iuſti Lypſij Elogium.*

Quando in Viri ſapientis libro aliquis ſermo inuenitur manifeſtum habens mendacium, non ſine ratione legentes dubitare contingit, & primò quidem ſibi ipſis deffidere, quaſi neque illa, quæ ſunt manifeſta, noſcentibus, deinde ſuſpicari, ne falſo fuerit intertectum. *Com. Lib. 6. Aphoriſ. & Aph. 34.*

Viros à mulieribus iniri quis aſſerere vnquam valeat? neque interpretari liB cet alicui, tunc id eſſe verum, quādo fęmina haud ſupina, ſed prona concumbit: deteſtatur nanque Seneca vitium infandũ. Atqui fellare nemo dixerit hoc eſſe. Inſuper ut *αἰδοίῳ δερματίνῳ* fæminæ vterentur in viros, non foret iſtud fæminis potius quam & pueris peculiare, quapropter non abſque ratione dubitari poſſe arbitror, an ſubſit mendum: vtenſque ingenio dicerem aut expungendam eſſe vocem *viros* veluti ſuperfluam, aut dicendum *vt viros imitantes ineant.* Optio ſit alterutrius accipiendæ, vel afferatur melior, & doctior. Nunc ut clauſulam faciamus Eunucharum fœminarum ſubiungere lubet quæ ſcripſit Galenus:

Hæc vero talia ſunt.

Volo enim iam id quod negligenter prætereunt omnes fere tam Medici, quàm Naturales Phyloſophi) de Vſu, & Vi Teſtium diſſerere. Non aduertunt enim, ſi cui Teſtes ea mode- C *ratione fuerint Execti, vt Supergeminales Membrana intacta relinquatur; Seminarium Vas nulla læſione affici: inde tamen Animal, non tantum Seminis Generandi Facultate (id enim ijs, qui Venere volunt abſtinere, commodum remedium eſſet) ſed Virilitate omni, & vt diceret quiſpiam, Maſculitate, hoc eſt Maſculo ingenio priuari. Pari modo ſi FOEMINA ſit, quæ id patiatur, neque in Venerem incitari amplius, neque VIRVM, Coeundi præſertim Cauſa, appetere, ſed omnē prorſus FOEMINAE AM Naturam amittere. Sues quidem Fœminas apud nos, non in Aſia tantum ſed in ſuperioribus etiam Nationibus in Cappadociam vſquè execare conſueuerunt: quæ ſimiles omnes Caſtratis euadunt, obeſæ admodum, ac Pingues, Carniſq; ſuauitate alijs Fœminis, quemadmodum etiam Caſtrati Mares alijs Maribus præſtant. Non tamen ita tuto in Fœminis TESTIVM Extractio* D *adminiſtrari poteſt ob Sedem, in qua collocati ſunt: Vuluarum enim lateribus ex vtraque parte adiacent ad Arteriam, & Venam, quemadmodum & Marium, Seminale Vas excipientes quid reuolutum ipſis inectit, atque ad vtrunque Cornu pertendit: Vnde utraque ilia ſcindere neceſſe eſt, ſi quis FOEMINAS Caſtrare voluerit: Maiuſq; in hoc, quam in Maribus periculum eſt.* *Gal. Li. 1 de ſemine c. 15*

An ex hoc Textu Galeni eruere liceat Fœminas noſtri Generis Caſtrari poſſe quam ſi concedunt peritiores, doctiores, oportuerit exponere verba Athenæi relatā de Caſtratione Fæminarum iuxta hoc genus Caſtrationis: atque huiuſmodi fuerint Eunuchæ Andramytis Regis Lydiorum; quapropter Aegyptiacæ (ſi mihi liceat per Criticos talia dicere) oppido ſanè different ab Eunuchis Fœminis *Eunuchæ.*

An ex

Andramytica. *Aegyptiacę*

Andramyticis, quas Alexander ab Alexandro vnius, & eiuſdem Generis eſſe arbitratus fuit. Nam ex Teſtiū abſciſſione hæ Andramyticę, illæ vero Aegyptiacæ, Nymphæ portiuncula excisa Caſtrabantur. Autor ille, quiſque fuit, Caſtrandarum Fœminarum noſtri Generis, an intellexit Orphei ſupplicium?

Ecce Nurus Ciconum tecta lymphata ferinis
Pectora velleribus tumuli de Vertice cernunt.
Orphea percuſſis ſociantem Carmina Neruis.
E quibus vna, leues iactato Crine per Auras,
En, ait, En hic eſt noſtri contemptor: & haſtam
Vatis Apolinei vocalia miſit in ora;
Quæ folijs præſuta notam ſine vulnere fecit.
Alterius Telum lapis eſt: qui miſſus in ipſo
Aere, Concentu victus Vociſq;, Lyraq; eſt
Ac veluti ſupplex prò iam Furialibus Auſis
Ante pedes iacuit: Sed enim temeraria creſcunt
Bellaq;, Modusque abijt, Inſana regnat Erinnys.
Cunctaq; Tela forent Cantu mollita. ſed ingens
Clamor, & inflato Berecynthia Tibia cornu, *Ouid. Li. 11 Metamor.*
Tympanaq;, & Plauſus & Bacchei Vlulatus
Obſtrepuere ſono Cytharæ. tum deniq; Saxa
Non exauditi erubuerunt ſanguine Vatis.

Prudentes itaque ſint homines (tales qui ſi reperiri poſſunt) nec ſatagant, vt intelligant hoc Genus Caſtrationis, illud publicare, & narranti (do uobis eundem Poetam).

Ouid. Li. 10 Metam.

Deſit in hac mihi parte Fides, nec credite Factum
Vel ſi credetis, Facti quoque credite Pœnam.
Si tamen admiſſum ſinit hoc Natura videri.
Gentibus Iſmarijs, & noſtro gratulor Orbi;
Gratulor huic Terræ, quod abeſt Regionibus illis,

Quæ tantum adinuenere nefas omnibus diris execrandum, & nullo non expiandum tormentorum genere etiam ſæuiſſimorum. Proh mortalium audacia; Nihil non intentatum homines reliquere, Nil ipſis arduum, (vt ille ait) ſed nec inauſum. Gens pereque omnis humana ruit per vetitum nefas. Atque huius Eunuchiſmi occaſione mihi, quæcunque lecta fuere in hanc vſque ætatem memoria repetenti ingruit Corporis Horror ineffabilis, & Error Mentis perditus in tali, tantaque ambage rerum à Naturæ norma deerrantium ob Monſtrifica hominum ingenia. An eouſq; progreſſi ſunt Mortales vt quicquid Portenti viſitur in ſpetierum ambitu omnium, illud non ſolum intra ſeſe animo conceperint, collegerint, ſed & Fermento Malitiæ addito inimitabilibus exemplis (proh pudor) magnificentiſſima etiam Erinnys rabie ſuperauerint, ſuperatum vero & inauxerint inauctum præterea nunquam non infinitis cumulorum abyſsis ad immanem excelſitatem faſtigij promouere ſategerint? Aetatem virilem hanc vix attigi, & illa legi, audiui, his oculis vidi quæ ſuperant facile cuiuſcunque ſceleris monſtrum verè cecinerit noſtra hæc ætas culpæ fœcundiſſima;

Iuuen. Sat. 1

Nil erit vlterius, quod noſtris Moribus addat
Poſteritas, eadem cupient, facientq; minores
Omne in præcipiti vitium ſtetit

Sanè vix fieri poſſit, ventura vt dent ſæcula Progeniem Vitioſiorē. Eheu. Si

Preceptor

Præceptor Iunior equidem non meminit (obliuio niſi me rapit) huius Eunuchiſmi Muliebris, qui fuit (veluti ego dicere interdum ſoleo) Vlyſſes Phyloſophicus, at ne Galeni dignitas periclitetur, nos Diſcipuli omnino ſatagere debemus, ita noſtram atteſtamur ingenuitatem, atque Ferinum ingratitudinis vitium effugimus, Gratiam & dicentes, & pro virili reddentes. Vtero exempto, quotieſcunque mulieres noſtræ viuere queant, non videatur fortaſſis incredibile à Chyrurgo peritiſſimo etiam Caſtrari poſſe Fœminas noſtras, & ipſos excindi Teſtes. Audite, Legite Paulum Aeginetam loquentem de Vteri prolapſu.

Si verò ubi per tempus manſit, putrefactum fuerit id, quod procedit, auferatur id citrà omnis periculi formidinem. Nam Totum ablatum eſſe VTERVM Putrefactum narrant, & tamen Mulierem vixiſſe. Scripſit idem Auenzoar. Paulus Aegin. libro 3. cap. 72.

A Niſi me fallit memoria (ſuſpendo ſentẽtiam) videor legiſſe hoc idem Teſtimonij apud Auicennam, quo interim Autore careo, nam veluti ſæpius dictum eſt à me reſtat adhuc in Oppido Montiſclari Agri Brixienſis Bibliothecula mea, & ſcribo fere vllo abſque auxilio librorum, quæcunque exaro. Suffragantur attamen mihi quandoque librorum emendicatæ ſportulæ, ſed rarò amicos oportet interpellare, ſunt quia & rari, in quibus adſpiciendis cæcutiret. Argus. *Rarà Fides* ait ille, at doctius illa. *Nuſquam tuta Fides*: certè ſciò in Oppido Montiſclari fuiſſe Obſtetricem, quæ prolapſum Vterum cuiuſdam puerperæ miſeræ præcidit, præ-

B ciſum exemit, quæ paulò poſt Vitam cum ſanguine fudit, nullaque fuere adhibita præſidia, nam interuenit ferè momento ipſa Mors: contigit autem hoc circiter ſeſquibiennium, antequam accederem ego illûc Medicus, non eſt Fabula: cognoui ego Obſtetricem, & interrogata, eſt etiam aſſentita, & de iſtiuſmodi euentu, atque facinore per Antiphraſim nuncupauere ſemper illam indigenæ hoc nomine ipſis Vernaculo *Intelligenta*. cui iam defunctæ ſuperſtes eſt Filia, quæ, vt Forma Corporis, & Faciei eius venuſta debuiſſet nomen iſtud elidere, præterea & Vitæ honeſtate pudiciſſima, dicitur attamen & ipſa. *Intelligenta* coniux eſt Petri Vaſquini. Superiori ætate nonnè Fabuloſus conatus, aut Acheronticus etiam à Do-

C ctiſſimis quibuſdam Viris dicebatur Chyrurgia curtarum Narium ex Traduce? Puerilia etiam nonnulli ſcripſerunt, adeo ſatagunt interdum Mortales non in tegenda, ſed in detegenda propria ignorantia.

Cæterum NASICHIRVRGIAM feliciſſimis exemplis in Agro Brixiano, atque in Oppido, quod MONTECHIARO dicitur, præſtitimus: Conſtat apud Brixienſes Medicos, & alios viros Doctos, Patritios etiam perplures, Auximus & nos priores hanc Artem, & Die Vndecima Traducem cutem à Brachio ſeparauimus, quòd Naribus Decurtatis omnino coaluiſſet, atq; Hyeme rigente, fuit enim Dies D. Luciæ ſacra, cuius exempli admonuimus Gaſparem Taliacotium. In hoc autem opere præſtando ſemper vſus fui D. IACOBO ZENARO, cui

D Parentes dedere Sororem meam Franciſcam coniugem, hic enim vir conſummatus eſt Chirurgus; Iunior etiam Tertij Luſtri huic Arti diligenter incubui, vt eam ſemper mihi fuerit decretum nõ attingere, conſtititq; nobis ſemper ſuſcepti conſilij ratio, in huius tamen Facultatis apprehenſione ſategimus, ne Medicinam facientibus nobis illuderent quandoque imperiti Chirurgi, & Empirici. Præterea nunquã inſano meo addiſcendi voto ſatisfeciſſem, niſi & hoc qualecunque, quantuncunq; eſt Artis exhauſiſſem: Vrget, & Vrit adeò me cupido ſciendi. Cæterùm de Mulierum Eunuchiſmo alias dicemus, quantum Senſu, & Ratione Conijcere, atque Colligere nobis licuit, intereà hæc præmonuiſſe fuerit ſatis.

QVAE

Quæſita.

QVAE hucuſque ſcripta ſunt à nobis de Eunuchis, illa niſi ſimpliciter, ad hiſtoriam, ſaltem magna ex parte pertinere videntur. Quapropter ad ea, quæ de ijſdem phyſicè ſcribuntur ab Autoribus fama illuſtribus declaranda accedamus, nàm hæc præſertim propoſitionem noſtram ſenſibiliter aſſeuerant, quæ autem hic narrabuntur, illa extiterint omnino tria. Vnum Eunuchi an arrigant, & coeant? Alterum eſt an implere valeant mulieres quibus cum concumbunt? Tertium fuerit exhibere teſtimonia Græcorum, Arabum, & Latinorum nobiliſſimorum Autorum, quæ aſſerunt ipſos Eunuchos omnes eſſe Imberbes, aut dixeris priuatos, deſtitutos Barba, quod poſtremum ad noſtram opinionem aſſeuerandam pertinet. Definiemus priorem quæſtionem autoritate I. Cæſaris Scaligeri, qui ſub Rubrica de Camphora ita loquitur. A

Quæſtio 1. An Eunuchi arrigant, & coeant?

Exercit. Exot. 304. Rubr. octa.

Siccitas Venerem non extinguit. Alibi declaratum eſt, ad perfectum coitum tria peti: Flatum, Calorem, Semen. Semen à ſiccitate fortaſſe tollatur, ſed non momento temporis. Eunuchos poſſe etiam, non ſolùm velle: vt ait Terentius, iàm compertum eſt, magno malo Puberum apud Turcas, qui non ſolùm, vt olim Teſtes, ſed Penem quoque abſcindunt. *Mox alibi ſcripſit.*

Exercit. Exot. 175. Rubr. 2.

Hæc ab hiſtoria tantùm: illud è Philoſophia petendum eſt. Ais, Duo eſſe ad Venerem neceſſaria, Flatum, & Semen. Neque totum neceſſarium hoc: & neceſſarium omiſiſti. Quippè non eſt ad Venerem ſemen neceſſarium, ſed ad generationem eorum, quæ ſemine propagantur. Non enim nequeunt Eunuchi. Coeunt certè: nonnulli etiam validè: tametſi nihil emittunt. Quæ fuit cauſa, vt Aſianorum immanis barbaria progreſſus faceret in crudelitate. Exectos namque pueros cum fœminis cuſtodes adhibuiſſent, eosq́ adultos poſtea cum illis in adulterio deprahendiſſent, flagitium illud à quibuſdam commiſſum: in illis quidem mortis ſupplicio, vlti ſunt: in alijs totius virilitatis amputatione. B

Eunuchiſmus ſimpliciter.

Nos in generis Eunuchiſmum teſtibus exemptis, vel attritis, atque veretro exciſo nuncupare ſolemus Eunuchiſmum ſimpliciter, qui & vſitatus erat priſca ętate. refert nàmque Symmiſtes ille ſacroſanctus in Deuteronomio, quemadmodum diximus.

Deuterom. cap. 23.

Non introibit Eunuchus attritis, vel amputatis teſticulis, & abſciſſo veretro Eccleſiam Domini. C

Confirmatur opinio Scaligeri (niſi fallimur) ex ijs, quæ ſcribit D. Hieronymus ad Saluinam de viduitate ſeruanda, vbi ait, *Cuius adoloſcentis Aegyptia Domina pallium non tenuit? Quæ vxor Eunuchi nullos creat liberos voluptate tranſacta?*

D. Hier.

Conſentit præterea ſatyricus Iuuenalis, quando inuehitur in mores flagitioſiſſimos canens.

Iuuen. Sat. ſex.

Sunt quas Eunuchi imbelles, ac mollia ſemper
Oſcula delectent, & deſperatio Barbæ;
Et quòd abortiuo non eſt opus, illa voluptas
Summa tamen, quòd iam calida, & matura iuuenta D
Inguina traduntur Medicis, iam pectine nigro,
Ergo expectatos, ac iuſſos creſcere primùm
Teſticulos, poſtquàm cœperunt eſſe bilibres,
Tonſoris damno tantùm rapit Heliodorus.
Conſpicuus longè, cunctisq́ notabilis intrat
Balnea, nec dubiè cuſtodem Vitis, & Horti
Prouocat, à Domina factus ſpado. Dormiat ille
Cùm Domina; ſed tu iàm durum Poſthumie, iamq́
Tondendum Eunucho Bromium committere noli.

Tundēdum

Hæc

Hæc Satyrici carmina definiunt Quæſtiones iam relatas, indicant quippe ipſos Eunuchos & Arrigere, & Concumbere, ſed non Implere Mulieres, aut Grauidare. Præſcribit verecundia ſilentium, alioqui fuſius explicarem iſtiuſmodi Carmina ſatis indicantia, quæ hactenus diximus. animaduertitote.

,, Et quod Abortiuo non eſt opus, illa voluptas
,, Summa tamen.
mox illa
—— Sed tu iam Durum poſthume, iamq;
Tondendum EVNVCHO BRomium committere noli.

A Obſcuritas eſt in dictione illa. BROMIVM, quam ego vocem arbitror (Doctiores cenſeant) Metaphoricè pronuntiatam interpretrorq; BROMIVM, Adoleſcentem Forma conſpicuum, qualem referunt Hiſtorici fuiſſe Dioniſium, ſeu Bacchum illum vitium colendarum Autorem, præterea & vini parandi Inuentorem. Legere nanque vnicuiq; licet apud Siculum Diodorum ex Argirâ oriundū, qui Rerum Antiquarum conſcripſit Hiſtoriam Teſtimonium veritatis narratæ, cuius Autoris hæc ſunt ex interprete. *Dioniſius Robore, & Pulchritudine excelluit,* *Bromiusqui ſit?*

Cui ſubſcripſit Herodianus loquens de Baſſiano. Cur autem Dioniſius fuerit nuncupatus Bromius, legite, audite.

Diodorus Siculus lib. Quarto Bibliothecæ Hiſtoricæ cap. 2.

B *Bromium, quidam à Tonitru, qui in eius ortu contingit, nuncupauere.* Quibus poſitis videatur forſan (quouſque alij meliorem ferant expoſitionem) nos haud iniuria exponere vocem Bromium, quaſi Indicem Pulcerrimi Adoleſcentis, qualem aiunt Hiſtorici Dioniſium, vocatum Bromium extitiſſe. Acute itaque Poeta.

—— Sed tu iam Durum Poſthume, iamq;
Tondendum Eunucho Bromium committere noli.

Quibus carminibus exaggerauit Eunuchorum ſalacitatem, & comprimendi vires illis ineſſe docet. Noui quid ſcripſerint Interpretes, ac Neoterici vertentes librum de Genitura.

Eunuchi non coeunt

C quam verſionem ego ſuſpectam habeo, neque fortaſſis exprimit dictionem Græcam *ὐ λαγνευοιν*. eſt enim *λαγνεια* non ſolum Concubitus, at impotens, dira, immanis concumbendi, & coëundi cupiditas. at hæc alias. Eunuchos aliquos valere ad comprimendas mulieres, & ad exercendum Gradum Priorem Facultatis Generatricis, quæ ſequuntur Galeni verba, niſi ego fallor, quadantenus videntur adſtipulari.

Galenus lib. 13. de Vſu Partium. cap. 11.

Quod autem non ſolum in Venerem Humor hic Meatum excitet, ſed dum erumpit etiam delectet, meatumq; madefaciat, ex hiſce præcipuè noſces. Plane ſiquidem tunc Fœminis effluit, cum & ipſa vehementer in Coitu delectantur, & qui concumbunt circa Pudendum ſibi eum offundi percipiunt: Atque & SPADONIBVS iſtud ipſum voluptatem quandam afferre videtur, vt nullam poſthac amplius probationem requirere debeas. D

Suſpicioſi legant Græcam Orationem. noui & ego quomodo valeat homo effugere, proponens in ſpadonibus Venerem Celtarum, ſed nolumus ineptire. *Legas Philoſtratum in vita Apollonij Thianei.*

Succedit altera Propoſitio. *An Eunuchi valeant Generare?* Loquor ſemper de Eunuchis ſimpliciter, quibus ambo fuerint Teſtes exempti. Negatur autem conſenſu ætatum, Doctorum, & Bonorum omnium Eunuchis ineſſe Facultatem Generatricem. Dabimus lepidiſſima Poetarum Teſtimonia ſubſcribentium relatæ ſententiæ.

Iuuenalis. *Sunt, quas Eunuchi imbelles, & Mollia ſemper*
Oſcula delectent, & Deſperatio Barba,
Et quod Abortiuo non eſt opus.

Quaſi dicere velit, Mulieres compreſſæ ab Eunuchis non coguntur ſatagere in Medicamentis reperiendis propter Abortum conciliandum, & faciendum: ſiquidem illæ Romanæ Matronæ, quotieſcunque ſe concepiſſe intellexerant, vel coniecturâ ductæ id ſuſpicabantur, nullum non adhibebant ingenium ad eijciendum conceptum Semen, & Abortum prouocandum, quod innuit Satyricus idem canens.

Sed iacet Aurato vix vlla Puerpera lecto.
Tantum Artes huius, tantum Medicamina poſſunt, A
Quæ ſteriles facit, atq; homines in Ventre necandos
Conducit. Gaude infœlix, atque ipſe bibendum
Porrige quicquid erit, nam ſi diſtendere vellet
Et vexare vterum Pueris ſalientibus, eſſes
Aethiopis fortaſſe Pater, mox Decolor Heres
Impleret Tabulas, nunquam ſibi mane videndus.

Cur autem fœminæ abhorerent tantopere Generationem? Phyſicis, & Medicis Doctis Cauſſa conſtat. Quę enim ſæpius mulieres pariunt, eæ citius ſeneſcunt. Vterus refrigeratur ex Hemorrhagia Puerperij, laxatur Pudendum, hinc Rugæ ipſius fere tolluntur, Abdomen, Femina ſulcantur, ſed hæc putida relinquamus, & audite legite Martialem. B

Omnes Eunuchos habet Almo, nec arrigit ipſe,
Et quæritur pariat, quod ſua Pella nihil.

Claudianus pariter in Eutropium canebat.

Quò ſtruis hos Auri cumulos? Quæ Pignora tantis
Succedunt Opibus? Nubas, Duceſuè licebit
Nunquam Mater eris, nunquam PATER: Hoc tibi Ferrum,
Hoc Natura negat.

Sed in hac Opinione aſſeueranda ſuperfluum videatur, & oſtentationi proximum, longiorem operam inſumpſiſſe, quapropter vlterius progrediamur. C

Eunuchi non habent BARBAM.

Cur ſtilo huiuſmodi vſus fuerit Autor? Hæc eſt Propoſitio, quæ pertinet ad Opus iam inſtitutum, cætera nanque ſunt Epiſodia, & Externa etiam ambitioſius adpoſita, quorum tamen occaſionem dedere nobis homines Maleuoli, pingentes in angulis oratione ſua me Hominem Analphabetum, quos ego. Sed præſtat inſiſtere propoſito. Narrabimus autem Priſcorum Teſtimonia, dicentium Eunuchos eſſe abſque Barba, quapropter conſtiterit ſublata Facultate Generatrice, Maſcula, vel eiuſdem Organis auferri pariter BARBAM. Sed legite, audite Hippocratem. D

Hippocrates lib. de Natura Pueri Tex. 18.

Quicunque verò Eunuchi, dum Pueri ſunt, fiunt, propterea neque in PVBE, neque in MENTO Pilos producunt, leueſquè Toti exiſtunt, quòd via Genituræ non facta, cuticulam non rarefacit per totam Superficiem. Intercepta eſt enim, ac concluſa Genituræ via, quemadmodum paulo antè à me relatum eſt.

Aræteus Medicus Cappadox lib. primo, & Cap. quinto.

Atquè & Genitura vitalitatem impartiens nos viros efficit, Calidos, Articulatos, Hirſutos, Vocales, Animoſos, ad Intelligendum, Operandumq; valentes: Id viri teſtantur.

Contra

Contra vero quibus non ineſt vitalis Genitura, Rugoſi ſunt, Debiles, Acutæ vocis, Glabri, IMBERBES, Effæminati: Eunuchi id manifeſtant.

Si quis autem vir, & Seminis profundendi abſtinens fuerit, Robuſtus eſt, Audax, neque vel Feras expaueſcens: Teſtimonio ſunt ex Athletis, Temperantes.

Marcus Antonius Vlmus Patauinus.

Nunquam vigebit intellectus, Mens, eiuſdem Agitatio, nedum Audatia, Fortitudo, niſi Caſtitas vigeat; vtinam hæc intelligeremus, intelligentes ſatageremus. Auerroes docuit idem, locum ſignatum haud recordor, & Bibliothecula mea careo nunc. Iunius Paulus Craſſus Conterraneus meus hunc Autorem fuit interpretatus, hæc de eodem referens. *Caſtitatis Bona Corporis Animi.*

A

Iunius Paulus Craſſus Patauinus in Epiſtola Nuncupatoria.

Quæ tempeſtate vixerit Aretæus apud nullum Græcum, Latinumuè ſcriptorem hactenus reperire, aut certis coniecturis aſſequi valui. Natione Cappadox fuit, vt libri teſtatur Inſcriptio. in qua Regione, licet Barbara, tres tamen Gentes Græcæ, Dorica, Ionica, & Aeolica floruere. Galenus cum huiuſce Aretæi nuſquam meminerit, alioquin veteres Medicos ſæpè commemorans, nullam de eo notitiam habuiſſe videtur. Paulus Aegineta ſemel eum initio quarti ſui Voluminis: Aëtius vero Amidenus frequentius nominauit. Sua patria lingua Ionica ſcripſit. Hippocraticamq́; dicendi Formam, ideſt Breuitatem cum Grauitate coniunctam æmulatur. Hippocrate nanque fuit Aetate poſterior: ſiquidem eum non nunquam Teſtem adducit: eiuſque vel integros Aphoriſmos in ſuis voluminibus conſcripſit. Nulli ſectæ ſe Aretæus addictum apertè demonſtrat in quibuſdam enim ab Hippocrate, Galeno, Ariſtoteleq́; diſſentit. *Craſſus Patauinus.*

B

Quæ libentius Teſtimonia de hoc Autore volui recenſere, qui eius Doctrinam ſemper ſum admiratus; vnde factum eſt, vt ad eiuſdem Opera vniuerſa Scholias conſcripſerim, dandas etiam poſteritati. Niſi me fallit memoria Galenus Aretæi meminit, ſed an huiuſce ignoro. *Opus Autoris.*

C

Ariſt. lib. 3. de hiſt. Anim. cap. vndecimo. *Ariſt.*

Pili Poſtgeniti iјs, qui ante Pubertatem Caſtrati ſunt, non exeunt: èt poſt Pubertatem Excisis ſoli decidunt præterquam Pubis.

Qui ſint Pili Poſtgeniti idem Autor ex teſtimonio ſenſus ita declarat.

Ariſt. lib. De hiſt. Anim. *Ariſt.*

Pili in Homine Animalium omnium vno partium ſimul, partim poſtea per ætates gignuntur. Congeniti ſunt Pili Capitis, & ſuperciliorum, & Palpebrarum. Poſtgeniti Pubis primùm, Mox Alarum, Poſtremo MENTI.

D Quapropter voluerit Ariſtoteles in ſuperiori ſententia, Barbam decidere iјs, qui caſtrantur poſt Pubertatem. quod idem alibi ſenſiſſe videtur, niſi fidem interpretis deſideremus. attamen Senſus repugnat, cui (nefas eſt credere) tantum virum Ariſtotelem repugnare, modo ipſe aliunde non duxerit hanc opinionem, puta, exſcribens. Vidi enim ego homines Mares, qui poſt Pilorum Pubis Barbę exortum caſtrati fuerunt, etiam Veretro, nedum Teſtibus abſciſſis, quorum tamen Barba non decidit: equidem Rarior euaſit, & ad recreſcendum Tardior vbi attonderetur, præterea eiuſdem Pilus Tenuior extitit, ac Mollis; Quod Teſtimonium cuiq; legere, aut intelligere licet ex Dione, licet non prorſus idem. *Ariſt. Opinio repugnat Senſui.*

Dion Nicæus in Seueri Cæſaris vita.

Interea Plautianus, cuius erat apud Seuerum maxima Autoritas, quiq; Præfecti poteſtatem habebat, eratq; omnium hominum potentiſſimus morte afficit magnum Numerum Priuatorum Hominum, & Optimatum. Is erat Homo inexplebili Cupiditate: Omnia enim petebat ab omnibus, & capiebat omnia, nullamq́ Gentem, nullam Ciuitatem reliquit, quam non prædaretur: cumq́ cuncta diriperet vndequaque, eâ congerebat Domum ſuam, multoq́ plura munera ab omnibus ad eum quàm ad Seuerum mittebantur. Poſtremo Equos Solis Tigribus ſimillimos ex Inſulis Maris Rubri miſſis Centurionibus furatus eſt. Quanquam & illud addendum videtur, Centum Ciues Romanos, Nobiles viros Domi ab Eo Exciſos eſſe, id quod nemo noſtrum antequam ipſe moreretur, intellexerunt. Quibus ex rebus percipi poteſt quanta fuerit Hominis Peruerſitas, atque Potentia. Excidit autem non ſolum Pueros, & adoleſcentes, ſed etiam VIROS, quorum nonnullis Vxores erant. idque fecit, vt Plautilla Filia eius, quam poſtea Antoninus vxorem duxit, haberet magnum Eunuchorum Famulatum. Nos quidem eoſdem Homines Eunuchos, Maritos: Patres, Priuatos Teſtibus. EXECTOS, & BARBATOS vidimus. A

Ariſtotelis Error.

Ex cuius autoris Teſtimonio ſenſili habemus BARBATOS Exectos ab ipſa Exciſione tamen Barbâ non priuari, ſed illam alere quamuis Rariorem, Tenuiorem, in recreſcendo attonſam Tardiorem, quas Differentias obſeruamus ipſo ſenſu iudice, Quomodo ergo conſtabit Ariſtotelis Fides? niſi hæc vel in Theodoro, vel in Codice deſideretur.

Defenſio.

Fortaſſis narrauerit Stagyrites Peculiare Indiuiduo, aut Regioni. iuuat aliquos dedere ſe potius Molæ Piſtrinariæ, quàm illius quidpiam euerti concedere. Sed ipſum legite, audite. B

Ariſt. lib. Nono hiſt. Anim. cap. vltimo.

Hoc in homine accidere certum eſt. Nam ſi Puer adhuc excidatur, neque Poſtgeniti Pili innaſcuntur, neque vox immutatur, ſed ſuum ſeruat Acumen. At ſi iam Puber: Poſtgeniti defluunt Pili, præterquam Pubis, Hæc enim quamuis Minuatur tamen manet.

Pilorum Pubis, & Barbæ cōſenſus.

Sed audite, legite, cognoueritis affinitatem inter Pilos Pubis, Barbæ, atque Facultatem Generatricem.

Ariſt. lib. 3. hiſt. Anim. Cap. 11. C

Fieri poteſt, vt Homo, tum etiam Fœmina Pilis Poſtgenitis careat iam indè ab Ortu Naturæ vitio contracto: & niſi vt Pubeſcant, contingat, Steriles in Gignendo ſunt.

Ariſt. lib. Septimo hiſt. Anim. cap. primo.

Prodeunt nonnulli iam inde ab Ortu Naturæ Naturâ Impubes, Infœcundiq́, propterea quod Parte ſui GENITALI fuerint deprauati: Mulieres etiam ſimili modo Impubes à Natiuitate poſſunt creari.

Ariſtoteles lib. ſecundo de Generum Animalium Capit. Quinto.

Cauſſa verò STERILITATIS in cæteris Animalibus Plures ſunt. Nam & à Primo Ortu Naturæ Locis ad Coitum commodis oblaſis STERILES & Mulieres, & viri redduntur, vt alteri nòn PVBESCANT, ſed Spadones quidam ſint. D

Itaque Spadones, vel Execti ſunt IMBERBES. Galeni Teſtimonium ſuccedat.

Galenus lib. primo de Semine.

Hoc tamèn quomodo fieret conſiderandum erat: Quanquam neuter horum Meatuum exciditur, ſed auellitur tantum à Teſtibus, vt veriſimile ſit non ob id Membrum, quod remanet, ac ſeruatur. Sed ob id, quod penitus ab Animali aufertur omnem Maſculi Habitum,

Digitized by Google

bitum, ac Vires interire, Videnturnè tibi quemadmodùm Telis Plana, ita Seminarijs Vaſis Teſtes appenſi fuiſſe? an nòn potiùs quantum ad Vſum attinet ad ipſum Cor propè accedere? Frigeſcunt enim, qui eos amiſerunt, altera inſerti Coloris Origine priuati, omneq; ipſis Corporis Robur collabitur, perindè, ac ſi Senes fuerint: Neque lata VENE, neque SANGVIS Floridus eſt. ARTERIAE etiam parùm, & imbecilliter, ſicut SENIBVS Pulſant. Vnde patet TESTES Animalibus, & ROBORIS Originem eſſe, & CALIDITATE Multa totum Corpus perfundere. Atque idcircò, qui ipſis Priuantur, DEPILES nòn modo MENTO, ſed Toto etiam Corpore euadunt: Paruaſq; (vt dictum eſt) nòn ſecùs ac Mulieres VENAS habent. Teſticulorũ vires. Inditia.

A Auenzoar lib.ſecundo ſuæ Medicinæ Tract. Tertio, & Capit.Primo.

Eunuchorũ Corpus Animus.

Dico quod Teſticuli ſunt ex Numero Principalium Membrorum, & eorum Virtus eſt Magna valdè, quia manifeſtè videmus, quod quilibet Eunuchus habet vocem Subtilem, & eſt Vilis Conſuetudinis, & Moris, & eſt abſque BARBA. Et non eſt Stabilis Senſus, & vix vnquàm inuenitur Eunuchus ſenſati Senſus, & Intellectus, nec Legalis, nec vnquàm fuit auditus, quod Aliquis CASTRATVS fuiſſet BONORVM MORVM. Sed forſitan aliqui reperiuntur, qui habent aliquam Probitatem cum idonea, & Pulcra
B *receptione, ſeu collectione: Sed hoc non habent à ſe, ſed à Doctrina aliorum. Quia id, quod à ſuo Proprio Intellectu procedit, Modicum valere, aut Nihil penitus reperitur. Et aliqui iſtorum reperiuntur, qui non fugerent à Leone, & ſunt facientes magna Dona: Et iſti quidem fugantur à Modico quid, & Recipiunt retrò Modicum, quod prius dederunt. Ergo rationabiliter videtur ex his, quod Teſticuli ſunt Membra Principalia.*

Et accedit eis aliquando, quod Sperma veniens in ipſis non bene digeritur, quare non Generant.

C Octauius Horatianus Medicus Sectæ Methodicæ, Ad Euſebium Filium lib.Quarto ſuæ Medicinæ. Cap.cuius eſt Rubrica Semen quid ſit, & vnde innaſcatur?

Pubertatem, & BARBAM naſci eodem Tempore Laxamento Cutis, quod Laxamenmentum fiet emiſſione SEMINIS, Ante enim fieri non poteſt. Nunc igitur Nutrimentum per laxatus vias Corporis exiens Frigido Tactu nimia Denſitate coactum in Capillos venit. Denique EVNVCHI non poſſunt BARBIRE, quia SEMEN nòn emittunt.

Haliabbas lib.2. Theorices. Cap. 15.

D *Eunuchis non producitur BARBA, eò quod Frigida ſit illorum Complexio, cum ab eis Membrum Eximij ſit imminutum Caloris, ſcilicet TESTES.*

Auerroes Com.lib.Primi de Generatione Anim.Ariſt.Cap.Septimo.

Et vniuerſaliter Teſtes ſunt Gratia alicuius Offitij Seminis, quo generat. Ratio autem quare ipſi ſint Primi in huiuſmodi Offitio in Maſculis, ſcilicet ad Generationem eſt, quia cum inciduntur ab aliquo, mutatur eius Maſculinea Forma, & debilitatur Vox, & nòn BARBESCIT. Tandem efficitur eius complexio ſimilis Complexioni Mulierum.

Non-

Nonnè ſatis apertè conſtat ex his, quæ hactenus narrata fuere iuxta ſententiam tot conſenſu Aetatum, ac Gentium Autorum Clariſſimorum (præterij conſulto Albertum cognomento Magnum, & alios viros grauiſſimos) cohærere ſibi inuicem nexu inteſtino BARBAM, & Facultatem Generatricem Maſculam, vt hac ſublata (ratione Organorum) & BARBA ſtatim tollatur. Memini Galenum Præceptorem dixiſſe. Conſenſum nòn exeo, quod ſimul ſint dijudicari oportet, ſed quo ſublato neceſſario, quidpiam aufertur, & poſito, ponitur, id ei conſentiens, & conſequens iure putandum eſt. Locus eſt in libro de optima Secta ad Thraſibulum.

Conſenſus quî dijudicetur?

A

CAPVT QVINTVM.

Si læditur Actio Facultatis Generatricis Secundum Quid, Barba etiam ipſa læditur ſecundum Quid.

ASSEVERAVIMVS hucuſque pro virili, ſi quid ſentimus, Barbam, & Facultatem Generatricem Maſculam noſtri Generis, Indiuiduo, & quod aiunt, Eſſentiali nexu inſimùl adeò cohærere, vt in Igne Calorem, in Sole quærat Lucem homo ſatagens vlterius, & dignus fortaſſe videatur Odio cùm iſthac Suſpicione. B

Argumenta data.

Duo fuere Argumenta. Vnum à Parilitate (quod per figuram dictum ſit) Eruptionis, Progreſſus, & Conſummationis Barbæ, ac Facultatis Generatricis Maſculæ Humanæ. Quod eſt Argumentum Aſſertiuum, ſeu Poſitiuum. Alterum ab Eunuchiſmo Negans, vel Priuatiuum, Quod indicabat, Deſtructa, vel Ablata Facultate Generatrice Maſcula ratione Organorum Genitalium Principum, Deſtrui, vel Auferri pariter Barbam noſtræ Speciei. C Quæ ambo Argumenta demonſtrant mutuam ſubſiſtendi conſequentiam, & connexionem inteſtinam Cauſſæ, ac Effectus Inſeparabilem. Hic autèm eſt Barba; Illa verò exiſtit Facultas Generatrix Maſcula. Sed cum perarduum cenſeatur Doctorum Virorum Iuditio Nouis Auctoritatem dare: Obſcuris Lucem: Faſtiditis Gratiam: Proiectis Dignitatem, operæ prætium nos facturos eſſe arbitrati ſumus promouere adhùc aciem (qualiſcunque ſit) ingenioli noſtri, vt apertius adhùc (ſi fieri poſſit) conſtet Veritas Doctrinæ meæ, iam publicatæ ad Finem Barbæ Humanæ.

Ardua quæ ſint?

Inſtituamus itaque Orationem ab Hippocratis Teſtimonio fœliciter auſpicantes, quod audite, legite. D

Hippocratis Teſtimonium deſumptum. Ex Libro de Articulis.

Verum ex his, quibus ſub Septo Tranſuerſo Gibba Spina eſt, nonnullis Renum, & Veſicæ Vitia ſuperueniunt: Sed & Abſceſſus ad Ilia, & Inguina, qui diù manent, & ægrè ſanantur, Quorum neutrum Gibbum ſoluit.

His autem Coxæ extenuantur magis, quàm quibus Spina ſuprà Gibba eſt.

Tota

Digitized by Google

Tota autem Spina Longior his eſt, quàm quibus à ſuperiori parte Gibba eſt.

Pubes autem, & Barba ſerius increſcit, & minùs completur, minùs item Fæcundi ſiunt, quàm quibus Gibba eſt Pars ſuperior.

Hæc eſt verſio Doctiſſimi Vidi Vidij Florentini; veruntamen quia Contextus Poſterior eſt Baſis Argumenti noſtri, ſatius exiſtimamus Græcam orationem ſubijcere, ex Aldino Codice ſumptam, quæ talis exiſtit.

Ηβη δὲ καὶ Γένειον βραχύτερα, καὶ ἀτελέστερα, καὶ ἀγονότεροι ἔτι τῶν ἄνωθεν κυφῶν.

Ioannis Bernardi Feliciani Verſio.

Pubes verò, & Barba, & Tardior, & Imperfectior: adde, quòd Infæcundiores hi quoq; efficiuntur, quàm qui ſuperius Gibberum habent.

A Vetus Expoſitio.

Pubes, vero, & Barba Tardior, ac Imperfectior. Sed & Infæcundiores hi ſunt, quàm qui ſupernè Gibboſi.

An in Contextus Dictione Greca ſit *Παράγραμμα*? iudicent & Eruditi viri, & qui Codicum plurium vetuſtiſſimorum, eorundēq; ſcriptorum beneficiò vtuntur, vſi fuere. Deprauationis Elementaris eſt ſuſpicio in Dictione illa *βραχυτερα* iuxta litteram *χ* ſitnè ſubijciendum (*χ* expuncto) Elementum *δ* ùt legamus *βραδυτερα*, non autem *βραχύτερα*. Certum eſt legi in Codicis Aldini Commentario Galenico ad hanc partem, quemadmodum vidimus nos dictionem hanc *βραδυτερα*. Non

B eſt de nihilo, quod monemus reminiſcente Prima Rerum Genera. Siquidem *βραχυτερα* pertinet ad Prædicamentum Quantitatis, atq; huius Continuæ: *βραδυτερα* autèm reſpicit Affectionem ipſius Temporis, veluti docte ſcripſit Gilbertus Porretanus. *Lib. de Sex Princ. Cap. Quando.*

Ego ùt aperiam, quod ingenuè ſentio, atque vero proximum exiſtimo, non enim quod libet, ſed quod licet, credere fas eſt, licet autem quod Ratio, aut coniectura rationalis dictare videtur, libentiùs accipio Dictionem, quæ Tempus reſpicit, quàm illa quæ pertinet ad Quantitatem continuam. Suadet verò etiam Sententia ipſius Hippocratis, quam audite, legite, intelligite. *Quæ ſint credenda?*

C Hippocrates libro de Aëre, Aquis, & Locis Textu ſeptimo.

Pueris autem Hydropes in Teſtibus fiunt, quandiu Parui fuerunt, deindè Aetatis progreſſu euaneſcunt. PVBESCVNT autem SERO in hac Ciuitate.

Loquitur Hippocrates de Ciuitatibus, quæ ſitæ ſunt ad Ventos Frigidos inter Occaſum Solis Aeſtiuum, & Orientem Aeſtiuum. Subſcribo ego Teſtimonio Hippocratico huic, & aio, experientiâ plurium annorum, & ægrotorum edoctus hanc Propoſitionem eſſe veram. *Pueri Hidropites Pubeſcunt tardè.* *Autoris Propoſitio quā vſu cognouit.*

Quicunque Pueri vexati ſunt Hydrope Teſtium, ij Serius Pubeſcunt, ſed & Barbeſcunt, neque ſiunt Eupogones.

Hoc me docuit curioſiſſima, & Diutina Obſeruatio. Quapropter licet conijce-

D re huiuſmodi Pueros olim *Hydropiteſtes* nihilominus curatos Adoleſcentiam, & virilem Aetatem vbi attigerint, obtinuerint; fore vt minus apti exiſtant ipſi Generationi, (quod magna ex parte dictum eſto) ac vbi Generent, vel Marem imbecillum, èt Fęminarem, vel Fœminam procreabunt, iſtam autem Propoſitionem intelligas hoc additamento. *Quantum pertinet ad ipſos Mares*. At hæc Phyſiologię Myſteria Facultatis Generatricis habent propria loca, noſq; iam ſcripſimus etiā publicaturi, ſed otio dato, vrgemur quippe nimis, neque Corpuſculum ſufficit lucubrationibus, vt altero anno vix Quadrageſimum exceſſerim. At in viam redeamus, & antequam indicemus pleniori ſtilo rationem iam nihilominus indigitatam ex Hippocratis Oratione vulgari etiam ingenio eruendam, & populari, *Notan.*

expli-

explicemus Corollaria Duo pertinentia ad Barbam ipſam.

Corollaria ad Barbam.

Quæ conſiderauit Hippocrates in Barba ſunt Duo. TEMPVS Barbæ exoriẽtis. Alterum eſt PERFECTIO, ſeu ipſa CONSVMMATIO Barbæ iam exortæ.

Tempus certum Barbæ exortus. Atque vt de Priori dicamus propoſito. Barba certum, atque conſtitutum habet à Natura Corporis noſtri Architectatrice Tempus naſcendi, quod ſenſus Teſtimonio cuiuis obuium exiſtit, acerrimusq́; Operum Naturæ ſenſibilium ſcrutator Ariſtoteles indicauit his verbis.

Ariſtoteles libro Septimo hiſtoriarum Cap. primo ad Finem. A

Κὰι τυ γενέιυ δὲ τρίχωσις συμβαίνει τοῖς ἄρρεσι πὲρι τὴν ἡλικίαν ταύτην.

Ex Ariſtotele. *Quam Orationem Gaza interpretatur*

Mentum etiam Maris ea ætate Pilis integitur.

Quod ſenſile Teſtimonium Præceptor hic Iunior à Vetuſtiſſimo mutuatus eſt Præceptore Hippocrate veluti docuimus cap. ſup. ſenſus eſt. Vbi adoleſcere incipit Facultas Generatrix Maſcula noſtræ ſpetiei, Semenq́; Maris incipit eſſe Fœcundum, tùnc Barba erumpit; Quemadmodum vbi ſummum gradum fuerit conſequuta eadem Facultas Generatrix, tunc pariter BARBA obtinet conſummationem ſuam.

Tempus ortui Barbæ eſſe præſcriptum nouit Lucretius Carus, & cecinit. B

Lib. quinto. *Nèc tamèn illud in his rebus mirabile debet*
Eſſe, quòd hæc ignis tam Certo Tempore poſſint
Ex Lucretio Caro. *Semina confluere, & Solis reparare nitorem:*
Multa videmus enim Certo quæ tempore fiunt
Omnibus in Rebus: Floreſcunt Tempore Certo
Arbuſta, & Certo demittunt Tempore Florem,
Nec minùs Incerto Dentes cadere imperat Aetas
Tempore, & impubem molli pubeſcere Veſte, C
Et pariter Mollem Malis demittere BARBAM.

Cuiuſmodi Temporis Articulum, & Platonici animaduertere, horum autem legite, audite anteſignanum, vel Platonis Aquilam.

Ex Plotino. Plotinus Enneados Quartæ lib. 3. cap. 13. Ex Marſilio Ficino interprete.

Præterea ſic ſe habent, ſicut in Quolibet viuentis totius perficitur Diſpenſatio, Mouens ſcilicet Certo quolibet Tempore, atque producens, veluti Pilos, & BARBAM, Cornuaq́; ſimiliter: & Certo quodam Tempore ad talia quadam impetus, atque vigores: item Flores in Plantis nequaquamq́; antea germinantes cæteraque in his ſimiliter ordinatis quibuſdam Regulis diſtributa. D

Hoc adnotauit etiam alibi Plotinus, meminit etiam Phylo Iudæus.

Ex Solone. Solon Athenienſium Legislator.

Impubes Pueri Septem voluentibus Annis
Claudunt enatis Dentibus Eloquium.
Pòſt alios totidem Diuorum Numine Dextro
Occultum Pubis naſcitur Inditium.
Annis tèr Septem Prima Lanugine Malas
Veſtiet Aetatis robore conſpicuus.

Legitote Macrobium, Martialem, aut Senſus conſulitote, animaduerteritis

præ-

præſcriptum Barbæ Ortui ſtare tempus. Quid? Quód? nonne & Galenus idem agnouit? ipſum audite, legite.

Galenus in lib. ſex de M. Vulg. Sect. ſecunda, Tex. Com. Quarto.

Commune & in Vniuerſum Medicaminum Propoſitum cum ab ipſo didiceris, ſingula omnia curationis præcepta conſequi poteris. Nam ſi contrariorum Contraria ſunt Medicinæ: præternaturam exaſperata complanare: læuia exaſperare opus erit. Aſperantur ſanè fauces plerumque ſenſibiliter, & aſpera arteria, & os, & Vniuerſa cutis in ſcabioſis Leproſiſq; Affectibus, & Puſtulis quibuſdam Milij granulorum inſtar, aliquibus minoribus, aliquibus maioribus. Aſperan tur quoque & Ventris partes plerumq; cum per ipſas bilioſus ſuccus merus, copioſuſq;
A *excernitur; interdum verò & ex auribus erodentibuſq; alimentis id ſequitur. Atque hinc euidens eſt per Medicamina aſperitatem tollentia curationem eſſe faciendam: quòd ipſe Complanare appellauit. Contrà autem, atq; hæc, ſe habent, quibus exaſperatio conuenit. In Cute quidem, & circà BARBAE, Capitiſq; Pilos id accidit; Circa Pilos quidem Capitis, vt in Alopecijs Vocatis, & Ophiaſi, & Mydreaſi: in BARBA verò; cum TARDAE VIXQVE Pili exoriuntur, in quibus, & ipſis omnia Medicamina ad Alopecias facientia experti ſumus.*

Hem Galenus fatetur BARBAM Tardè, Vix exire, cognoſcit itaq; eiuſdem Ortui præſcriptum eſſe Certum Tempus, quod aſſerit (veluti ait Ariſtotel. de an-
B tiquis) ipſa Veritate coactus: non aſſerit ex Cauſſæ pronuntiatione, ſed ex Teſtimonio Senſus: At qui refert Senſui nota is non Philoſophatur, Qui Cauſſas verò Mentes agitatione veſtigat is Philoſophatur. Nam ſi Homines Cognoſcere, & Scire ſatagant, & Sciamus quandò Cauſſas Cognoſcimus, omninò ſequi videtur Cauſſarum Veſtigatores eſſe Philoſophos. Porrò nequeo ſatis admirari, quomodo Viri alioqui Doctiſſimi à Senſu indice habentes præſcriptum eſſe Barbæ naſcendi Tempus, dixerint nihilominus eandem Fruſtrà Genitam, inter quos adnumerantur Theophraſtus, vel Autor libri quem legite, audite.

Philoſopus quis?

C Theophraſtus Metaphyſicorum libri Capite ſeptimo.

In ipſis autem Animalibus aliqua veluti Vana exiſtunt, ceu Mamma Maribus, & Fæminis emiſſio (ſiquidem nihil confert) & nonnullos BARBAE, aut omninò Pilorum, quibuſdam in Locis productio, tum etiam Cornuum Magnitudines, vt Ceruorum, &c.

Theophraſti Oppoſit. de Barba Fine.

Quinimò eò Vanitatis progreſſi ſunt Viri alioqui Doctiſſimi, vt dixerint Pilos non Viuere, legite, audite.

Syneſius Cyrenæus? in laude Caluitiei.

Cæterum dico non ad memoriam reuocans quæ dicta ſunt, quod Pili etiam in Viuentibus MORTVVM Quid ſunt, ſed quod etiam in Mortuis Augeſcunt. Hòc enim ab Aegyptijs
D *Sacerdotibus diuulgatum eſt. Et quidã ad Cutem attonſus Mortuus in poſterum COMAM, & BARBAM produxit profundam.*

Syneſij Oppoſitio.

Quod fere ſcripſerat idem Præceptor Iunior.

Creſcunt etiam Pili quibuſdam in Morbis; vt præcipuè in Tabificis, Quinetiam in Senectute, & DEFVNCTO Augeſcunt &c.

Ariſtoteles.

Pilos in Morbis quibuſdam creſcere Plotinus & alij grauiſſimi viri ſunt atteſtati, ſed & comprobat Senſus. Quæ vna fuit ex Cauſſis, vnde crediderunt Pilum nõ eſſe Partem Corporis, at Excrementum, ab Excrementitioq; Vapore Fuligine generari, ſed & aliæ Cauſſæ fuere. Senſus nullus in præcidendis ijſdem: Sanguis

Quæ ſuadere videntur Pilos non eſſe Partes.

Pili Cadauerum quare creſcant? nullus in iiſdem: Ignoratio Finis, ſed & aliæ, quas commemorabimus in Phyſiologia ipſorum ſigillatim. Emergit Pilus aliquatenus in Cadauere nonnunquam ob expirationem caloris Inſiti, ſed & molem illius quoq; Subſidentem, ſed quomodo contingat plenius in Phyſiologia Pilorum declarabitur.

Barba Finē quæ ſuadeant? *Ex Moſe.* *Ex Platone.* *Ex Danthe.* *Tempus.* Barbam generatam fuiſſe in Finem aliquem illa ſuadere debebant. Locus ipſa Facies, in quam ſpirauit Deus ſpiraculum Vitæ. Facies in qua conſiſtit Imperiū iuxta Platonis Dogma hucuſque à nemine explicatum. Facies, in qua explicuit Natura Architectatrix vires ſuas vniuerſas ex Danthis Poëtæ, ac Phyſici Florentini Doctiſſimi, qui exceſſit auguſtè limites humani Ingenij. Tempus, quādo emergit, nimirum quando exerunt Vires ſuas Facultates Principes Diuinæ Facultas Genitalis, Facultas Rationalis. Facultate Auctrice iam tenente ſummum Terminum. Tempus Nobiliſſimum inter cohærentia Rerum Senſibilium, & Cæleſte Quiddam, Vnum ex Teſtimonijs ſingularibus aſſeuerantibus Maieſtatem Naturę ampliſſimam, quæ certis, ac libratis momentis ipſarum Sphærarum girantium, volutarum, dat vnicuiq; Speciei ſingula: quam Diuinam Diſpenſationem, vt haud ſatis intelligamus, & in plerisq; ignoremus, attamen par eſt credere ineſſe, atque iuxta illud Præceptoris mei Diui Auguſtini. A

D. Aug. ſententia. *Homo nunquam obliuiſcatur ſe eſſe hominem, neque Deo det Inſipientiam, quia non plenè capiat eius Sapientiam.*

Natura qd. ex Autoris mente. A pari ego dico, qui Naturam intelligo Imaginem Sapientiæ Diuinæ in ipſis Senſibilibus, atq; Ordinariam eiuſdem Poteſtatem. B

Propoſ. Autoris. *Homo nunquàm obliuiſcatur ſe eſſe Hominem, neque Natura det Inſipientiam, quia non plenè capiat eius Sapientiam.*

Doctiſs. Non enim decet Mentis noſtræ caligantis Hebetudine ipſius Naturæ Sapientiſſimæ Aciem acutiſsimam in ſingulis quibuſcunq; eius Operibus eluceſcentem cenſere. Hæc ſit Moderatio Mortalium Ingenij, aliàs ruituri, niſi in hac ſedeat Baſi.

COROLLARIVM Alterum pertinet ad Barbæ Formam, quam certam illi ineſſe declarant verba illa Hippocratica.

Coroll. alterum Barbæ. Pubes verò, & BARBA IMPERFECTIOR καὶ ἀτελέστερα cognouit Præceptor meus vetuſtiſſimus τὸ τέλεον Perfectionem, Integritatem, quæ dubio procùl pertinet ad Formam, ſeu Figuram Barbæ obtinentis Propriam Cōſummationem. Quam tamen Barbæ τὸ τέλεον negauit Galenus in lib. de Vſu P. ait enim. Quicquid eſt Pilorum ab ijs qui ſunt in Palpebris, Supercilijs Capite) Inæquales habere Terminos, nulloq; Ordine proiectos eſſe. Barbæ tamen Integritas, Perfectio, Abſolutio pendet cum à Loco, tùm à PILO. C

Conſideratur in LOCO, Dignitas, Quantitas Continua.

Mox in PILO Quātitas, Qualitatis nonnulla Genera, nimirū Raritas Dēſitas.

Locorū Barbę Gradus. Gradus LOCORVM iuxta Dignitatis normam digeruntur à me in hanc ſententiam. Labium Cutaneum Supernum. Mentum. Labium Cutaneum Infernū. Maxillæ. Submentum: Quæ ſi vna hæc eſt Barba, Pili nimirum vbi veſtiant, duntaxat Submenti Regionem, cenſetur huiuſmodi Barba conſenſu omniū turpiſſima, veluti habetur ex Plauto illam vocante Hirquinam, quæ & Arruncus dici poteſt, nam hoc nomine Villus Caprarum Barba nuncupatur id loci obtinens. D

Quantitas Continua LOCI cum exiſtat Superficies habuerit Lōgitudinem, Latitudinem, Oppoſita ſibi Extrema, & Mediam.

Pili Quantitas Continua Longior obtinet Dignitatem, Craſſior: A Pari & Mediocritas in Denſitate, Raritate.

Nunc vos abſque vlla verborum ambage colligere, cognoſcere poteſtis, quæ

ſit

Digitized by Google

ſit Barbæ Ratio, Integritas, Conſummatio, Abſolutio, Perfectio, Complementum, Forma, Figura ad Qualitatis Prædicamentum ſemper ducenda. Cuiuſmodi Phyſiologiam Barbæ, veluti & reliquorum Pilorum cum ignorauerit Galenus, non eſt mirum, ſi nequiuerit explicare Sententiam Hippocratis relatam à me ex libro de Articulis pertinentem ad Gibboſos Lumbares.

Moneri oportebat Galenum ex huiuſmodi Teſtimonio Hippocr. Barbam atq; cæteros Pilos non exoriri, tãquam à Materia, ab ipſo Vapore, Fuligine, Excremento, niſi mouebat, monebatq; illum Diſpenſatio Temporis, Dignitas Partis. Nolui diſſimulare eius turpiſſimum Erratum, quia obiecit ſtupiditatem Ingenij Viro Doctiſſimo, & Dei Symmiſtæ MOSI, quem Galenus legit at non intellexit. Puer cum ego viderim hanc in Moſem Calumniam Galenicam, ità me amet Deus, ferre non potui, dein progrediente ætate admiratus fui ſemper ex iſtis qui ſeſe iactãt Satrapas, Coryphæos, aliquem non extitiſſe, qui talem Calumniam, diluendam ſibi non ſumpſerit in Contemplatione Phyſica deliram, atque Intemperiem. Noui ego, quod me docuit Præceptor meus Aquila Scaliger, & memini eius verba, quæ ſunt hæc ſignatiſſima.

Galeni Calumnia in Moſem. *Li. de vſu P.*

A

Galeniſtæ ſunt Caſtigatorum Hoſtes, Oſoreſq; aſperrimi.

Sed heus vos audite, Cordiq; hæc figite veſtro.

Galeniſtarũ vitium.

Offitium ſit nobis Antiquiſſimum. Si quid nos fefellerit, illius malo me, quàm mei pœnitere. Vincat non Vtilitas, at Veritas, nam & hæcipſa Regnat, Regnabit.

B

Tempus, atque Formam BARBAE indicauit Seneca Heros in ipſa Philoſophia Doctiſſimus atque his verbis:

Seneca Libro Tertiò Naturalium Quæſtionum. Cap. 29.

Seneca.

Quidam exiſtimant Terram quoq; concuti, & dirupto Solo Noua Fluminum Capita detegere, quæ ampliùs vt è pleno profundant, Beroſus, qui Belum interpretatus eſt, ait, Curſu iſta Syderum fieri, & adeò quidem id affirmat, vt Conflagrationi, atq; Diluuio Tempus aſſignet: Arſura enim Terrena contendit, quando omnia Sydera, quæ nunc Diuerſos agunt Curſus in Cancrum conuenerint, ſub eodem poſita Veſtigio, vt recta linea exire per Orbes omnium poſſit: Inundationem futuram, cum eadem Syderum Turba in Capricornum conuenerit. Illic Solſtitium. Hic Bruma conficitur. Magna Potentia Signa, quæ in ipſa mutatione Anni momenta ſunt. Et iſtas ego receperim Cauſſas. (neque enim ex Vno eſt tanta Pernicies). Et illa, quæ in conflatione noſtris placent, hûc quoque transferenda puto. Siuè Anima eſt Mundus, Siuè Corpus: Naturâ Gubernante vt Arbores, vt Sata ab Initiâ eius vſquè ad Exitum, quicquid facere, quicquid pati debeat, incluſum eſt.

C

Vt in Semine omnis Futuri RATIO Hominis comprehenſa eſt. Et LEGEM BARBAE, & CANORVM nondum natus Infans habet. Totius enim Corporis, & ſequentis Aetatis in PARVO OCCVLTOQVE Lineamenta ſunt. Sic Origo Mundi &c.

D

Argumentum.

Ex Hippocratis Teſtimonio.

Declaratis iam Corollarijs Pogωnicis, nimirum ijs, quæ pertinẽt ad TEMPVS Barbæ Erumpentis, Exorientis. Prǽterea & ad ipſius FORMAM, cum Eruperit iam, Exortavè fuerit, ſupereſt Rationem deducere, vnde apertius cõſtet BARBAM pendere à Facultate GENERATRICE Maſcula noſtræ Speciei, cuiuſmodi Ratio cum innitatur Hippocratis Orationi, atque eiuſdem Teſtimonio à ſenſibus fluente, ipſiſque comprobando, videtur ſanè opportunum illud idem referre, vt ſuperius adhuc narratum fuerit.

Ἥβη δὲ καὶ Γένειον βραχύτερα, καὶ ἀτελέστερα, καὶ ἀγονώτεροι οὗτοι τῶν ἄνωθεν κυφῶν.

Pubes verò, & BARBA, TARDIOR atq; IMPERFECTIOR: Sed & INFOECVNDIORES hi ſunt, quam ſupernè Gibboſi.

Autor ſenſu edoctus ſubſcribit Hippocrati.

Quicunq; voluerit plenius intelligere hoc Argumentum, ſatagat oportet circa & vniuerſa, quæ ſcripta ſunt ab Hippocr. de Gibboſitate: prætereà ſenſu animaduertat corpus Gibboſorum & Viuentium, & Defunctorum. Quæ omnia ſigillatim ego animaduerti curioſiſſima diligentia, neq; me Deus vnquam amet, ſi quicquã nunc ego mentior, qui ſubſcribens Orationi vniuerſæ Hippocraticæ, pertinenti ad Gibboſos, aio illam eſſe veram, & ſenſibus aſſeueratam. Multa libent, quę non licent, & multa licent fortaſſis, quæ non expediunt, & hæc referẽda ſunt ad Silentium, quo, Gibboſos à me animaduerſos, obuoluo. A

Gibboſorum Differentiæ. A loco.

Duplex eſt interea Gibboſorũ Genus, Vnum à me dicitur THORACICVM, & ſunt ij, qui Gibberũ habent ſuprà Septum Tranſuerſum. Alterum Genus mihi vocatur LVMBARE, atq; illi ſunt, quorum Gibber obſidet vertebras Lumborum, vel iacet infra Septum Tranſuerſum.

Hiſtoria Gibboſi admirandá.

Datur & alia Genera Gibboſorum, ſcilicet ab Aetate Virili in qua Gibber ſe ſe promit, A Caſu alij, Nos interea loquimur de Gibboſis in Aetate Puerili factis, cũ antea probe conformati fuiſſe viſi fuerint. Noui ego Puerum qui ad Primum vſq; Septennium conformatione corporis vigebat conſpicuus muneraq; omnia Facultatis Motricis abſq; vllius noxę veſtigio exercebat, currebat, Equitabat, qui mox B à Septennio in occultum Gibberi Principium lapſus fuit, ſed hæc ſatis.

Prudẽs qua taceas?

Rex Neapolitanorum, veluti à maioribus meis accepi, dicere ſolebat. Imprudẽtia eſt Summa de Principibus verba facere: quod aſſeueratur ex illo Sapientis.

Cælum ſurſum: Terra Deorſum: Cor Regum Inſcrutabile. ſed Medici nos interea tractemus Medica.

Hippocrates recenſens Hiſtoriam Gibboſorum LVMBARIVM ait in illis ipſis animaduerti hos Affectus præter Naturam, ſunt autem.

Gibboſorum Lũbarium Accidentia.

1 Conformatio Excarnis Coxarum.

2 Conformatio Longior Spinæ. C

3 Pubes, ac BARBA Tardior, Imperfectior.

4 Actio Facultatis GENERATRICIS Diminuta

Narrat vero iſthæc Vetuſtiſſimus Præceptor comparans inuicem Gibboſos & LVMBARES, & THORACICOS, ipſum audite, legite.

Hippocrates lib. De Articulis Tex. xxxiix.

Quibus verò infrà Septum Tranſuerſum Gibboſitas eſt: Horum quibuſdam Morbi Renum, ac Veſicæ accidunt.

Sed & Abſceſſus ad Suppurationem, & circa Laterum Mollitudines & Inguina; Diuturni; Ac ęgrè Curabiles Et Neutri horum Gibboſitatem ſoluunt. D

Coxæ verò his magis Excarnes ſiunt, quàm his, quibus ſupernè Gibboſitas contingit.

Vniuerſa tamen Spina his Longior eſt, quàm supernè Gibboſis

Pubes verò, & Barba Tardior, ac Imperfectior.

Sed & Infæcundiores hi ſunt, quàm Supernè Gibboſi.

Quis adeò cæcus, excors, & amens cùm animaduerterit Senſuum teſtimonio in Gibboſis Lumbaribus lædi Actionem Facultatis Generatricis (Lũbares enim Gibboſi exiſtunt inhabiliores ad Generandum ipſis Gibboſis Thoracicis) atque vnà Pubem, & Barbam iuxta rationem *Temporis*, ac *Formæ* lędi, ignoretq; ſtatim colligere omnino conſentire ſibi inuicem inteſtina cognatione Organa Generatri

cis

cis Facultatis Maſculæ,Pubem adhæc,& Barbam? Sanè quoduis populare etiam ex triuio Ingenium dixerit,agnouerit ſummam familiaritatem intercedere Genitalia Maſculina Organa , Pubem , & Barbam . Neque enim læditur Facultas , niſi Organorum Cauſſa.

Quomodo autem lædantur Pubes, & Barba ſecundum Quid læſis Organis Genitalis Facultatis Maſculinis pariter ſecundum Quid nõ eſt adeò facile cognitu? Præſertim vbi conſideraueris Subſtantiam Pilorum Barbalium, Pubalium, (caue tibi Vlme à litteratoribus Orbilianis,quia dixiſſe fuiſti auſus Pilos Pubales.) ſubſtantiam Organorum Genitalium , præterea Locum vtrorumque , licet quantum pertinet ad Pilos Pubis illa nobilis Vaporaria Excremẽtitia cogitatio valeat perſtringere aciem oculorum, cuiuſdam Popularis Ingenij,quam commentitiam , fictam , pictã Opinionem iugulabo penitus in Pilorum Phyſiologia propter aſſeuerationem ipſius Naturæ Maieſtatis , vnaq; indicabo Tertiam Coctionem, quæ eſt mera Partium Singularium Nutritio, fieri abſq; vllo Excremento tantum , abeſt, vt credam,Materiam Pilarem eſſe Excrementum Coctionis Tertię,Vaporem,Fumum,Fuliginem,aut ſi quid eſt vlterius.Loquor ſemper dummodo Coctio Tertia fiat ſecundum Naturam.Quippè hanc Propoſitionem ego credo Veriſſimam, niſi turpiter labor. *Quæſtio.* A *Propoſitio creata ab Autore.*

B *Coctio Tertia, quæ eſt ſingularum , quarumcunq; Partium noſtri Corporis Nutritio , celebratur,peragitur ſimpliciter abſque vllo Excremento,niſi Quid contingat præter Naturam.*

Sed hæc aliàs . Quomodo læſis Organis Facultatis GENERATRICIS Maſculinis propter Gibbum Lumbarem , vt huiuſmodi Mares exiſtant Infœcundiores Gibboſis Thoracicis , lædatur Barba Pubes iuxta *Temporis* , & *Formæ* Differentias,hoc non explicauit Galenus in Commentario Hippocraticæ Orationis? Equidem paratiſſimæ ſunt Reſponſiones ex Fonte Popularis Doctrinæ Pilorum deſumendæ. Audiamus illas . Prodeant malè conciliatæ. *Vulgares reſponſiones iuxta Doctrinam Vulgarem.*

Fumus , Fuligo , Vapor Materia Barbæ , Pubis ob Gibberi Materiam Vitiatur, Minuitur. *Prima.*

C Humor in Tuberculis Gibboſorum contentus malignam quandam Venenatam halat Auram,vnde aboleatur ferè Pilus Barbæ,Pubis. *Altera.*

Prætereà Gibboſi ſunt ex Tuberculis Humore Phlegmatico repletis,& Vertebras contorquentibus . At læſa ſpina, Cerebri moles vigere nequit ob inteſtinam communicationem affectuum,atq; Materiæ . Hinc refrigerantur Viſcera cętera; quapropter non eſt mirum ſi Vapores non abũdent,qui in Calido Temperamento,& à multo eodemq; ſanguine copioſi efferuntur proueniunt.Iis porrò deficientibus,quæ eſt materia , quomodo Pubes & Barba Temporius exeat , Conformetur optimè? *Tertia.*

D Adhuc in Gibboſis Lumbaribus læditur Pubes, Barba : Nam Vapores, Fumi , Fuligines Excrementa , quæ futura erat Materia Pilorum , ſecedit in Tubercula Gibboſorum,tãquam in Partem imbecillã, quò pellũtur à Facultate Expultrice. *Quarta.*

Poſtremo Pilorum iſtorum Pubis Barbæ Materiæ læditur à Modò Subſtantiæ Excrementitiæ illius colluuiei Phlegmaticæ ſtantis , atq; reſidentis intra Tubercula Gibboſorum Lumbarium, cõmiſcetur enim portio tenuior Phlegmatis cum Pilorum ipſa Materia . Vapores , Fumi , Fuligines hærent in id generis luto,quaſi inuiſcati nequeũt ſupernas partes Faciei accedere ad probè cõformandã Barbã. *Quinta.*

Sunt Nugæ Nugarũ iſthæc omnia, quæ refelluntur ſenſibiliter à Gibboſis Thoracicis,quos perplures videre cõtingit,eoſdemq; eſſe Eupogones, in quibus etiã Facultas Generatrix non eſt ignaua. Omninò inficiabitur nemo,experientia Do- *Reſpõ. vulg. refelluntur.*

ctus

ctus in huiuſmodi Tuberculis hominũ Gibboſorum THORACICORVM ſimile eſſe Materiam illi, quæ ſtat in Tuberculis Gibboſorum LVMBARIVM, vnde poſſint exoriri omnes iam ſuperius narrati præter Naturam Affectus. Summa ſummarum, Siuè Refrigerationem Temperiei Viſcerum, & Corporis, aut Vaporum Exhalationum illarum commentitiarum Quantitatem, Qualitatem, Subſtantiæ Modum reſpiciatis, Præterea & Poſitum, Barba magis deberet lædi in Gibboſis Thoracicis, quàm in Lumbaribus. Attamen Senſuum teſtimonia repugnant, cum ex Gibbero Lumborum Barba magis lædatur.

Principio Gibber in Thorace nonnè Cordi Principi parti eſt vicinior, Longinquior Gibber Lumborum?

Tubercula illa repleta Humore Phlegmatico, & inſidentia Spinæ cui potius valeant communicare Naturæ propriæ Qualitates An Cordi, An Abdominis Viſceribus? A

Auerrous lib. 2. Collect. cap. 11.

At hic nequeo mihi temperare, quin dicam ingenuè quod ſentio vel Auerroũ, vel me turpiſſime labi. Cenſeant me doctiores, atque Benigna Poſteritas.

Membrorum Generationis, Quadam ſunt Propria Mari, ſcilicet Teſticuli, & Virga. Sed Teſticuli fuerunt ordinati ad faciendum Sperma, & ideo fuit Caro eorum Alba, & Spongioſa, ſicut Caro Mammillarum, Et ideo quando conuertitur ſanguis, conuertitur ad ſimilitudinem illorum, & faciunt ipſum Album; ſicut Hepar conuertit chylum propter ſuam Rubedinem ad Ruborem. Quia vis eſt Agentis Aſſimilare ſibi Patiens ſuum. Et debes ſcire, quod iſtud Membrum non eſt ſicut Princeps virtutis Generatiuæ, quamuis ipſa virtus ſit in eo. ſicut opinatur Galenus, quia illud nõ poteſt agere ſuam Operationem per ſe, niſi per Spiritum miſſum ei à Corde, Temperatum in Qualitate, & Quantitate. Ideo apparet, quòd virtus CORDIS, quæ hunc CALOREM Menſurat, vt poſſit facere ſuas Operationes ſit Principaliter GENERATIVA, & virtus, quæ eſt in hoc Membro eſt ei ſeruiens, &c. B

Opinionis Auerroi Expugnatio.

Quotieſcunque foret vera Opinio Auerroi ſcilicet Facultatem GENERATRICEM Principem eſſe in CORDE, Omnino (ego niſi turpiſſimè labor) GIBBOSI THORACICI deberent eſſe inhabiliores ad GENERANDVM GIBBOSIS LVMBARIBVS. Quod tamen Hippocratis Teſtimonium negat, & Experientia. Ratio illationis conſtat apertiſſimè. Nam Gibber Thoracis propter viciniam CORDIS deberet ipſum COR laceſſere, interpellare, quantum pertinet ad FACVLTATEM illã PRINCIPEM GENERATIVAM (vt ait Auerrous) IN CORDE Reſidentem, Attamen ſenſus refragatur. Nam GIBBOSI THORACICI vigent Actione Facultatis Generatricis. Contra etiam atteſtatur ſenſus GIBBOSOS LVMBARES Inhabiliores eſſe ad Opus idem peragendum. Summa ſummarum Actio Facultatis Generatricis à Gibbo Lumborum magis impeditur, quàm à Gibbo Thoracico, cum tamen iuxta Auerroi Opinionem contrarium euenire deberet, ille itaque aut ipſe fallor. C

Argum. Trimum.

Aliud Argum. à Principio Oppoſito Specifico.

Experientia Autoris.

Subijcio ad eliminandam prorſus hanc Auerroi Opinionem, hoc idem veritatis apparere in Principio Oppoſito Specifico, nimirum Fœmina, ſiquidem Fœminæ Gibboſæ Lumbares inhabiliores ſunt ad Generandum, Inſœcundiores nempe Gibboſis Thoracicis. Quinimo ego animaduerti Gibboſas Thoracicas minimum lædi in Actione Facultatis Generatricis. Cognoui ego hîc Bononiæ, Gibboſas Thoracicas, Minuſculas Fœminas ex viro, etiam Imbecilli Temperamenti, atque ſtrigoſi Corporis Concepiſſe, atque pluries. Cognoſco Filias earundem optimè conſormatas, Proceras, Habitiores, neque ſummatim Formæ Quotidianæ, at ſucciplenas. Vnde colligitur à Gibbo Thoracico nec Hilum lædi Facultatem illam Principem Generatricem Cordi inſidentem. D

At conceſſerint gratis Aduerſarij, negantes Fęminis ineſſe Facultatem Ge-
neratricem.

Viciſſim ego contrà. Quomodo Fœminę Gibboſæ Lumbares vt plurimùm exi-
ſtant Steriles, ac infœcundæ? vel Infœcundiores Gibboſis Thoracicis?

An hoc propterea contingere dixeritis ipſius Loci Cauſſâ. Quia proptèr Gib- *Quæſtio*
berum Lumbarem Vterus non poteſt dilatari, Vah quæ hæc eſt ſapientia? Ego *Reſp.*
analphaβitus ille homo, cuiuſmodi eſſe me inſuſurraſtis in Angulo, crederem, vt
concedam interea animi gratia ludens negatum à Tuberculis locum vtero ſeſe *Impugn.*
ampliando, crederem inquam has Anguſtias Abdominis valere potius ad con- *Reſp.*
ciliandum Abortum, quàm ad tollendum Conceptionem. Dubio procul Ma-
A trix non poteſt ſentire Loci Anguſtias niſi tranſacto Menſe Quarto, vel ſi mini-
mùm Tertio, quo tempore Grandeſcere cæpit Fætus. At Conceptus iam fuit. At-
tamen Mulieres Gibboſæ Lumbares perrarò Concipiunt Semen Maſculinum,
quæ, ſi ſunt inhabiles ad Generandum proptèr Tabercula, anguſtantia Ventrem
Inferiorem, deberent nihilominus Concipere Semen Maſculinum, & ferre Fætũ
vſque ad Quartum, vel Tertium Menſem, demùm Abortire. veluti nonnun-
quam videmus nonnullas Fęminas Tempore ſemper ſtato abortientes Menſium. *Ludit Au-*
Do vobis Aſylum Aſoti, qui me dixiſtis Analphaβετum. Natura ſagax, & lu- *tor Aduer-*
ſta, quæ nouit Mulieres Gibboſas Lumbares non fore, vt ferre poſſent Vterum *ſarios.*
B vſque ad Tempus conſtitutum propter locorum anguſtias, cauit prudentiſſimè,
ne ipſæ conciperent.

Stultus ego Homuncio. Qui ſcripſi de OCCVLTO, & Librum de META
HVMAMI INGENII, credebam tunc accedendum nobis eſſe ad Naturæ *Opera Au-*
Architectatricis leges, Quando Cauſſarum ſecundarum apprehendit Ceſſatio- *toris.*
nem MENS noſtra veſtigans. At hæc ſunt altioris Cothurni.

Quæro de vobis. Cur Gibboſæ Thoracicæ proximè ad ſeptum Tranſuerſum in *Aduerſarij*
habiliores exiſtant ad Generandum, quàm Gibboſæ Thoracicæ ad Interſca- *confutatur.*
pilium?

C Quid ſi negem illas Anguſtias à Tuberculis prouenientes? Ratio negationis,
Quia Venter Inferior poteſt abunde ſatis dilatari ad geſtandum Fætum Vnum.
Patet hoc ex ijs, quæ Vtero geſtant Fœtus Grandiores, binos, ac Ternos, ſed &
ex Superfætationibus, adhuc ex Mola. Pax.

„ *Hos Helenus Scopulos, Hæc ſaxa Horrenda canebat.* *Virgilius.*

Vt Delium natatorem vobis concedam aſſidentem, nunquam enataueritis,
niſi Scapham ingrediamini meam.

Diſcendum eſt ſemper (veluti ego familiariter dicere ſoleo) at etiam aliquan- *Doctiſſimũ.*
do Dediſcendum, ſi Praua Didicimus. Et nimirum hoc eſt Addiſcere, quæ tur-
piter, ſeù Turpia Didiceris, Dediſcere; Nam omnis Error Turpis exiſtit, niſi
D apud vos Malum ſit in Cenſu, & Pulchrum.

Nòn crederem ego deerrare, quotieſcunque exiſtimarem plurimum poſſe *Argumen-*
hanc rationem. *tum Tertiũ.*

*Barba, Pubes rarò læditur, niſi læſis Organis ipſius Facultatis Generatricis: itaque pendet
à Facultate Generatrice, eiuſque Organis per cognationem proximam, atque Inteſtinam.*

Iecur, Lien, Renes, Ventriculus, Inteſtina, Venarum Genus vtrunque, &
Cauæ, & Portæ, addatur Omentum, Corpus Glandoſum Pancreas nonne ſunt in
Abdomine, atque Partibus Genitalibus communicant, quæ ſeparatim, aùt vna
cùm aliqua alia ſtant pluribus obnoxiæ Morbis, Frigidis, Calidis, Humidis, Sic-
cis, Materialibus, Immaterialibus: Hoc tamen ſymptoma Barbæ, Pubis læſæ iam

relatum

relatum ex Hippocrate nulli cohæret inſeparabiliter dictarum Partium, niſi GENITALIVM ipſis Partibus.

Iecur eſt Rex in Abdomine. Laborat IECVR interdum grauiſſimis Morbis. Intemperie ſæuiſſima (ſumas tibi quamlibet) cui conſentiunt Gaſtricæ Venæ, atque reliquæ ferè omnes. Ipſe eſt (quod per Figuram dictum ſit) REX ventris Inferioris, vexat Cerebrum, Cor admirandis interdum, atque Monſtroſis Affectibus, nihilominus audiuimus vnquam legimus, vel animaduertimus Barbam trahi in Conſenſum, Niſi IECORI COAFFICIANTVR ORGANA GENITALIA.

Præterea ex Morborum Thoracicorum Genere quouis obſeruauitnè aliquis Barbam, & Pubem lædi? Ego ſanè curioſiſſimus obſeruator, vel minimorum quorumcunque Naturæ operum nihil tale animaduerti in hanc vſque ætatem Virilem. A

Quæſtio. Colligere fortaſſis itaque liceat Conſentire admodum, & inſeparabiliter fere Barbam, Pubem ipſis ORGANIS GENITALIBVS MASCVLINIS. At vos de me quæretis huiuſce Conſenſus Rationem. Quid ſi ego viciſſim à vobis peto, mihi explicandam connexionem inter ipſam Rationabilitatem atque Riſibilitatem?

Reſp. Autoris. Sed Cauſſam docere tentabo, atque eandem breuibus attingam Læditur Barba in Gibboſis Lumbaribus, quia Facultatis Generatricis Organa læduntur Maſculina: His autem læſis non poteſt conſummari ſanguis, & perfici, Qui tunc B eſt Perfectus, & Conſummatus, Quando habet SPIRITVS GENITALES Tantos, ac Tales; Quantos, & Quales Natura Indiuidua Maris Humani requirit. *Sanguis conſummatus qui ſit?* Sanguis nanque id generis Abſolutus Conſummatus, & verè Specificus, (Ex ipſo enim Generatur SEMEN, Quod inſeruit propagandæ Spetiei) ſanguis inquam huiuſmodi Perfectus & GENITALIS, vel SEMINALIBVS SPIRITIBVS exiſtit MATERIA Pilorum, BARBAE, atque PVBIS. *Opus Autoris.* *At hæc plenius in* Pilorum Phiſiologia docere conabimur, diſtinguentes Pilorum Ordines, vel Gradus, vt enim omnes fuant ſub Cenſu Generico Pilari, non eſt proptere à ſimplex *Natura Pilorum nō eſt Simplex.* Natura eorundem, at differens; Non ſecus atque in Cute Corporis noſtri, cuius C ſunt Plures Gradus, vel Ordines, quos cognouit, & docuit Cutaneos nempe ordines etiam Galenus vir Doctus in Opere vaſto de V. Partium. *Comparatur Cuti*

De Materia Pilorum contrà Opinionem Antiquam, & Communē. Vultis cognoſcere ò Tyrones Pilum non eſſe Genitum à Vapore, Fumo, Fuligine, Excrementiaue exhalatione (aut ſi quicquam eſt aliud, ſed potius à SANGVINE MVNDO, PVRO, SINCERO Conſulatis Curationem Rationalem Alopeciæ, Ophiaſis, legite Galenum, veteres omnes vno Conſenſu aſſeuerantes in id generis Morbis omni cura ſatagendum eſſe, cum vt ſanguis Purus, Mundus exiſtat atque ſyncerus, tum vt Generetur omnino talis. Quapropter Euchimos Cibos oportet exhibere huiuſmodi Aegrotis; Præterea incumbere, vt Coctiones viſcerum celebrentur optimè, quantum fieri poteſt. Quorſum hæc D ſatagentia emundandi Sanguinis, Expiandi Corporis vniuerſi, præterea & ſedula adeò Cura Generandi Sanguinis ſynceri in Pilaribus Morbis iam dictis, quando Pili exoriantur ab Excremento Vapore, Fumo, Fuligine?

Contrà potiùs omni cura, ſtudio, atque diligentia incumbere oporteret, quò foret Copia liberalis Materiæ Pilorum, nam ipſe Morbus eſt in Defectu, præſtaretq; Sanguinem eſſe Excrementoſum, Vaporoſum, Fumoſum, atq; Fuliginoſum.

Subijcio in Tyronum gratiam aliqua Teſtimonia vnde poſſint aliquatenus colligere Pilos exoriri à ſanguine puro, & mundo. Primumeſt Galeni, Alterum Sorani.

Ade-

Adoleſcens quiſpiam Bonæ Habitudinis, & Exercitijs aſſuetus hanc Affectionem in Capite habebat (loquitur de Alopecia) erat autem ſatis familiaris mihi, ut Victus Rationem etiam ipſius, qua iam per Tres, aut Quatuor Menſes vſus erat, probe noſſem: Explebat enim ſe quotidie fermè Fungis. Hunc itaque ſola Hyera ex Colocynthide purgaui, bis in quinque Diebus. In prima ſanè Purgatione Quatuor ex ea Drachmis. In ſecunda Quinque exhibitis. Priuſquam verò ad has Purgationes peruenirem, Catapotia ex Aloë Vndecim ei præbui, Ciceribus fere Magnitudinem parem habentia: Habent autem Catapotia hæc. Gal. de Cõp. Ph. ſ. Locos lib. 1. & c. 2. Hyera ex Colocynth. Doſis. Pil ex Aloë Doſis.

Colocynthidis Partem vnam

Aloë
Scamonij } *Vtriuſque Partes Duas*

A *His ego miſceo Succi Abſinthij Partem Vnam.*

Antea vero etiam Maſticem Chiam, & Bdellium adieci hoc enim modo Quintus vtebatur Verùm propter, quid ea reiecerim poſtea, alio ſermone explicabitur, Quem in Compoſitionis Purgantium Pharmacorum Libros reſeruo.

Cum igitur poſt has Tres Purgationes Homini Pituitam è Capite deducere per Anophlegmatiſmos vellem. Atque deinde Pharmacum quoddam ad Affectam Partem adhibere: contingit ipſum de repente in Profectionem quandam ablegari, in qua cum BONI SVCCI CIBIS, de quibus à me audierat, vteretur, poſt Dies forte viginti redijt ab Affectione circa Capillos penitus Curatus.

B Ex hac Galeni recitantis Hiſtoria nonnè conſtat in Alopeciæ Curatione profuiſſe duo? Expiationem Corporis, & Victus rationem Euchymam?

Soranus. Curatio ex Sorano.

Quapropter vbi recens Malum eſt, Primùm abſtinentia proderit Deinde ſimplex, & Exiguus Cibus, Boni Succi: Et Irrigatio ex Oleo Dulci calido, & Panis in Cataplaſmate Fomentaq; Et ſcalptura, & Cucurbitula, & Cerata. Vires item reparentur.

Inueterata autem iam Affectione, Aſſidua Raſura, & Rubificatio ex Sinapi, & Frictiones præſcripta, ita vt in ſequentibus diebus Picem ſuperlinas, aut Oleum Cedrinum. Proderit item Rubificatio ex affrictu Foliorum Fici, aut Caparum, aut linteoli Indici, aut Pollici obuoluti, & poſt Frictionem Scarificationes. Quidam verò Acus colligantes ita, vt C *cuſpides ipſarum in eundem locum porrigantur, per ipſas & cutem compungunt. Cæterum poſt Rubificationem per Defrictionem inductam, poſtq; Scarificationem, Pharmaca conueniunt ex alto euocantia, ac transferentia Metaſyncritica Græcis appellata, tum illita tum Emplaſtri modo impoſita. Eiuſmodi autem multa particulatim exiſtunt. Nam & Cape tritum & Raphani Cortex, Vtrumq; cum melle Emplaſtri more appoſitum Valet. Aut Spuma Nitri pars Vna, Rhoïs partes duæ, Salis Ammoniaci pars vna: Vſta, & cum acri aceto trita ad Strigmentorum craſſitudinem redigantur.*

Hæc refert Galenus lib. Primo de Compoſ. Medicamenti ſ. locos Capit. ſextodecimo ex Sorani Operibus.

D *Eſt & alia Pilorum Affectio, qua ad Raritatem Cutis, Inopiamq; ſubſtantiæ Pilos generantis conſequitur. Quaproter etiam Curatio hoc modo læſorum, non eundem Scopum quem Alopeciæ habet. In Alopecijs enim, vt vitiatus humor conſumatur, Intentionem ſummam, ac Primarium Scopum habemus: in his verò vt Capilis habitum roboremus, & boni ſucci alitionem procuremus, cutemq; ad denſitatem, ac raritatem moderatam reuocemus. Quamobrem ſanè ad Pharmaca Humectantia aliquid moderatè aſtringens admiſcere oportet; quale eſt Ladanum, quod Vtraque in ſe moderatè complectitur, quæ ad hoc ſymptoma conueniunt, calditatem videlicet mediocrem & aſtringendi vim iuxta eandem proportionem: propter hoc itaque oleo mixtum, quo illinire poſſis, Symptoma ſine acceſſionem defluuij Capillorum ſiſtit. At verò manifeſtum eſt, Capitis frictionem neceſſariò huius Pharmaci vſui* Scopi in Raritate Cutis. Ladani Vires.

præmitti, & multorum Pilorum Ablationem, aut ſi Anni Tempus id fieri permittit, perfe- ctam Ablationem. Ita enim in Affrictu es Illitu robuſta & Calida reddetur Cutis, & moderatam denſitatem acquiret, eam videlicet quæ ſecundum naturam eſt. Conſueuit autem hæc circa Pilos Oblæſio ſæpe ijs, qui ægrotarunt, accidere: rarò autem citrà morbum. Et magis ſanè victu vires reficiente atque ſalubri, opus habet: nullique citrà medicamentum Perfectè ſanati ſunt, atque id breui. Compoſuerunt tamen Medici eius gratia Pharmaca moderatam denſitatem, ità tamen vt ne ſimul eam refrigerent: quæ enim vehementer aſtringunt, omnia etiam refrigerant, & Alimenti influxum reprimunt, propter cuius inopiam Capelli defluunt. Intentio itaque Medicamentorum eſt ſanguinem affluentem non ſolum non præ-

Ladani Vires. *pedire, ſed etiam prolectare, cogere autem ſenſim & aſtringere rarefactam Cutem. Tale autem ſponte Natura eſt ipſum Ladanum; quod quia Ceræ ſimilem Compagem habet, lar-* A *go aliquo conuenienti liquore indiget, quo capiti illini poſſit.*

Galenus ſibi ipſi aduerſatur. Galenus inſtituens Curationem Rationalem Defluij Pilorum iugulat ſemetipſum, Phyſiologiam ſcilicet eorundem à ſemetipſo pronuntiatam. Hanc autem dixit, quatenùs pertinet ad Pilorum Materiam. Pilos generari ex Materia proxima, Vapore, Fuligine, Fumo, Excrementis Coctionis Tertiæ.

Galenus porrò tradés Curationem Defluuij Pilorum, ait, illos defluere, Aut ratione Conformationis Cutis, Aut ratione Materiæ Pilaris. Scilicet quia Cutis, vel exiſtit Rara: vel quia Materia Pilorum deficit. Hinc duo Scopi proponuntur.

Theoria Medica Rationalis Pilorum reparandorũ. Primus, Moderata Conformatio Cutis eſt Scopus, qui pertinet ad Mediocritatem Raritatis, Denſitatis. Nam vbi ſit Cutis denſiſſima, velut in Variola, Cicatrice, Ambuſtis, Pilus exit nullus. Vbi Rara nimiopere ſit eadem, & laxa Pilus identidem nullus naſcitur. Hinc patet Cutem eſſe tanquam ſolum Pilaris ſubſtantiæ, ipſiusq; Conformationem, ſed & requiri Temperiem propter exortum eorundem Pilorum. B

Alter ſcopus pertinet ad Materiam ipſorum Pilorum, quæ in Defluuio eorundem deficiat, curandus eſt eiuſdem apparatus, & ſubſtituenda eſt Materia Pilorum liberalis. Quapropter ait.

Capitis habitum Roborare oportet, & BONI SVCCI Allationem procurare.

Nemo ſanè bardus fuerit adeò (niſi ego inſanio, quod forſitan poteſt contingere) qui non cognoſcat apertè, huiuſmodi Curationem Defluuij Pilorum, quantùm pertinet ad Scopum alterum, non eſſe inſtitutam iuxta Phiſiologiam Pilorum à Galeno eodem publicatam. Quæ talis eſſe deberet. C

Quia Materia Pilorum deficit, & Materia Pilorum exiſtit Fumus, Fuligo, Vapor, Excrementum Coctionis Tertiæ, omni cura, ſtudio, atque diligentia ſatagendum eſt, quò Coctio Tertia abundet Excrementis, præterea generetur Sanguis à quo exeant, tanquam à Materia apta liberaliter Fumus, Fuligo, Vapor, etenim ſic abundauerit Materia Pilorum, cuius defectu contingit Defluuiũ corundẽ. Talis omnino foret Curatio Rationalis deſumpta ex Principijs ſuæ Phyſiologiæ D Pilorum, quam tamen inſtituit iuxtà Principia Phyſiologiæ Pilorum meæ, atque id agit Experientiâ ductus, atque veritate coactus, In Defluuio enim Pilorum Capitis omni ſatagit ingenio.

Vt capitis Habitus roboretur.

Ex quo Scopo, & cuiuſmodi Actione Coctio Tertia in eodem peracta vt ritè, optimè peragatur, conſtat ab ipſo fuiſſe procuratam. Quapropter nulla vel minima fient Excrementa in Coctione Tertia, quæ tamen ex eiuſdem opinione ſunt Materia Pilorum. Itaque Materia eorundem fuerit quantum pertinet ad hunc Scopum aùt Nulla, aùt Minima. is attamen ſatagit Materiam Pilorum ſupereſſe

liberalem, quod & Ratio dictat, & ſenſus docet ex Analogia ad Artes.

Is demum incumbit omni ſtudio vt feratur SVCCVS BONVS ad Cutem. Quis autem ſit SVCCVS iſte BONVS audite, legite.

Aſclepiades Bithynus lib. de Pharmacis ad Alopeciam.

Accipito Spumæ Nitri Partes Duas

Salis ammoniaci Partem vnam

Quæ Vrantur, ac Terantur, acerrimoq; Aceto diluantur, donec Strigmentorum Craſſitudinem accipiant. Præſcalpta leuitèr Alopeciæ, quò Denſetur, & CRVENTVS reddatur Locus moderatè illinimus. Defricamusq; donec Caput ea concipiat, & Pharmacum in altum probè deferatur, atque ita quieſcere vſque ad Crepuſculum ſinimus: poſtea ad Veſperam idem repetentes, ſimiliterq; ſequenti, ac Tertia die magnam perunctionem reponimus. Atque ſub finem ait.

A

Medio autem tempore Scalpturam per Acutum Cultellū aſſiduè facimus. Aliquando etiam Cuſpide acuti ſpeculi cute pertuſa, per fiſſuras ipſas SANGVINEM moderatè elicimus.

Agam interea partes Medici Hiſtorici, vt oculi magis doleant non æmulis, at Obtrectatoribus. Duò fuere Aſclepiades Medici.

Vnus fuit Aſclepiades Pruſienſis, de quo ita meminit Plinius. *Plinius lib. ſept. Hiſtoriæ cap. 37. Aſclepiades Pruſienſis.*

Summa autem Fama Aſclepiadi Pruſienſi, condita Noua Secta, Spretis Legatis, & Pollicitationibus Mithridatis Regis, reperta ratione, qua VINVM Aegris medetur, relato è Funere Homine, & ſeruato: Sed maxime Sponſione facta cum Fortuna, nè MEDICVS crederetur, ſi vnquàm inualidus vllo modo fuiſſet ipſe: & victor ſuprema in ſenecta lapſu Scalarum exanimatus eſt.

B

Sed plenius intelligetis legentes quæ pertinent ad eūdem libro Hiſt. Nat. eiuſdem Plinij xxvj. & cap. Tertio.

Alter fuit Aſclepiades Bithynus, cuius retulimus ſententiam ex Galeno libro Primo de Compoſ. pharm. 5. locos cap. 2. ſect. oct.

Ex hoc Hiſtorico Corollario acciperent anſam Obtrectatores in me euomendi virulentam rabiem cordum ſuorum, quotieſcunque nouiſſent à Galeno Parerga huiuſmodi vocari Nugas, quarum occaſione multi Medici hac tempeſtate creduntur eſſe Coryphæi, & Satrapæ, cùm tamen ignorent Phyloſophiam, & Medicinam Rationalem, leguntur enim Autorum Plurium Commentationes Rhapſodicæ, hinc indè corraſæ, ſub perſona verborum aliorum Scænam occupantes interſtinctæ corollis Hiſtoricis, hinc ſumma Fama huiuſmodi contingit Autoribus nam vt ait Galenus. *Medici Hiſtorici creduntur eſſe nunc Medici Phiſici.*

C

Gal. in lib. 3. Hippoc. Com. 2. de Morbis Vulg. Aegroto ſeptimo.

Hiſtoricæ Cognitionis gratia multi mortales interdum ſuſpiciūt quoſdam, qui Artes aliquas tractant; Homines, qui multa legerunt, retinueruntq;, ſtatim etiam Artis ducentes Præcepta tenere.

D

Cuiuſmodi ſtylum ego tenui coactus in hoc opere meo, ſiquidem Docti Boni aliqui Viri pinxerunt me in angulo quibuſdam inſuſurrantes Analphabætum eſſe hominem, Artis nedum ignarum, ſed litteraturæ totius. Quapropter illos, vt iugularem, ſum viſus ſtilo Pompatico, qui tamen fuit omnino impræmeditatus, atque Extemporaneus. At rem tractemus. *Excuſat ſe Autor.*

Sanguinem eſſe Pilorum Materiam non autem Fumum, Vaporem, Fuliginem, Excrementum cognoueris apertè ex Curatione indicata, quæ ſatagit attrahendum ſanguinem ad Cutem quapropter Princeps ait. *Auicennas lib. Quarto Fen Sept. Tract. 1. capit. Quarto De Alopecia, & Ophiaſi.*

Et quandoq; ſignificatur velocitas Sanationis eius, & Tarditas ex eo, quod videtur, de velocitate RVBIFICATIONIS eius per Fricationem, & Abraſionem propter velocitatem

attractionis SANGVINIS BONI ad ipſam, aut Tarditatem eius: quamuis Fricatio plurima exulceret, quare prohibet originem Pilorum.

Quod ſignum deſumpſit Auicennas ab ipſo Galeno, & lib. de Compoſ. Pharm. ſecundum Locos primo, atque Cap. 2. Sect. 2. Veruntamen Operoſum eſt Docere, Operoſius verò Dedocere, ſed Operoſiſſimum Seruilia circa Ingenia iſtud ſatagere. Porrò tales exiſtunt MATERIARII iſti Phyſici, dicentes Pilum naſci ex Odioſiſſima illa, malè, niſi & peſſimè dicta NECESSITATE MATERIAE, nimirum Fumi, Vaporis, Fuliginis Humoralis Excrementiæ, quos tamen arguunt, iugulant huiuſmodi Rationes. Quid? Quod? Nonnè vident in Corpore Frigidi Iecoris, vel Cordis, & in Frigidiſſimo IECORE ex Affectu interdùm præter Naturam Chronico etiam, non vexari tamen Pilos Barbæ, & Pubis? A

Doctiſs. *Philoſophi Materiarij.*

Argumentum Quartum.

Supereſt aliud Argumentum, ex quo probatur Barbam cohærere nexu eſſentiali, quod aiunt, atque Inteſtino Facultatis Generatricis Organis, Partibus nẽpè Seminalibus, deſumitur autem Ratio à Maribus noſtræ Speciei, Semicaſtratis. Nuncupo ego Semicaſtratos homines illos Mares, quibus fuerit alter Teſticulorum exemptus, cuiuſmodi viros non Caſtratos ſimpliciter, at ſecundum quid, Semimares, Semiuiros, Semieunuchos dicere ſoleo. vos obſeruatote, Senſibus B dijudicandam hanc veritatem, quam ex longa & curioſiſſima Experientia mihi cognitam vobis propono.

Semicaſtrati qui ſint?

Propoſitio Autoris. *Qui ante Pubertatem fiunt Semimares Pubeſcunt, atque Barbeſcunt ſerius, & imperfectius, præſertim ex ea parte, vnde fuit exemptus Teſtis: Pilusq; Barbæ κατὰ ἕξιν Tenuis, Rarus, Mollis, qui attonſus tardè recreſcit, ſubinde non occupauerit Barba omnia loca Seminaria, & Plantaria ſuiipſius.*

Hæc autem omnia ferè viſuntur in ijs, qui à Pubertate Caſtrantur. Contingit autem, quia Officinarum altera Seminis deficiente, ſpiritus Genitalis, vel Seminalis copia deficit, hinc ſanguis Genitalis, Seminaliſuè Pilorum Barbalium Materia cum non abundet, Barbę quoque Pilus Gigni, Ali nequit Robuſtus Denſus, & Craſſus. C

Obſeruatote pariter Pubem, animaduerteritis eandem ijſdem ferè ſymptomatibus obnoxiam ab exemptione alterutrius ipſorum Teſtium, ſed præſertim Dextri, quod apparet etiam in Barba.

Quæ capita duo ſequuntur, eà publicati anno 1599. & Impreſſa Mutinæ, ſub nomine Fragmentorum, ductus peculiari quodam Conſilio.

Cap. VI. Finis Medicus Barbæ Humanæ quis exiſtat ex Autoris mente? D

DEmonſtrauimus apertè ſatis (niſi turpiter labimur) ex ijs, quæ hucuſq; à nobis dicta fuere, Barbam pertinere ad Facultatem Generatricem Maſculinam noſtræ Speciei, atque illi neceſſario, indiuiduoq; nexu coniunctam eſſe, cuiuſmodi Contemplatio extitit merè Phiſica, ſeù Naturalis, egregium, ſincerumq; teſtimonium ipſius Naturæ Maieſtatis. Nunc ſanè operæ pretium eſſe videtur (vt prò modulo ingenij noſtri aſſeramus Poteſtatis eiuſdem, atq; Sapientiæ Amplitudinem

plitudinem latè manantem, quæ verè Maieſtas eſt.) indicare, docere non minimum, ſed maximum emolumentum, atq; ſubſidium accedere ipſi Arti Medicæ Philoſophica ex huiuſmodi Contemplatione. Medicina quippe Rationalis à Philoſophia, non ſecùs atq; à Fonte Riuus dimanans, conſentientibus calculis Doctorum, & Bonorum omnium, proficiſcens conſtituitur, conformatur; hinc protritum illud. Vbi deſinit Philoſophus, ibi incipit Medicus. Etenim concluſiones Phyſicæ ſunt Principia ipſius Artis Medicæ, non equidem omnes, at illæ quæ pertinent duntaxat ad Corpus humanum, atque facem quaſi præferunt Actiuæ, & Practicæ Medicæ Facultatis parti, quæ (vtemur interim verbis Auerroiſticis tex. comment. 2. ſuper Cantic. Auic. Tract. primo Partis primæ.) conſiderat

Medicina Ration. eſt Germen Philoſophia.

A qualiter, & cum quibus conſeruet Sanitatem, ſimiliter etiam qualiter, & cùm quibus curet Aegritudinem, quod eſt ſpeciale in Arte Medicinæ; hinc doctiſſimè ſcripſit Præceptor Ariſtoteles lib. 1. Ethicorum cap. vltimo.

Καὶ τῶν ἰατρῶν δ' οἱ χαριέντες πολλὰ πραγματεύονται περὶ τὴν τε σώματος γνῶσιν.

quæ vertit Argyropilus in hanc ſententiam.

Elegantes etiam Medici multa plane circa cognitionem corporis tractant.

Dicerem ego ſimpliciſſimè. Et Medici conſummati plura equidem corporis intelligere ſatagunt. *οἱ χαρίεντες* vox non pertinet ad elegantiam, gratiam, leporem, feſtiuitatem, ſed potius ad conſummationem, apicem rationem, & perfe-

Medici cōſummati qui ſint?

B ctionem, talem verò gradum ij Medici conſecuti ſunt, qui Philoſophiam vna cum ipſa Medicina coniunxere, Summa ſummarum ipſi Medici Rationales. Animaduertas præterea ſcripſiſſe Ariſtotelem *πολλὰ* non autem *πάντα*, ſunt enim plura theoremata Phyloſophiæ Naturalis, quæ nihil pertinent ad Medicinam, quapropter ſcitè, catè dixit Plura, non Omnia, quæ ſunt etiam corporis humani, cognoſcenda ſibi proponunt Medici eximij, atque præſtantes, quicquid enim ratiocinantur circa cognitionem Corporis humani, eiuſq; Partium, illud accipiunt à Phyloſophia, cuius intereſt veſtigare, docere Cauſas totius corporis noſtri; ſed ne conſequentiâ, & affinitate rerum ducti rapiamur tranſuerſi, dicimus

C hanc propoſitionem Demonſtratam à nobis de Fine Barbæ Humanæ vnam eſſe ex illis, quæ ſunt Principia Medicinæ vtriuſque Contemplantis, & Agentis, nimirum, quod aiunt omnes, Theoricæ, Practicæ, confert enim ad Morbos Cognoſcendos, Prædicendos, atque Curandos. Hoc autem nobiliſſimo, & vtiliſſimo Auctario nos primi poſt homines natos (qui fuit Dei Optimi Maximi benignitas miſerantis, cui ſemper ſit honor, & Gloria) Medicinam donauimus, & illuſtrauimus, quo ſi vti, nouerint Medici reipſa intelligent, non minimam acceſſionem ipſi Arti factam fuiſſe: nec vitio nobis vertendum eſt, ſi palam profitemur nos eſſe Autores, & Inuentores, quando veritatem enuntiamus, & licet interdum de ſemetipſo honorificè loqui, non enim ſemper laus in proprio ore ſordeſcit, audi-

Dogma Auctoris de Barba inſeruit Medicinæ Theor. Pra.

Autor ſeſe defendit.

D te, legite Plutarchum.

Seipſum abſq; culpa reprehenſionis laudare aliquis poteſt, ſi Calumniæ, aut accuſationis depellendæ gratia hoc faciat, vt Pericles.

Ac mihi quidem vos iraſcimini, ei viro, qui nemini veſtrum cedo vel Peritia rerum, vel elocutione intellectarum, vel Amore Patriæ, vel Pecuniæ deſpicientia. Plut. Non enim crimen modo Arrogantiæ, Vanitatis, & Ambitionis effugit, tunc de ſe magnificè loquendo: ſed & Altitudinem Animi, & Virtutis declarauit magnitudinem, eo ipſo Inuidiam opprimentis, quòd deijci ſe, & frangi non eſt paſſa.

Quando liceat ſeſe laudare?

Cùr itaque mihi non liceat huius Auctarij nùnc, nùnc indicandi, docendi ad Medicinam faciendam ſpectantis prædicaſſe me Autorem, Inuentorem eſſe? Po-

ſteritas

Culumnia in Argum. Operis. ſteritas admitte fidem; voſq; Ingenuæ Contemporaneorum Mentes nullum Argumentum adeò futile poſſe vnquam excogitari, deridendum, & commetricium, quod non præiuerit aliqua ſpetie dignitatis huic meo, in Finis Barbæ humanæ inueſtigationem ſuſcepto, ridebant ipſum homines neſcioqui, ſubſannabafit, illud veteris ægri ſomnio comparantes, at ne ſurgat Erynnis. Si velint, nolint Maleuoli, de me vniuerſa loquetur Poſteritas, non vt de Rhapſodico ſcriptore, Interpoli, Mangone, ſed Autore Principe, Inuentore, atque eius ordinis, qui protulerit Artis Medicæ ipſa Pomeria, ſed audite, legite Senecam lib. ſexto Nat. quæſt. 5. cap.

Seneca. *Illud ante omnia mihi dicendum eſt, Opiniones veterum parum exactas eſſe, & rudes. Circa verum adhuc errabatur. Noua omnia erant primo tentantibus, poſt eadem illa limata ſunt: & ſi quid inuentum eſt, illis nihilominus referri debet acceptum. Magni Animi Res fuit, Rerum Naturæ latebras dimouere, nec contentum exteriori eius conſpectu, introſpicere, & in Deorum ſecreta deſcendere. Plurimum ad inueniendum contulit, qui ſperauit poſſe reperiri. Cum excuſatione itaq; veteres audiendi ſunt; Nulla Res conſummata eſt dum incipit. Nec in hac tantum Re omnium maxima, atque inuolutiſſima, in qua etiam cum multum actum erit; Omnis tamen Aetas quod agat inueniet, ſed in omni alio negotio longè ſemper à Perfecto fuere Principia.* A

Opiniones Veterum.

Doctis. Omnis Aetas certè aùt ad Scientiam, aùt ad ipſam Diligentiam adijcit. Sed Finem Barbæ Humanæ Medicum, ſeù ad Medicinam, ritè, rectè faciendam qui pertinet, iam do vobis, atque ſimpliciſſimè, illum audite, legite. Proæmij enim B cuiuſdam loco, quæ hucuſque narrauimus, dicto ſunto; & in Philoſophicam Vltionem eorum hominum, qui me dixere ſecreto, pinxere inſuſurantes *Analphabetum*: vos nunc appello *Catones*, qui Riſiſtis.

Finis Medicus Barbæ Humanæ ex MARCI ANTONII VLMI PATAVINI *Autoris Mente.*

BARBA, Pars Faciei, & quæ Neceſſariò conſequitur Facultatem Generatricem Maſculinam Spetiei noſtræ, eſt Index Temperamenti Organorum deſeruientium eidem Facultati, ac præſertim Teſtium: Indicat vero Barba ex ſui ipſius Differentijs omnibus Accidentalibus. C

Suppoſitio Autoris. Hanc Propoſitionem ego interim accipio, *Barba eſt Pars*, quam in Phiſiologia Pilorum niſi Demonſtraui, ſaltem Rationibus quaſi Demonſtratiuis pleniſſimè aſſeueraui. *Pili quid Sint?* Sunt enim iuditio meo Pili, iureq; merito dici debent Partes Corporis Zoophyti, Cutis enim Solum; Pilus exiſtit Planta, hinc à me pili vocantur *Materia Pilorum.* Animali Plantæ, ſeu Plantanimales. Materia Pilorum, ex qua generantur, non D eſt Excrementum, ſed ſanguis, & Proprius, nimirum Sanguis, qui à Virtute, ſeù Facultate Pilifica conformatur in ſubſtantiam talem characteriſticam. Pilorum *Materia Pilorum Barbalium.* Barbalium verò Materia eſt Sanguis conſummatus Principij noſtræ Spetiei Maſculini, ſcilicet Sanguis Genitalis, Genitalibusq; Spiritibus repletus; & perfuſus Indiuidui Maris humanæ ſpetiei. Declaraui hæc omnia in Opere meo in aſſeuerationem Maieſtatis ipſius Naturæ, inſuper oſtendi Falſitatem Doctrinæ An- *Autor promittit Phiſiologiam Pilorum.* tiquorum hactenus ab omnibus vſurpatæ, velut ſatius dicam, receptæ, quæ teneri non poteſt abſque Blaſphemia in ipſam Naturam, & flagitio Philoſophico. Ferant amabo interea mortalium ingenuæ mentes, liberaliter, non ſeruiliter philoſophan-

loſophantes, exibit nanq; & breui (niſi quid penitus aduerſetur; homini quippè debent eſſe omnia humana meditata) mea Phiſiologia Pilorum, in qua legent mortales quicquid à Græcis, Arabibus, Latinis Priſcis narratum Hiſtoricè, aut Phiſicè ſcriptum fuit, vnde ſumi poſſunt argumenta aduerſus Principia noſtræ Philoſophiæ, & Doctrinæ: intellexerint homines multiplex teſtimonium, & admirandum; ſcilicet Pilos oriri in abſceſſibus, in partibus internis corporis noſtri, externis omnibus iuxta teſtimonia ſemper veterum Scriptorum non enim referã illos homines, qui noti iam ſunt, & aluntur apud Sereniſs. Ducem Parmenſem, Adhuc Pilos Magiæ Naturalis beneficio Generari, non Generari, eorundem inſuper Generationem Accelerari, & Retardari vno ſubſidio Magico Phiſico, quod
A euocat ſuis ex Principijs Barbam quoque in ipſis Fœminis noſtris, vt enim Generis noſtri aliquæ Fœminæ obtineant Barbam omnibus numeris æquipollentem Barbæ virili, nimirum eandem prorſus iuxta omnes Differentias Accidentales, atque id ex ſeſe, interno vno ſolum Principio, attamen Barbam poſſunt habere Mulieres ex auxiliaribus, & externis præſidijs.

Prudent. Phiſiologiæ Pilorũ Humanorum Autoris.

Magiæ Naturalis vires apparens in Pilis.

Barba neceſſario conſequitur Facultatem Generatricem Maſculinam Generis noſtri. Hæc eſt vna propoſitio, quæ in ſuperioribus à me ſatis probata fuit.

Propoſitio aſſeuerata ab Autore.

Barba èx Differentijs omnibus Accidentalibus eſt Index Temperamenti Partium Organicarum deſeruientium Facultati Generatrici Maſculinæ Generis noſtri, atque præſertim ipſorum Teſtium.

B Nemo nòn videt in Logicis etiam leuiter exercitatus hîc eſſe tres Propoſitiones: quarum vna hæc, *Barba eſt Index Temperamenti.* Altera verò exiſtit; *Barba eſt Index Temperamenti Partium Organicarum deſeruientium Facultati Generatrici Maſculinæ Speciei noſtræ.* Tertia demum Propoſitio, *Barba eſt Index præcipuè Temperamenti ipſorum Teſtium Maſculinorum.* Prima Propoſitio recipitur ex communi conſenſu Philoſophorum, & Medicorum omnium; tàm Veterum, quàm Neotericorum. Secunda innititur Doctrinæ à me iam Demonſtratæ, quia Barba eſt conſequens inſeparabile Facultatis Generatricis Maſculinæ, cuius Opera, & Organa ſunt Corporea. Tertiam Propoſitionem ego interim accipio, ex hac Hippoteſi. *Teſtes exi-*
C *ſtunt Organa præcipua Facultatis Generatricis Humanæ Maſculinæ, in quibus tanquam Officinis conformatur Semen, vndè Fœtus, & Homo.* Quæ Propoſitio eſt controuerſa, cum diſſideant inuicem Ariſtoteles, atq; Galenus: hic enim Teſtes, illè vero Meatus, aut Poros ſpermaticos aſſerit obtinere principem locum in Partibus Genitalibus, ego interim accipio ſententiam Galeni, reijciens Opinionem Ariſtoteleam quæ meo iuditio eſt penitus Falſa. Demonſtraui Falſitatem illius in Capite, quod huic erat præponendum, non eſt autem editum, quia perplura obſtiterunt, & aduerſantur mihi, vt cogar quaſi ad Clepſydram exarare lineis etiam ferè præſcriptis. Ego ſi quicquam nunc mentior, viuam, & moriar infœliciſſimus omnium
D mortalium. Ariſtoteles in Philoſophia Teſtium lapſus eſt fœdiſſimè, atque non ſolum in Logica, ſed etiam in Philoſophia, repugnans adhùc ſibimetipſi, quæ ſigillatim ego indicaui, & legentur, quia omnino curabo edendam huiuſmodi Philoſophiam, nùnc interim obſtringens Fidem meam; vnde apparebit ipſos Teſtes eſſe Officinas Seminis, quæ fuit opinio priſcorum Sapientum, atque Phiſicorum Ariſtotele Seniorum, cum ſcripſerit ipſe in hanc ſententiam Ariſt. lib. Quinto de Gen. Anim. cap. Septimo.

Digeſtio Logica.

Suppoſitio Autoris.

Propoſ. controuerſa.

Autor ſubſcribit Gal. renuntians Ariſtot.

Ariſtotelis error.

Autor quæ promittat?

Cauſa hac eſt quamobrem Excſtia mutentur in Fœminam, tum voce, tum etiam reliqua Forma, quoniam ità accidit vt Principium laxetur, ex quo intentio Corporis eſt; Non vt qui-

dam

dam exiſtimãt, quod Teſtes ipſi Copula ſunt multorum Principiorum, quæ Propoſitio in textu Græco legitur his verbis.

Ἀλλ' ουχ ὥσπερ τινὲς ὑπολαμβάνουσιν, αὐτοῖς τοῖς ὄρχεις εἶναι σύναμμα πολλῶν ἀρχῶν. Dicerem ego ſimpliciſſimè.

Opinio Priſcorum Sapientum defenditur ab Autore contra Ariſt.

Non ſanè quemadmodum opinantur aliqui ipſis ineſſe Teſtibus Σύναμμα *plurium Principiorum*. Quæ Propoſitio veterum Sapientum exiſtit veriſſima, & bellè docuerunt Priſci voce Figurata, ſeu Metaphorico dicendi genere ipſorum Teſtium Facultatem, Vim, Poteſtatem, atque Naturam. Eſt enim vis conficiundi Seminis Facultas Facultatum, congregatio, coitio, Synodus, Sinagoga, Ἅμμα Vnio, cohibitio, vinculum, Nodus. Emphaſim habet miram particula Συν, veluti nemo nō A nouit. Omnino ſi Teſtes exiſtunt Officinæ Seminis, & Semen ſit Animal in Potentia, *Facultas Teſtium Seminalis* eſt iure merito nuncupanda *Facultas Facultatum, & Organum Specificum erunt ipſi Teſtes Organorum omnium*; quemadmodum & Manus dicitur ab eodem Ariſtotele *Inſtrumentum Inſtrumentorum*, quæ propoſitio eſt Obſcura, licet pronuntietur ab omnibus. Ratio obſcuritatis eſt in voce *Inſtrumentorum*, quæ debent referri ad Intellectum Practicum, ùt Inſtrumenta ſint Artificialia. Quando autem dicimus nos, *Teſtes exiſtunt Organa Specifica Organorum omnium*, non intelligimus de Organis vel Inſtrumentis ad Artem, ſeu Artium Chorum ſpèctantibus, at de Organis, Phiſicis, & corporis Indiuidui humanæ Speciei, nam in Semine ſtat Vis illa, & Facultas Formatrix, Diuinam quam nuncu- B pauit Galenus, vtensq; Spiritibus proprijs Morphœticis. At hæc alias, & apertius, & plenius docere conabimur. Veniamus iam ad indicandam veritatem huius Propoſitionis. *Pili ſunt Indices Temperamenti Corporis noſtri*. Quæ Doctrina communis eſt Græcorum, Arabum, & Latinorum omnium, atq; adeo omnem extra controuerſiam poſita, & ſempèr accepta. Referremus autem ſigillatim Principum virorum in Arte Medica Doctiſſimorum ex communi ætatum conſenſu Teſtimonia, elucebit quippè ſenſibiliter magis Veritas ipſa, manu quaſi contenta, & comprehenſa, cui acceſſerit, & illud emolumenti, iuniores vt cognoſcant Quæ, Quot ſint Differentiæ Accidentales eorundem Pilorum, ex quibus, veluti C Notis, deprehenditur ipſum Temperamentum. Hinc eorum quaſi manuducentur mentes ad cognoſcendam varietatem Temperiei Teſtium (quæ eſt Pars noſtri Corporis Princeps, velut Indiuidui Specifici) ex varietate Differentiarum Accidentalia ipſius Barbæ, quæ & ipſa exiſtit Pars Faciei præcipua, & Specifica, nanq; reſpicit Indiuiduum hominem, nòn vt eſt duntaxat Indiuiduum, at ipſum quatenus eſt principium Vnum Facultatis noſtræ Generatricis, nimirum quatenus ipſe homo Mas Indiuiduum eſt Indiuiduum Specificum. Quapropter apparebit omnino, & manifeſto conſtabit quam longinquo interuallo aberrarint Maiores noſtri in Barbæ Phyſiologia, cum illam conſiderauerint, deq; ipſa eadem tulerint D ſua Decreta abſq; vlla conſideratione Differentiarum Accidentalium, quæ inexiſtunt Barbæ. Cuiuſmodi reticentia, & erratum non poteſt ferri abſq; ſumma ignominia Naturæ, in cuius operibus nihil fruſtra fieri vnquam videmus. Natura quippe, & Finis idem eſt, quòd apertiſſimè declaraui in Capite ſuperiori proximo, at non edito, edendo tamen, ac breui, aduerſus in quo diſputamus Ariſtotelem de Fine Teſtium. Sed proſequamur filum orationis inſtitutæ, atque Galeni Teſtimonia legenda, & audienda proponamus ex libro Artis Medicæ deſumpta, vbi ſatagit veſtigare nullo non ex Inditio Tēperiem Corporis totius, atq; Partium Principum, quapropter cōſiderans Pilos de ijſdem loquens in hanc ſententiam ſcripſit.

Propoſ. Ariſtot. explicata de Manu.

Propoſ. Autoris explicata.

Spiritus Morphœtici.

Methodus quā ſibi proponit Autor.

Barba eſt Pars Specifica Faciei.

Error Maiorū in Barba conſideranda.

Capite

Digitized by Google

Differentiæ Pilorum ſũt Indices Tẽperici Cerebri ex Galc.

Capite Octauo, Sub Rubrica Optima Conſtitutionis ait. Horum autem corporum dignotiones ſumendæ ſunt, quantum pertinet ad Aſpectum, A Colore optimo: & Leuitatis, atque Hiſpiditatis Mediocritate.

Cap. 13. Sub Rubrica. Signa Bonæ temperaturæ Cerebri. Talibus Capilli Capitis, cum adhuc ſunt Infantes Subruffi: cùm verò Pueri Subflaui; cum iam adoleuerint Flaui ſiunt, Medijq; ſunt inter eos, qui omninò ſunt Criſpi, & Simplices, non tamen facile Caluitium patiuntur. Quæ vero dicuntur poſterius dicenda inditia ſunt, accipere oportet, vt in bonam habentibus temperiem habitationibus: Quæ autem ad Capillos attinent, non ad Locorum tantum, ſed ad Humorum quoq; Temperaturam, qui Cerebri Temperaturæ Proportione reſpondent, ſunt referenda. Si verò calidius ſit, quàm oporteat, in altera
A *verò Oppoſitione bonam habeat Temperaturam. Siquidem in Caliditate exceſſerit, omnia, quæ dicentur, Validiora erunt inditia: Sed ſi paruus fuerit exceſſus, Imbecillia. Communis autem hæc ratio ſtatuatur in omnibus Partibus, quarum in Temperaturis vniuerſis ſumus indicia tradituri.*

Documenta data à Galeno.

Galenus duo affert Documenta, Vnum pertinet ad Errorem fugiendum. Reſpicit vero Alterum Cognitionem certiorem, quam conſequimur Temperamenti, beneficio huiuſmodi Notarum, ſeù Inditiorum. Prior continetur in hac Propoſitione: Signa hæc Temperamentorum interſtinguendorum ſunt vera, & conſideranda in Regione temperiei Bonę. Vtimur intereà textu latino, carentes
B græco. Si quis dijudicare vellet ex huiuſmodi inditijs in Arte Medica ſcriptis à Galeno Temperiem corporum, aut Scottorum, aut Aethiopum, is errauerit; nam hiſce regionibus non conueniunt. Rationes habentur in Philoſophia, & in Medica Facultate, qui illas diſputat, is Mare Cœlo miſcet, confundit ſcientias, & non docet, qui eſt error communis, atque Diſcipulis pernitioſus. Philoſophantur enim in Medicina. Reſpicit alterum Documentum cognitionem certiorem, ſcribit Galenus Capillos eſſe Indices Temperaturæ Humorum, qui Cerebri Temperaturæ Proportione reſpondent, ſubiungens euariare Capillos, perindè ac euariant ipſa Temperamenta Cerebri, & ſanguinis Cerebralis. Variatio Pilorum, ſeu Capillorum conſiſtit in Differentijs Accidentalibus eorun-
C dem (liceat nunc mihi nomine varietatis abuti) quapropter ſatagere oportet nulla non adhibita diligentia, vt interſtinguamus Temperamenti receſſum à Mediocritate, in cognoſcendis minimis quibuſcunque momentis Differentiarum Accidentalium Pilorum, quarum cognitio tradi non poteſt, ſed vſu percipitur. Plus enim eſt in ſenſu, quàm in ſermone. Oculis acerrimis, Vſu diutino, diligentia opus eſt, & qui hæc non intelligit, vel præſtare poteſt, nunquam erit bonus Medicus in Curandis morbis, Fortunâ hic non Arte medebitur, niſi hæc à me dicta percipis; abijcias librum. qui Temperamenta Corporis, & Partium non interſtinguit; & Docta Coniectura non cognoſcit, is operam ludit in
D Medicina tractanda, & Carnifex non Medicus eſt nuncupandus. proh Malum: *In hac artium ſola euenit, vt cuicunq; Medicum ſe profeſſo ſtatim Credatur, cùm ſit Periculum in nullo Mendacio Maius.* Scripſit illud Plinius in Hiſtorijs, locum ſignatum had recordor, ſi rationem quæras, in promptu eſt, Irrepit quippe ignauus, ignarus quicunque mentes hominum, & Aratris non medicinæ natus internuntia Spetie ſalutaris Artis, vſque adeò in Blandiſſimis, deſideratiſſimisq; Promiſſis maximè caligat Genus humanum, attamen veriſſimum eſt, quod ſcripſit Præceptor Ariſtoteles l. 2. Eth. capit. vltimo.

Error communis.

Docum. Alterum.

Doctrina Accidentalium Differentiarũ Pilorum tradi nix poteſt, ſed Vſu percipiuntur Differentię.

Medicus Bonus.

Ἄλλοι γὰρ πρὸς ἄλλα πεφύκαμεν. Alij nanq; ad Alia nati ſunt, quod & in Politicis lib. Sept. cap. Decimo Tertio, enuntiauit inquiens.

'Αλλὰ μὴν ἀγαθοί γε, καὶ σπουδαῖοι γίγνονται διὰ τριῶν, τὰ τρία δὲ ταῦτά ἐστι, φύσις. Ἔθος: Λόγος. Quæ Latinus interpres vertit in hanc ſententiam. Atqui boni quidem, & Studio fiunt propter tria. Sunt autem hæc tria, Natura, Mos, & Ratio.

Verſio examinata. Cuiuſmodi ſanè interpretatio, quantum pertinet ad Propoſitionem primam, tota (quod aiunt) Diametro à ſenſu Ariſtoteleo differt. Nam Stagirites conſiderans Apicem ſummum, & Metam illam Supremam, quam attingere poſſunt humana ingenia ex ſeſe, ait illa peruenire ad Gradum huiuſmodi; *Homines Primarij.* quotieſcunque Natura Mos, & Ratio ipſis adſint, ex his enim tribus homines euadunt Primarij, & Conſummati, *diciamo noi in lingua noſtra. Fior d'ingegno, Cima d'huomini, e ſenza paragone*, quod Plinius dixit de Menandro. *Litterarum ſubtilitatis ſinè æmulo genitus.* Homines ἀγαθοί, Boni dicti ſunt ab interprete, qui tamen intelligi debent A in ſuo genere Primi, & eſt doctrina etiam Galeni, qui loquutus eſt in hanc ſententiam.

Optimum Triticum dixit ἀγαθοὺς πύρους: Maiores etiam ſoliti ſunt ἀγαθὸν vocabulo vti, ad notandum id omne, quod in ſua Genere Primum eſt.

Com. 2. in lib. Hipp. de Artic. Text. Com. 45.

Doct. hec eſt Platonis nō Ariſtotelis. Quapropter vertendum foret ad Galeni, & Veritatis mentem, ac normam. Atq; homines fiunt quidem, & Eximij, & Clariſſimi propter tria. hanc porrò Doctrinam Ariſtoteles deſumpſit à Platone, cui tamen acceptam referendam haud *Vitium Ariſtotelis.* quaquam meminit, & hoc eſt Vitium huic Viro peculiare, quod ſatis nouere mor- B tales in vtriuſque horum Præceptorum Doctrina exercitati. Quamobrem nullius mens ingenua vnquam laudauerit Ariſtotelem, qui fuit ingratiſſimus Diſcipulus *Ariſt. ingratus ergā Platonem.* ergā Magiſtrum; in Philoſophia Cauſæ Finalis Teſtium vtitur etiam Argumento, vel ſententia Platonica, neq; illi eam reddidit; fucos tales videre omnibus licet in Ethicis, Politicis, cæteriſq; operibus Stagiriticis; quapropter in mea Adoleſcentia propoſui mihi librum ſcribendum, cuius ſunt ſemina, & Index Titulus exi*Opus Autoris.* ſtiollis *Ariſtoteles Diſcipulus.* Qui fuerint mores à Seminio, & conformatione Corporis ipſi Ariſtoteli innati docui ſatis, atquè ex eius Principijs in Opere meo, quod inſcriptum eſt, breuiq; publicabitur *Hiſtoria Bruſca Barbæ Humanæ.* At in viam re- C *Opus Autoris.* uertamur. Erit nè vnuſquiſque Medicus, vbi nonnulla ex triuio nouerit? Non ex Pallio, Bullis, & Anulo cenſendi ſunt Medici, at ex Doctrina Phyſica, Medi*Nota Medicorum Verorum.* ca; quibus adſit Comes Experientia veruntamen temporibus noſtris maximò mortalium damno Medicorum viſuntur Myriades, qui abutentes puerili credulitate nonnullorum Tyranni regnant, ſed, quod fertur, *Similes habent iam Labra Lactucas*, cui æquippollet Gonellæ Morionis famigeratum Dicterium: Doctiſſimi *Prou. Medicus Bonus.* Medici ſatis nouere quot labores, vigilias requirat hæc Ars Medica, cuius Co*Autoris Votum.* ryphæi ſemper balbutiunt, nam proficiunt equidem in illa addiſcenda, perficiuntur verò nunquam, & optimus is exiſtit Medicus, qui minimum, & perarrò aberrat, Nemo enim, & eximius alicubi, aliquando non errat: quæ vna eſt in- D ter cauſas, quapropter vehementer cupiam, expetam huic Arti renuntiare. At neſcimus quid Petamus. Vrgeamus porrò negotium ſuſceptum.

Doctrina Communis ex Differentijs Accidentalibus Pilorum.

QVI contumax voluerit, aut non erubuerit negare Dogma à me traditum, is, velit, nolit cogitur, cogetur negare Doctrinam deſumptam à Differentijs Accidentalibus Pilorum, mòx tradendam, quam tenuere Viri Doctiſſimi,

atque innixi Teſtimonio EXPERIENTIAE. Rumpantur iàm Ilia Codris, Theſſalis, , & Scientiarum Thraſonibus, nempe SVGGESTISCIENTIBVS, quos non puduit Mancipia inſuſurraſſe nonnullis, me eſſe Hominem Analphabetum, & Artem exercuiſſe Medicam in Oppido, quod eſt BVTRIO perſimile: St. ineptire nolo, Pithagorei nos interim, & ſcioli expectamus illorum Opera emuncta ſc. De Febribus &c.

Cap.14. Sub Rubrica, Signa Calidi Cerebri. Capilli quoq; in his ſtatim in lucem editis habent in capite Ortum: Et cum plurimùm in Caliditate à Medriocri Temperatura receſſerint Nigri, & Robuſti, & Criſpi ſiunt: Cum verò non multum Subflaui quidèm ab initio ſiunt, deinde Nigricant, ac progredientibus Aetatibus Caluitium patiuntur, atque eò magis, qui plus modico ſunt Calidiores. — Cerebri Calidi Notæ.

A

Cap.15. Sub Rubrica. Signa Frigidi Cerebri, Frigidioris verò quàm oporteat Cerebri Inditia quoq; ſunt Capilli Recti, & Ruffi, & Stabiles, & qui longo poſt Natiuitatem tempore Naſcuntur Tenues, atque initio Malè Nutriti. — Cerebri Frigidi Notæ.

Cap.16. Sub Rubrica. Signa Cerebri Sicci. Siccioris autem Cerebri Inditia ſunt Capilli Robuſti, & qui celerrimè eis ſtatim innaſcuntur, Criſpi autem potiùs ſunt quàm Recti: citò autem Calui ſiunt. — Cerebri Sicci Notæ.

Cap.17. Sub Rubrica. Humidi Cerebri Inditia. Humidioris verò Cerebri Inditia. Capilli Plani, & nequaquam Calui ſiunt. Et hæ quidem ſimplices ſunt Intemperaturæ. — Cerebri Humidi Notæ.

B *Cap.18. Sub Rubrica. Calidi, & Sicci Cerebri Signa. Compoſita autem primùm Calida, & Sicca, ſecundum quam, & Citò Calui ſiunt, & prima quidem Capillorum Generatio eſt Celerrima, ac Plurimo abundans Alimento, Capillos verò habent, & Nigros & Criſpos.* — Cerebri Ca. Sicci Notæ.

Cap.19. Sub Rubrica, Calidi, & Humidi Cerebri. Si verò Humiditas adiungatur Caliditati, parùm vtriſq; Qualitatibus ſuperantibus Mediocritatem, & Capilli Recti, Subflaui, & non facile Calui ſiunt. — Cerebri Calidi Humidi Notæ.

Cap.21. Sub Rubrica de Senſibus. Senſus autem eorum in Iuuentute quidem omnes vigent, atque omni vitia carent, ſed progrediente ætate citò marceſcunt: & vt Summatim dicatur. Omnes circa Caput celerrimam Senectutem oſtendunt. Quare & citò Cani ſiunt: Capilli verò ipſis quidem editis Vix exeunt, & Malè Nutriuntur, & Ruffi ſunt: in Progreſſu C *autem Aetatis ſuperante magis Frigiditate Caliditatem, quàm Siccitate Humiditatem multum non calueſcunt. E contrà verò ſi contigerit Siccitatem quidem plurimùm dominari Humiditati, Frigiditatem verò Caliditati parùm Calui ſiunt hi.*

Cap.22. Sub Rubrica. Signa Cerebri Frigidi, & Humida verò, & Frigida Cerebri Intemperatura homines non ſiunt Calui. — Cerebri Frigidi Humi. Notæ.

Cap.29. Sub Rubrica. SIGNA CORDIS calidi. Calidioris igitur Cordis hominibus Thorax eſt Hiſpidus, & præſertim Pectus, & quæcunq; illis Partes Proximiores. — Cordis Cal. Notæ.

Cap.30. Sub Rubrica: Signa Cordis Frigidi. In Frigidiore verò Corde homines Nudum Pilis habent Pectus. — Cordis Fri. Notæ.

D *Cap.33. Sub Rubrica Signa Cordis Calidi, & Sicci. Calidum, & Siccum Cor qui habent, hi præcunctis Pectus habent maximè Hirſutum, & Ilia.* — Cordis Cal. Sicci Notæ.

Cap.34. Sub Rubrica. Signa Cordis Calidi, & Humidi. Si verò Caliditas vnà cùm Humiditate dominabitur, minùs quidem his quàm diximus, ſunt Hirſuti. — Cordis Cal. Hum. Not.

Cap.35. Sub Rubrica, Signa Cordis Frigidi, & Humidi. Humidioris verò & Frigidioris Cordis homines etiam Glabrum Pectus habent. — Cordis Frig. Hum Not.

Cap.36. Sub Rubrica. Signa Cordis Frigidi, & Sicci. Frigidioris verò Cordis, & Siccioris homines habent maximè omnium Nudum Pilis Pectus. — Cordis Fri. Sicci Notæ.

Cap.37. Sub Rubrica SIGNA Calidi HEPATIS. Hepatis Calidioris Inditia, his Venter, & Ilia Hirſuta. — Hepatis calidi Notæ.

Hepatis Frigidi Notæ. Cap. 38. Sub Rubrica. Signa Hepatis Frigidi. Frigidioris verò Hepatis hominibus, niſi à Corde caleſiat, Venter illis Glaber eſt, & Ilia.

Cal & Sicci Notæ. Cap. 41. Sub Rubrica Signa Calidi, & Sicci Hepatis. Calidioris verò ſimùl ac Siccioris Hepatis Inditia Ilia plurimùm Hiſpida.

Cal. & Humid. Notæ. Cap. 42. Sub Rubrica. Signa Hepatis Calidi. & Humidi. Humidius autem ac ſimùl Calidius Hepar minus quidèm quàm Calidius & Siccius Ilia reddit Hiſpida.

Frig. & Humid Notæ. Cap. 43. Sub Rubrica. Signa Hepatis Humidi, & Frigidi. Humidius autèm, & Frigidius Hepar habet Ilia Glabra: Sanguinem verò ad Pituita naturam accedentem generat, cum Venarum Anguſtia ſic & reliquum afficit Corpus, niſi à corde ad contrariam Naturam transferatur.

Frig & Sicci Notæ. Cap. 44. Sub Rubrica. Signa Hepatis Frigidi, & Sicci. Frigidius autem & Siccius Hepar cum Pauco Sanguine, & Venarum Anguſtia efficit Corpus, atque Frigidius, & Ilia Glabra, niſi & hic Cor dominetur. A

Teſtiũ Calid. Notæ. Frigidioris Notæ. Cap. 45. Sub Rubrica SIGNA Calida; Frigida, Humida, Sicca Temperatura TESTICVLORVM. Temperatura verò Teſticulorum Calida quidem celerrimè Genitales Partes obſepit PILIS; ſimul autem & circumiacentes attingit Partes. Frigidior verò contraria efficit.

Cal & Sicci Nota. Cap. 46. Sub Rubrica. Signa Calida, & Sicca Temperatura Teſticulorum his Genitales Partes citiſſimè Hiſpida fiunt, atq; omnes, qua circumſtant, Suprà quidèm vſq; ad Vmblicum, Infrà verò vſq; ad media Femora. B

Cal & Humi. Notæ. Cap. 47. Sub Rubrica. Signa Calida; & Humida Temperatura Teſticulorum. Si autem Caliditas Humiditati coniungatur Hirſuti quidem tales exiſtunt minus.

Frig & Humid. Notæ. Cap. 48. Sub Rubrica. Signa Frigida, & Humida Temperatura Teſticulorum. Si verò Frigidiorem, & Humidiorem Temperaturam habuerent Partes circumpoſita Glabra ſunt.

Mod. Temp. Notæ. Cap. 51. Sub Rubrica. Signa Moderata Temperatura Moderata Temperatura Inditia ſecundum totùm Animalis Habitum. Capilli Flaui, & ut plurimùm Mediocriter Criſpi. Atq; paulò inferius ait. Medium eſt enim exquirere huiuſmodi Corpus inter omnes Exceſſus, vt qui ad ipſum dicantur, & cognoſcantur. Nam & Craſſum Corpus ad hòc comparatum dicetur Craſſum & Tenue, ad hoc eodem modo, & Carnoſum, & Macilentum; et Pingue, & Durum, & Molle, & Hiſpidum, & Glabrum. Nullius igitur horum Mediocritas eſt, ſed qualis Polycleti Regula ad ſummum totius peruenit Mediocritatis, adeò ùt neq; tangentibus Molle videatur neq; Durum; neque Calidum, neq; Frigidum: inſpicientibus verò neq; Hirſutum, neq; Glabrum. C

Corp. Cal. Notæ. Cap. 52. Sub Rubrica. De Corpore Calidiore. Quecunq; autem in Caliditate à Medio recedunt, non tamèn in Humiditate, & Siccitate ait Tantò verò magis Hirſuta ſunt, quanto, & Calidiora, & Capillos Nigros habent.

Frigidioris Notæ. Cap. 53. Sub Rubrica. Signa Frigida Temperatura. Frigidioris autem, Temperatura Inditia ſunt Pilorum Carentia: Color autèm vna cùm Capillis Ruffus.

Calidi & Sicci Notæ. Cap. 56. Sub Rubrica. Calida, & Sicca Temperatura. Calidior ſimùl, & Siccior eſt Hirſuta magis, & Capillos Nigros habet. D

Cal. & Humid. Not. Cap. 57. Sub Rubrica. Signa Calida; & Humida Temperatura. Si verò parum quidèm humidior ſit, multò verò Calidior Molliores quidèm parùm huius modi ſunt his, qui Bonam habent Temperaturam, & magis Carnoſi; nòn parum verò Hirſutiores, Nigri verò eius Capilli.

Frig. Humidi Notæ. Cap. 58. Sub Rubrica. Signa Frigida; & Humida Temperatura Frigidior autem, atque Humidior Temperatura, ſi parum quidem vtraq; augeatur Pilis Nuda eſt. Si verò magis exceſſerit; reliqua quidem ſunt ſecundùm proportionem Augumenti Qualitatum. Color autem vnà cùm Capillis Ruffus, quemadmodum ſi Plurimum vtraq; augeatur Liuiditas.

uiditas. ſi verò Qualitatum Augmentum fuerit inæqualr, eius, quæ ſuperexceſſerit, Indicia eminebunt.

Cap.59. Sub Rubrica. Signa Frigidæ. & Siccæ Temperaturæ. Si autem Frigiditas vnà cùm Siccitate æqualitèr augeatur naturà Glabrum corpus habent. Capilli autem & Color Frigiditatis Modum, ac Proportionem ſequuntur. Vbi vero Calida, & Sicca Temperatura in tempore Decrementi in Frigidum, & Siccum labitur Habitum, tunc hi Graciles fiunt, et Duri, & Atra Bilis in eis dominatur, & ob id Nigri ſimùl, & Hirſuti euadunt. *Frig. Siccæ Notæ.*

Tot ſanè, ac Talia ſunt ex Pilis deſumpta Argumenta, quæ docuit Galenus in
A Arte Medica, propter dignotionem Temperiei cũ Totius corporis, tùm eiuſdem Partium Principum. Doctrinæ huic duo inter Græcos Medicinæ Scriptores, atque nobiliſſima fama celebres Aetius Amidenus, & Paulus Aegineta ſubſcripſere, ſubſcribentes verò illam eandem fere ad verbum exſcripſere, exſcriptam ſuis voluminibus interſerentes coniunxere, quam gratia Nouitiorum Ingeniorum, & nos iiſdem inſiſtentes veſtigijs addidiſſe huic noſtræ præproperæ, præcipitanterq; exaratæ Scripturæ non pigebit, ſic ea, quæ ſparſim leguntur apud iſtos Autores in vnum, & artum contracta faciliori negotio ſtudioſorum ſubijcientur oculis, certioresq; ij quodammodo euaſerint in hac Phiſiologia Temperierum humani corporis conijcienda ex Pilis, eorumq; Differentijs omnibus Acciden-
B talibus. Quæ enim Demonſtrabilia ſunt à Cauſis, & Effectis Proximis ex neceſſitate ſumma coniunctis intelliguntur. quæ verò Probabilia: Dignitate, Numero ipſorum Opinantium, & ſane merito cenſentur, ęſtimantur; At legamus, audiamusuè iam ipſum Aetium, qui in Quaternionibus Medicinæ ſuæ per Breuiarium ſcriptæ loquitur in hanc ſententiam ex Interp. mente. *Demonſtrabilia. Probabilia.*

Cap.53. Sub Rubrica. Optimi Temperamenti Dignotio. Optimè Temperatus eſt Homo, ſi medio modo item ſe habuerit inter Hirſuta Corpora, ac Glabra; habuerit autem Capillos, dum quidem Puer eſt, Fuluiores, in Vigore autem Aetatis Flauiores. *Aetius.*

Cap.54. Sub Rubrica. Temperamenti Calidi Notæ. Calidius quàm conuenit Temperamentum Totius Corporis dico illud, quod proportionem ſecundum Humiditatem, ac Sicci-
C *tatem inculpabilem habet: qui igitur ab Initio talem Corporis Naturam ſunt adepti, augebitur ipſis Caliditas pro Annorum Proportione: Iuxta Vigorem autem Aetatis palam Calidiores apparent. Hi Capillos Nigros habent: Progreſſu verò temporis etiam Moderatè Denſos.*

Cap.55. Sub Rubrica. Temperamenti Frigidi Notæ. Rigidum ad contactum eſt his Corpus, Depile, et Pingue: Color autem vna cùm Capillis Fuluior his eſt.

Cap.58. Sub Rubrica. Calidi, et Humidi Temperamenti Notæ. Nigri autem ſunt ipſis Capilli.

Cap.59. Sub Rubrica. Calidi, et Sicci Temperamenti Notæ. Calidum, et Siccum Tem-
D *peramentum eſt Hiſpidius. Capitis autem Pilos Boni Habitus, et Nigros, et Multos habent in Iuuentute: Temporis verò Progreſſu etiam Caluities ſequitur.*

Cap.60. Sub Rubrica. Frigidi, et Humidi Temperamenti Notæ. Thorax his Pilis Nudus, quemadmodum etiam totum Corpus: Capilli Subfului, præſertim in Iuuentute: et Seneſcentes non Caluеſcunt. Atq; Paulo inferius. *Quod ſi Frigiditas, et Humiditas, Amplius augeſcunt, Color vna cùm Capillis Fuluus euadit, ſi verò Plurimum Augeſcant Liuidus. At ſi Inæquale fuerit Qualitatum Augmentum, eius, quæ magis Aucta fuerit, Notæ prædominabuntur.*

Cap.61. Sub Rubrica. Frigidi, et Sicci Temperamenti Notæ. Si verò Frigiditas, ac Siccitas ex æquo fuerint Aucta Natura habent tales Corpus Depile: Pili, & Color Corpo-

ris pro Menſura Frigiditatis portione ſe habent. Porrò cùm Calida, & Sicca Temperatura in Tempore Inclinantis Aetatis ſæpè tranſeat in Siccam, ac Frigidam, Habitus talium Gracilis, ac Durus ſimiliter fit verum Melancholicus eſt, & propterea Nigriores, ac Hiſpidiores fiunt.

Cerebri Tẽperati Not. *Cap.63. Sub Rubrica CEREBRI Temperati Nota. Temperatum Cerebrum ſi habent homines, talibus Pili Capitis dùm Infantes ſunt Subfului ſunt, Pueris verò Subflaui, Perfectis autem Flaui fiunt, Medium quodammodo tenentes inter exactè Criſpos, ac Simplices: Neque facilè Calueſcunt.*

Calidioris Nota. *Cap.64. Sub Rubrica. Cerebri Calidioris Nota. Si verò Moderatè Calidum fuerit Cerebrum, hominibus his genitis Pili Citò in Capite Oriuntur: Vbi multò ſunt Calidiores Temperatis Nigri, & Multi, & Criſpi, & Robuſti: vbi verò non multò, Subflaui primùm, deinde Nigreſcunt, & Progreſſu ætatis Calueſcunt.* A

Frigidioris Notæ. *Cap.65. Sub Rubrica. Frigidioris Cerebri Nota. Capilli verò ipſis Recti ſunt, & Fului, ac Stabiles, & Multò Tempore à Natiuitate Orientes, Tenues, ac Macri primùm.*

Siccioris Nota. *Cap.66. Sub Rubrica. Siccioris Cerebri Signa. Homines huiuſmodi ſunt Vigilantiſſimi, & pilos Robuſtos Celerrimè vbi Nati ſunt, ducunt, Criſpos magis, quàm Rectos: Citò verò Caneſcunt.*

Hum. Not. *Cap.67. Sub Rubrica. Humidioris Cerebri Nota. Pili Simplices, & omnino non Calueſcunt.*

Cal & Humi. Cerebri Nota. *Cap.68. Sub Rubrica. Calidioris, & Humidioris Cerebri Signa. Si verò Caliditati affuerit Humiditas; Viriſq; parum Excedentibus Modum Capilli Recti, ac Subflaui, & non facilè Calueſcunt.* B

Cal & Sicci Nota. *Cap.69. Sub Rubrica. Calidi, & Sicci Cerebri Nota. Hi citò Calueſcunt. Prima Capillorum Generatio ipſis: Celerrima eſt, & Probè Nutritur. Sunt autem Nigro, & Criſpo Capillo præditi.*

Frig. & Sicci Nota. *Cap.70. Sub Rubrica. Frigidi, ac Sicci Cerebri Signa. Senſus ipſis ſunt in Iuuentute quidem Sinceri, & per omnia inculpabiles: Verùm progreſſu Temporis citò Contabeſcunt, & vt in ſumma dicam Omnibus Capitis Partibus citò Seneſcunt, Quare etiam Cito Calueſcunt. Capilli ipſis geniti prodeunt quidem Vix, verum Macri, ac Fului, Progreſſu temporis Frigiditate prædominante Siccitati non Calueſcunt. Si verò Siccius obtinuerit Dominum, Parùm hi Calueſcunt.* C

Frig Hum. Nota. *Cap.71. Sub Rubrica. Frigidi, ac Humidi Cerebri Nota. Tales non Calueſcunt.*

Cordis calidioris Not. *Cap.77. Sub Rubrica. CORDIS Calidioris Nota. Eſt & Thorax ipſis Hirſutus, & Maximè Pectus, & Præcordiorum Partes Thoraci Viciniores.*

Frigidioris Nota. *Cap.78. Sub Rubrica. Frigidioris Cordis Nota. Ex Natura tales, & Pectus Pilis Nudum habent.*

Cal. & Sicci Nota. *Cap.81. Sub Rubrica. Calidi, & Sicci Cordis Nota. Pectore hi ſunt Hirſuti omnium maxime, adhac & circa Præcordia.*

Cal. & Humid. Nota. *Cap.72. Sub Rubrica. Calidi, & Humidi Cordis Nota. Si verò Humiditas vnà cùm Caliditate dominetur minus quidem Prædictis hi ſunt Hirſuti.* D

Frig. Hum. Nota. *Cap.83. Sub Rubrica. Frigidi, & Humidi Cordis Nota. Sunt autem hi Pectore Pilis Nudo.*

Frig. Sicci Nota. *Cap.84. Sub Rubrica. Frigidi, & Sicci Cordis Nota. Sunt autem Pectore omnino Depiles.*

Hepatis Calidi Nota. *Cap.85. Sub Rubrica. HEPATIS. Calidioris Nota. Præcordia, & Venter ſunt Hirſuta.*

Frigidioris Nota. *Cap.86. Sub Rubrica. Frigidioris Hepatis Nota. Præcordia, & Venter his Nuda ſunt Pilis.*

Cap.89. Sub Rubrica. Calidi, et Sicci Hepatis ſigna. Præcordia Hirſutiſſima.

Cap.

Cap.90. Sub Rubrica. Calidi, & Humidi Hepatis Notæ. Minus quidem, quam Calidum, ac Siccum Præcordia Hirſuta facit.

Cap.92. Sub Rubrica. Frigidi, ac Sicci Hepatis Nota. Præcordia vero Pilis Nuda ſunt, niſi & hic Cor ſuperarit.

Cap.93. Sub Rubrica. TESTIVM Temperamenti Signa. Calidum Teſtium Temperamentum eſt Venereum, Fœcundumq́; ac Maſculorum Generatiuum, & Citò Hirſutas facit Genitales Partes, & circumſitas Moderatè Frigidum verò vice verſa. Atq; paulo inferius. *At Calido, & Sicco Teſtium exiſtente Temperamento vbi gaudeant homines, tales etiam Celerrimè Hirſuti fiunt circa Genitales Partes, & omnes circumcirca ſitas, Surſum vſq; ad Vmbilicum, Deorſum vſq; ad Media Femora.* Atque paulò inferius. *Si*
A *verò Humiditas ad Caliditatem accedat, minùs quidem Hirſutè ſunt hi. At ſi Teſtes Humidi, ac Frigidi Temperamento fuerint, Partes circumcirca Pilis Nuda ſunt.*

Hucuſque Aetius. Monere libet interea legentes, Audientes conſulendum
eſſe Græcum contextum, quo nos caremus, habebunt enim ex tali lectione Do-
ctrinam fortaſſe illuſtriorem, quod volumus Documentum in omnibus Græcis *Documentum.*
Auctoribus eſſe tenendum. Nam interpretes, vt candidiſſimæ Fidei, & Doctri-
næ conſummatæ deerant nonnunquam a germano ſenſu ex pluribus occaſioni-
bus, & oblatis, & ſurrepentibus tacitè: cuiuſmodi Mala nouerunt abunde ſatis, *Interpretes.*
qui in hoc verſati ſunt interpretandi munere. Quin Genius, & Ingenium officio *Conſuetudo*
B plerunq; non reſpondet licet vrgeas, & quod aiunt pectore toto incumbas, ex- *Autoris.*
pertus loquor, qui ſemper ſum interpretatus, linguas coniungens earum addi-
ſcendarum cauſa, quod eſt Ciceronis præceptum ſalutare, niſi ſaluberrimum, &
compendij prorſus ineffabilis ad acquirendas, & Scientias, & Linguas, quæ, ſty- *Styli vtili-*
lo, non vſurpato, infideliter hærent. Eſt ſane laborioſum ſtudendi genus: At quid *tas.*
præclarum, & non item arduum? Vſus emollit Duritiem omnem. Sed Paulum *Vſus.*
Aeginetam Galeni Notarium audiatis, legatis. hic, Libro Primo ſuæ Medicinæ
Cap.61. Sub Rubrica. Dignotio Corporum Diſtemperatorum ait ex interpre-
te in hanc ſententiam. *Pauli Aeg.*

C *Quæcunq; Corpora Moderatò Calidiora ſunt, Nigros Pilos habent, & moderatè ſunt* *Teſtim.*
Hirſuti.

At Frigidioris Temperaturæ Signa ſunt Glabritudo.

Sicca verò Temperies eſt Hirſuta.

Cæterum Calida, & Sicca Temperatura, eſt Extremè Hirſuta: & Capitis Pilos Multum Augeſcentes, & Nigros, & Multos in Iuuenili Aetate habent: Progreſſu verò Temporis etiam Caluities ſequitur: At ſi Frigida, & Humida ſit Temperies, Corpus Totum eſt Pilis Nudum: Cutis verò, & Tenera, & Alba, & Pili Subfului maximè in Iuuentute, & Seneſcentes non Calueſcunt. Verum Humiditate, ac Frigiditate amplius aucta Color vnà cum Pilis Fuluus fit; ſi verò plurimum Augeſcunt Liuidus.

D *Si verò paulo Humidior fuerit, tales Moderatis paulò Molliores ſunt, ac Carnoſiores, non paulo autem Hirſutiores: Nigri autem ipſi ſunt Pili. Si verò Frigiditas cum Siccitate pariter fuerit Aucta, Naturâ Corpus habent Pilis Nudum: At Capillorum Color ad Frigiditatis menſuram reſpondet.*

Cap.63. Sub Rubrica. CEREBRI Temperamenti Notæ. Temperati Cerebri hominibus Capilli Capitis dum Infantes ſunt Subfului, Pueris autem Subflaui: Perfectis autem Flaui fiunt, & Medium Modum inter exactè Criſpos, & Simplices tenentes, non tamen non facile Calueſcunt. Si verò Calidius moderato fuerit Capilli bis genitis ſtatim in Capite fiunt: Siquidem multò fuerint Calidiores, Nigri, & Fortes, & Criſpi: Si verò non multò Subflaui primùm, deinde Nigreſcunt, progreſſu autem Aetatis Calueſcunt.

Notæ Temper. Cerebri. At Frigidioris, quàm conuenit Cerebri Notæ ſunt, Capilli Recti, Fului, Durabiles.
Siccioris autem Cerebri Notæ ſunt, Nam huiuſmodi hominines Capillos Robuſtiſſimos, ac
Citiſſimè, vbi ſunt geniti, Producunt: Criſpos magiſquàm Rectos: breui autem Calueſcent.
At Humidioris Cerebri Capilli Simplices ſunt, & omnino non Calueſcunt. Cæterum Calido
& Sicco Cerebro exiſtente, Citò Calueſcunt: Prima tamen Pilorum Generatio Celerrima ip-
ſis eſt, ac Pleniſſima, & ſi parum quidem exceſſerint ambæ Moderationem Capilli Recti, &
Subflaui, & non facile Calueſcunt. At verò Frigidæ, ſimulq; Siccæ Cerebri Tempera-
turæ Omnia circa Caput citò Seneſcunt, & Capilli ipſis genitis Vix Emergunt, atq; hi Ma-
cri, ac Fului. Porrò Humidæ, ac Frigidæ Temperaturæ Cerebri homines nòn Calueſcunt
tales.

Cordis. Cap. 65. Sub Rubrica. CORDIS Notæ. Cordis Calidioris Notæ ſunt. Thorax Hirſu- A
tus; maximè Pectus, & quæ circa Præcordia his propinqua ſunt. At Frigidioris Cordis
hominibus Glabrum Pectus eſt. Calidum porrò, ac Siccum cor ſi habent, hi omnium ma-
ximè Hirſuti ſunt Pectore, & circa Præcordia. Si verò Humiditas cùm Caliditate præ-
ualuerit minùs quidem hi Hirſuti ſunt prædictis. Humidioris autem, ac Frigidioris Cor-
dis habent hi Pectus Pilis Nudum. At Frigidum, & Siccum cor habentes Pectore ſunt ma-
ximè omnium Depiles.

Hepatis. Cap. 67. Sub Rubrica. HEPATIS. Temperamenti Notæ. Hepatis Calidi Notæ
ſunt. Præcordia, & Venter Pilis Nuda. At verò Calidi, ſimulq; Sicci Hepatis Signa
ſunt, Præcordium Hirſutiſſimum. Calidum verò, ac Humidum Hepar Præcordium Depi- B
le habet. Frigidum verò, ac Siccum, Hepar Præcordium Pilis Nudum habet; niſi, & hîc
Cor ſuperarit.

Teſtium. Cap. 68. Sub Rubrica. TESTIVM Temperamenti dignotio. Teſtium Temperamen-
tum Calidum Citò Genitales Partes Hirſutas facit, attingit autem & Vicinas Partes. Fri-
gidum verò, Viceuerſa. At Calida, & Sicca Temperatura Moderatè vbi inſit, Tales Ce-
lerrimè Hirſuti ſiunt circa Genitales Partes, & omnes circumſitas ſurſum vſque ad Vmbi-
licum, Deorſum vſque ad Media Femora: Multum eſt Concitata talis Temperatura ad Ve-
nerem; & Celerrimè Satiatur: & ſi Cogatur, Læditur. Si verò Humiditas Caliditati co-
puletur Hirſuti quidem Minùs tales ſunt, ſed Magis Semine abundant. At ſi Humidi, C
ac Frigidi Temperamenti Teſtes fuerint Partes circumcirca Pilis Nudæ ſunt.

Nonnè hucuſq; probauimus apertiſſimè Propoſitionem ſuperius allatam, quæ
talis eſt? Pili ſunt Indices Temperaturæ, cum Totius Corporis, tum Partium præcipua-
rum. Quod eſt à Græcorum Autorum ſcripturis deſumptum Teſtimonium, eo-
rumq; celeberrimorum. Sane Galenus in ſuorum Operum Voluminibus (quem-
admodum exercitati in eius lectione cognouerunt) ſæpius meminit huius Inditij
à Pilis deſumpti propter cognitionem Temperamentorum Caracteris, hæc porrò
loca hîc referre non vacat, neque intereſt, cum abunde ſatis, vel ſuſpitioſiſſima
etiam Ingenia docuerimus à Pilis deſumi Inditium Temperamenti, atque ex illis
operibus, quæ maximè verſantur circa cognitionem eorundem Temperamen- D
torum. Si quis adhuc alia eiuſdem Gal. ſatagit intelligere Teſtimonia, is legat
librum Secundum de Temperamentis. Nunc accedamus iam ad Arabum præ-
clariſſimorum Doctiſsima Teſtimonia referenda, & Auicennæ prodeat Senten-
tia, quæ legitur Lib. Pri. Fen 2. Doct. 3.

Auicennæ Teſtimon. Cap. 84. Sub Rubrica. De Signis Complexionum. Capitis initium eſt hæc Propoſitio.
Signorum Genera, quibus Complexionum dignoſcuntur Diſpoſitiones, ſunt Decem. Atque
duobus Inditijs narratis, demum ait.

Tertium verò Genus eſt Signorum ſumptorum ex Capillis. Et ipſa ſunt, quæ ſumenda
ſunt ex parte horum Modorum, qui ſunt. Velocitas Originis, & ipſius Tarditas: Et

Mul-

Multitudo eorum, & Paucitas ipſorum: Subtilitas, & Groſſitudo eorum. Planities, & Criſpitudo. Et eorum Color eſt vna ex Radicibus in hoc. Signa verò ex Velocitate natiuitatis eorum, aut Tarditate, aut Prohibitione Originis ipſorum ſumpta ſunt. Quod illi qui Tardè Naſcuntur, aut non Naſcuntur; quum nòn affuerint Significationes, quæ Corpus penitus Sanguinem non habere demonſtrent; Significant, quòd Complexio vehementer eſt Humida. Quòd ſi Feſtinauerint, non erit Corpus illius Humiditatis: immò ad Siccitatem declinabit. Ipſius verò Caliditas, & Frigiditas ex Alijs Signis, quæ iam diximus Cognoſcuntur. Quum autem Caliditas, & Siccitas coniungentur: Capilli multò citius Naſcentur. & erunt Multi, & Groſſi; Quoniam Multitudo ſignificat Caliditatem, & Groſſities multam fumoſitatem: ideoq; in Iuuenibus eſt amplius quàm in Pueris, quoniam Puerorum Materiæ Vaporoſæ ſunt,
A & nòn Fumoſæ. Et horum Contraria ipſorum ſequuntur contraria. Significatio autem ex parte Figuræ eſt, quod Criſpitudo ſignificat Caliditatem, & Siccitatem. Eſt tamen, cum Foraminum & Pororum inuenit Tortuoſitatem: ſed iſtud non mutatur, cum alteratur Complexio. Duæ verò primæ Cauſæ alterantur alteratione complexionis (duæ verò primæ res mutantur) & Planities huius ſignificat Contrarium. Ex parte autem Coloris, Nigredo ſignificat Caliditatem, & Subalbedo ſignificat Frigiditatem: Et Ruffedo Citrinitas, & Rubedo æqualitatem ſignificant. Et Albedo ſignificat aut Frigiditatem, aut Humiditatem vehementem, ſicut Canities: Aut fortem Siccitatem, ſicut accidit Vegetalibus quum ſiccantur, quæ ex ſua nigredine, aùt Viriditate tranſeunt ad albedinem: & hoc quidem non accidit
B Hominibus, niſi in Fine Aegritudinum ſiccantium. Et Canitiei quidem Cauſa apud Ariſtotelem eſt conuerſio ad colorem Phlegmatis: Et apud Galenum eſt Situs, qui nutrimentum comitatur, quod ad Capillos venit, quùm Frigidum fuerit, & fuerit motus eius, & ipſius penetratio in Poris tardata. Quumq; duas Dictiones conſideraueris, inuenies eas prò certò propinquas: quoniam Cauſa in albedine coloris Phlegmatis, & Cauſa in Albedine ſitus eſt Vna. Et de hoc quidem Phiſicus tractare debet.

Pili Tardè orti.

Orti citò.

Velocitas Ortus.

Figura.

Color.

Similitudo.

Canitiei Cauſſa.

Ariſt. Opp.

Gal. Op.

Antiqui rerum Naturæ interpretes, quibus addantur Galenus, Arabum, & Latinorum Scola vniuerſa (ſi quicquam ego ſentio) ignorauere Phiſiologiam Pilorum, quod Pace illorum, & Sectatorum volumus dictum. Principiò quantum
C pertinet ad Figuram Pilorum, quæ dicitur eſſe interdum à Figura Meatus, eſt penitus Falſa, huiuſq; Falſitatem Ratione, atq; Senſu indicauimus, demonſtrauimus in Phiſiologia noſtra. Quando inquirunt Cauſam Canitiei, ſatagunt iſti Phiſici non Phiſicè, non diſtinguunt primò, quam Cauſam quærant? Mox referunt Canitiem eſſe referendam in Materiam: falluntur ij, aut ego fallor. Quia non eſt *à Materia* Canities, at *à deficiente Calore genuino Pilari*, cuius Pilaris ſubſtantiæ Morbus eſt Canities; eſt enim hæc ab Intemperie Pilorum, fruitur ſuo Calore Pilus, veluti Planta, ſi quis neget, propterea quod non ſentiatur, is meo iudicio ruditer philoſophatur, neq; intelligit Naturæ Maieſtatem. Quid autem ſit Maieſtas Naturæ, & in principio huius Capitis aliquatenus docui, ſed apertius ex te-
D ſtimonio veterum, in Phiſiologia Finis Teſtium pro Dignitate Naturæ affeuerãda, quæ eſt veritas aduerſus Ariſtotelem; Animaduertas Auicennam dixiſſe huiuſmodi inquiſitiones pertinere ad Philoſophum, non ad Medicum Prudens hic Vir non confundit Scientias, veluti peſſimis exemplis nonnulli agunt, qui miſcentes ima ſummis Philoſophantur in Medicina, & hic eſt error pernitioſiſſimus, vnde manant illa vel ceſſatio, & mora diutina in ſcientijs addiſcendis, vel Ignoratio, cæcaque turbulenta iactatio. Legi etiam quoſdam Recentiores Medicos in ſuis Rhapſodicis commentationibus quærere Cauſam Efficientem Canitiei, cum tamen, veluti alias diximus, Canities habeat cauſam non Efficientem, at Deficientem. Sed audiamus Auicennam, qui ſuperioribus recenſitis iſta ſubijcit.

Opus Autoris.

Auicennæ Elogium.

Error Recentiorum.

Auicennas. *Pòſt hoc Aeres, & Regiones in Re Pilorum operationem habent, quæ eſt obſeruanda.(Non enim expectatur, ſeù exiſtimatur, quod per Ruffedinem Capillorum in Nigro, ſignificentur Complexio Aequalis, quæ ei inhæret: Neque per Nigredinem Capillorum in Alſachalibi ſignificatur Complexio Calida, quæ inhæret ei ſecundum ipſum.* Altera lectio eſt hæc. *Non enim timetur, quod in Nigro ſit Capillus Flauus, qui Aequalitatem Complexionis ipſius ſignificet, quum eam habuerit, neq; in Capillis Sclaui Nigredo: quæ Complexionis eius ſignificet Caliditatem, quum ipſorum genus eam habuerit.*

Recentiores Scriptores Rhapſodici, qui Annotationes pertinentes ad Rubricam (dixiſſem Annotationes Rubricales niſi timuiſſem Orbilios) quotieſcunque locum hunc explicuiſſent, fœlicius ageretur interea nobiſcum, qui ſatis illum non intelligimus, attamen in gratiam ſtudioſorum non pigebit dicere, quæ ſentimus. Auicennas refert Documentum Galeni à me iam in ſuperioribus relatum, ex huiuſmodi Signis licere cognoſcere hominum Temperiem in Regione duntaxat Temperata. Quantum pertinet ad Colorem Pilorum. Nigredo eorum non arguit Caliditatem in Aethiopibus, neq; Ruffedo Temperiem, illa nanq; inhæret inſeparabiliter, hæc perraro adeſt. A pari neq; ex Ruffedine Pilorum conijcitur Temperies Aequalis in illis hominibus, quibus ex Cæli conditione Ruffedo eſt Naturalis Color enim Pilorum aliquis eſt Regionalis, talem ego nuncupo Colorem peculiarem certæ Nationi, à cuiuſmodi Colore ſolent indicari Nationes, veluti legimus apud Poetas. Lib.1.de 4.Honorij Conſulatu. A

Color Pilorum Regionibus.

B

Flauam ſparſere Sicambri „ Cæſariem

Claudianus Canebat Claudianus, lib.1.de laudib.Stiliconis.

„ *Hic Gemmata Niger Tentoria fixerat Indus.*

Atquè Doctiſſimus Torquatus Taſſus Bergomenſis Patritius in ſuo Poëmate Solymòs Homerico lepidiſſimè cæcinit.

Taſſus.

Seguia la Gente poi Candida, e Bionda
Che trà Franchi, e Germani, e'l Mar ſi giace
Doue la Moſa, doue'l Reno inonda
Terra di Biade, e d'Animai Ferace. C

Lucanus. Lucanus autem cæcinit. Lib.2. Pharſal.

Fundat ab extremo Flauos Aquilone Sueuos
Albis, & indomitum Rheni Caput.

Hoc etiam Documentum in Cutis Colore ſeruandum eſſe docuit Gal. in lib.2. de Temperament. quando ait ex Interprete.

Galenus. *Simùl autem penſitandus, & Continentium Partium Affectus eſt, quarum omnium extrema eſt Cutis. Hæc in noſtra Regione, quæ vtique temperata eſt, ſubiectarum partium Naturam prodit. Quanquam nec in ea ſimpliciter omnium: ſed duntaxat earum, quæ ſimilem habent Cuti temperiem. At in his, quæ ſub Vrſa, & ſub Meridie ſunt locis, quoniam Corporum, quæ in altero ſunt, Color in altum à circundante extrinſecus, & vincente Frigore eſt fugatus: alterorum in cutem ab externo Calore attractus prodijt, non poteſt ex ea Affectu, qui in Cute cernitur Internarum Particularium Intemperies clare diſcerni. Quippè Corporis Temperies in Regionibus ijs, quæ à Temperie receſſerunt, Inæqualis viſitur, externis ſcilicèt, internisq; partibus ad eundem ſe modum non habentibus: Gallis enim, & Germanis, & omni Thracio, ac Scythico generi Frigida Humidaq; cutis eſt: ideoq; etiam Mollis, Alba, & Pilis Nuda. Omnis verò Naturalis his Calor in Viſcera vna cùm Sanguine confugit, vbi dum agitatur, & premitur, & feruet, Iracundi, Audaces, & Præcipitis Conſilij redduntur. Aethiopibus verò, & Arabibus, omnibus deniq; ijs, qui ad Meridiem incolunt, Natura Cutis ex Ambientis Aeſtu, & Naturali calore foras acto Vſta, Dura, Nigra,* D

Digitized by Google

gra, & Sicca redditur toto corpore naturalis quidem Caloris exiguam obtinente portionem ſed alieno, atq; adſcititio incaleſcente. Quippe id quoq; ab Ariſtotele in multis eſt traditum.

Satis, niſi fallor, explicatus eſt Auicennæ locus ex ijs, quæ hucuſq; diximus: lucem tamen afferet ſententia Auerrois, quam ſuo loco referemus, nunc autem præſtat recenſere, quod eſt reliquum ſcripturæ ipſius Auicennæ.

Aetates etiam in Re Capillorum operantur: quoniam Iuuenes ſunt, ſicut Meridionales, & Pueri ſicut Septentrionales, & Senectus eſt ſicut Medij.

Comparat Auicennas Pilos Aetatiles ipſis Climatibus, cuiuſmodi ſit hæc Doctrina, iudicent Sapientiores, eſt obſcura, quia eſt per ignota, niſi ignotiora. Climata nanq; ſunt occultiora Aetatibus, harum ſenſu habemus cognitionem in
A Patria: illorum nullam habemus cognitionem niſi Peregrinemur, Lectio quippe exiguam ſubminiſtrat cognitionem, nam quæ Senſui ſunt obiecta Propria, ea non percipiuntur fideliter ex Scriptura: Differt Abſtractum à Concreto, ſed iſthæc pertinent ad aliam ſcientiam.

Pili præterea in Puero Multi ſignificant, quòd ipſius Complexio quùm creſcet ad Melancholiam conuertetur: & in Sene ſignificat, quod in præſenti eſt Melancholicus.

Hæc habet Auicenna in loco ſuperius citato, qui & lib.1. Fen 2. Doct.3. cap.7. Sub Rubrica. De ſignis Dominij cuiuslibet humoris ait.

Dominij verò Choleræ Nigræ ſignificationes ſunt Corporis Macies, & vt ſit Fuſcus, &
B *ſanguinis Nigredo, & eius Groſſities, & Vigilia multa, & multa Sollicitudo, & Ardor oris ſtomachi, & Deſiderium mendoſum, & Vrina Fuſca, aut Nigra, & Groſſa, & vt corpus ſit Nigrum, & Piloſum.*

Auenzoar lib.2. Tract. Tertio, Cap: primo.

Et iam hucuſq; declaraui Signa Propria Complexionis huius Membri, (loquitur de Teſtibus) vniuſcuiuſque Complexionis generaliter. Nunc autem remanet mihi declarare alia Signa Specialia, & ſunt iſta. Auenzoar.

Quòd Pili in Pectine Citiùs oriuntur in Complexione Calida, quàm in Frigida. Et adhuc citius ſi fuerit Calida, & Sicca: ſed cum deuenerit ad Senectutem non creſcunt tàm velociter. Et etiam in Complexione Calida, & Sicca ſunt Pili, Criſpi, & Groſſi, & Nigri. In
C *Frigida verò non oriuntur ita citò, & Subtiles ſunt, & non ita Duri, ſed ſunt Blondi: Et etiam quando fuerint ſcilicet Teſticuli Frigidæ, & Siccæ Complexionis. Cum autem fuerit Frigida, & Humida Complexio huius Membri erunt Pili Albi Coloris Lini, & Subtiles, & cum creſcunt, tendunt aliqualiter ad Nigredinem. Et nòn inuenies ex iſtis Complexionibus, qui ſint Debiliores in Coitu, quàm qui ſunt Frigidæ, & Siccæ Complexionis. Sed qui ſunt Calidæ, & Siccæ Complexionis eriguntur cum Forti, & Acuto Appetitu: ſed Citò debilitantur, & eorum Virtutes diminuuntur.*

Marcus Antonius Vlmus Patauinus.

D

Hem vos ò Miſopogones, qui riſiſtis iſtud Argumentum Barbæ Humanæ, ſcilicet Diſquiſitionem Finis eius propter Medicinam faciendam, nonne apparet ex Analogia duci poſſe Argumentum à Differentijs Accidentalibus, quæ inexiſtunt Pilis Barbæ? Veruntamen ſicut ſcripſit Gal. Præceptor. *Sunt plerique Audaciſſimi, præſertim in ijs, quæ maximè ignorant.* Eia reminiſcamini quòd vetuſtiſſimus Præceptor Hippoc. docuit. *Medicina addiſcitur tardiſſimè.* Memor.

At coniungamus Doctrinæ horum Arabum, quæ ſcripſit Auerroi Philoſophus nobilis, & qui Breuiarium ipſius Medicinæ reliquit nobis, hoc ſi legerent Candidati, vt illius horas inſumerent, quàm in euoluendis plurium alio- Auerroi Elogium.

Auerrous exercuit Medicinam, ſed qui. rum Autorum fucatis, aut Fucis operibus. Vir hic nouit Medicinam, licèt illam
non exercuerit paſſim, & Mercedis gratia, etenim amicos duntaxat amicè viſita-
uit, præſcribens vtilia, veluti ipſe atteſtatur, nunc locum indicare non vacat, eſt
in Collectancis Medicinalibus huiuſmodi teſtimonium, veluti & hoc Pilorum,
ſed iam legite, audite.

Nota Cordis à Pilis. *Cap. 2. Lib. 4. Collectaneorum ſub Rubrica. De Signis Complexionum, & Sanitatis Cor-
dis. Item Ortus Pilorum, & Tactus calidus habent ſuper Complexionem Calidam Cordis
ſignificare.* Atq; inferius ait. *Sed ſigna Frigiditatis, & Siccitatis Cordis ſunt compoſita
ex oppoſitis ſignorum Caliditatis, tamen ſeruant Signa Siccitatis. Et Pectus iſtorum eſt
Nudum Pilis, Et iſti ſunt in vltima Timiditate. Et vniuerſaliter ipſorum Iuuentus aſſimi-
latur ſecundum Plus Senectuti: Et ſi pertinet ad Senectutem, Senectus eorum aſſimilatur* A
Morti. Hæc voluimus addidiſſe Foſſam, & Vallum (vt ait Plato) tranſilientes,
Prou. nam ſunt veriſſima, & digna cognitu.

Note Cerebri. *Cap. 3. Sub Rubrica. De ſignis Complexionum, & Sanitatis Cerebri. Et quædam ſum-
muntur ab alijs, ſicut Tactu, & Ortu capillorum. Et Capillorum. Et capilli qui oriuntur
non ſunt omnino Extenſi, ſeu Plani; vel Tortuoſi; ſeu Criſpi: Albi, vel Nigri, à quibus
indicantur Temperantia Cerebri. Et Capilli etiam habent ſignificationem, eo quod Capilli
ſunt ex ſuperfluitate Fumoſa. Quare Capilli Nigri ſignificant ſuper Aduſtionem: eo quod
igneitas habet Album denigrare. Et ſi cum hoc ſunt Tortuoſi, ſignificant ſuper hoc Siccita-
tem, ſicut accidit eis, quando tanguntur ab Igne. Et Capilli Albi ſignificant ſuper Mate-* B
*riam Crudam, & Indigeſtam: Et ſi cum hoc fuerint Extenſi, & Plani ſignificant ſuper
Superfluitatem Humiditatis. Et eodem modo Capilli, qui Citò Oriuntur ſignificant ſuper
Caliditatem: & qui Tardè econtrà. Et qui ſunt Mediocres in Colore, & Tortuoſitate, &
in Planiete, & in Ortu Veloci, & Tardò ſignificant ſuper Complexionem Temperatam. Et
Forma Tortuoſa etiam habet ſignificare ſuper Malam Complexionem.*

*Per malam complexionem intelligere debemus Intemperiem. Cap. autem Septimo ſub Ru-
Teſticulorũ. brica. De Signis complexionum, & Sanitatis TESTICVLORVM. Signa Temperantia,
& Sanitatis Teſticulorum ſumuntur ab Operationibus ipſorum, & Accidentibus. Et dici-
mus, quod qui eſt Temperatus in Coitu Naturaliter habet Temperantiam Complexionis Te-
ſticulorum. Et ſi cum hoc Deſiderio coniungitur Sufficientia in faciendo ſignificant Humi-* C
*ditatem coniunctam iſti Cauſalitati. Et quidem dicunt, quod quando Complexio Teſticu-
lorum eſt calida, quod tunc eſt Generatrix Maſculorum pluſquam Fœminarum. Et quando
complexio iſtorum eſt Frigida, tunc operatur Contrarium, ſcilicet, Quia Piger erit in Coi-
tu, & generabit Fœlias. Si cum Frigiditate coniungatur Siccitas quaſi priuatur ab hac ope-
ratione: Sed qui Appetitum habet Magnum, & Debilis exiſtit in tali Operatione eius Com-
plexio ad Siccitatem pertinere videtur. Sed ſignificatio Complexionis horum Membrorum
ex Parte Accidentium apparentium in Spermate eſt, Quia in Temperata Complexione ip-
ſorum eſt, Sperma Temperatum in Qualitate, Quantitate. Sed ſi Teſticuli ſunt Calidio-
res debito, erit Sperma Plus in Quantitate, & Spiſſius conuenienti. Et quando Complexio* D
*eorum erit Frigida erit contrarium huius, hoc eſt quia Sperma erit Paucum, & non Coctum.
Et humiditas magis conuenit huic Operationi quàm Siccitas. Et PILI etiam ſignificant
ſuper complexionem horum Morborum, ſecundum quod ſignificant ſuper alias Complexio-
nes, vt dictum eſt ſupra.*

*Cap. Octauo. Sub Rubrica. De ſignis Complexionum, & Sanitatis totius Corporis. Cor-
pus cuius Complexio erit Temperata, erit de Neceſſitate Mediocre inter Maciem, & Craſſi-
tiem: & Color erit Albus mixtus Rubedini: Et Capilli eorum ſunt Flaui tendentes ad Rube-
dinem in tempore ſuæ Pueritiæ: Et cum ſunt facti Iuuenes erunt Capilli eorum Nigri.*
Atq; paulo inferius ait. *Sed Complexionem, quæ exit à Temperantia, indicabimus ſe-*

cundum

Digitized by Google

ſundum Multitudinem Signorum: Quia illi indicabuntur ex Aggregatione iſtorum Signorum hoc eſt ab Accidentibus, & Operationibus, ſicut à Craſſitie, & Macie, & à Colore, Pilis, & alijs ſimilibus. Sed eſt ſciendum quod ſignificatio Coloris Pilorum non verificatur prò maiori parte niſi in Temperatis Climatibus. Quamuis in quolibet Climate poſſit aliquid comprehendi, comparando Homines illius Climatis ſibi ipſis. Verbi gratia in Theutonicis, & Aethiopibus, quando Aethiopes ſunt Nigri, & eorum Capilli ſunt in Tortuoſitate vltima non propter hoc eorum Complexio erit Calida: immo melius eſt attribuere hac Signa Calori extrinſeco, & dices quaſi quod ſint Frigidi. Et Theutonici, & Sclaui, qui ſtant in Terris Frigidis ſunt Albi; & eorum Capilli ſunt Flaui, & Plani, nec propter hoc dicendum eſt in A *iſtis, vt eorum Complexio ſit Frigida. Quod eſt quia eorum Complexio eſt in vltima Caliditate, quia Calor clauditur in partibus intrinſecis eorum corporum, ſicut accidit in Hyeme. Et hoc ſufficit in ſignis Sanitatis ſecundum intentionem noſtram.*

Hoc eſt Documentum Auerroiſticum, quod promiſeramus, & lucem affert Auicennæ ſententiæ, quam non ſatis apte reddidere eius interpretes. reſtarent ex Arabum Scola plures alij Autores, veruntamen de huiuſmodi Gentis teſtimonio hactenus dixiſſe ſufficiat. Sed obijcient boni viri, qui me pinxere Analphabetum hominem, ex Præſepibus Ennianis quaſi Caſcorum ſobolem erumpentem, cur tot adduxiſti ò Vlme Patauine Teſtimonia? Sane facillima omnium Reſponſio exiſtit. Vt homines iſti faciliori negotio cognoſcantur, atq; teſtimonio euiden- B tiſſimo conſtet, me totius litteraturæ (velut in ſuſurarunt) eſſe ignarum. Sed abſint ioci à ſerijs. Cognouerint propterea apertiſſimè Nouitia Ingenia, & quatenus, & quomodo Pili ſunt Indices Temperamenti, cùm Totius, tùm Partium Corporis noſtri. Summa ſummarum Differentiæ Accidentales Pilorum ad Tempus, ad Qualitatem, ad Quantitatem referuntur.

Calumnia in Autorē.

Autor confligit Aducrſarios.

Reſp. vera.

De Differentijs à Tempore.

NVNC de Differentijs à TEMPORE ſumptis dicamus. Conſentiunt omnes Pilum, qui Cito exoritur eſſe Effectum à Caliditate prouenientem, C Oppoſiti verò Oppoſitam eſſe Cauſam. Atq; ſi Pilus Tondeatur qui cito Recreſcit, dat inditium, ſubminiſtrat Coniecturam Caliditatis, reparatio enim ſui ipſius breui tempore facta indicat Facultatis, à qua regitur, Validum Robur, hic autem eſt Pilorum Calor Genitalis characteriſticus, & ſibi proprius. Quapropter & Pilorum tarde facta reparatio indicauerit Frigiditatem.

Caloris Genitalis Pilorum Effectus.

De Differentijs à Colore.

AD Qualitatis Prædicamentum pertinent Differentiæ COLORIS: Figu- D ræ: Raritatis, Denſitatis. De Colore primùm dicamus, & à Nigro exordientes dicimus hunc eſſe Inditium Caliditatis, quam ſequitur velut Effectus cauſam ex conſenſu priſcorum celeberrimorum Naturæ Interpretum, primò habemus Empedoclis Teſtimonium Galeno referente.

Niger Color.

Empedocles.

Marem in Dextra vteri parte concipi, & alij vetuſtiſſimi viri teſtati ſunt, Parmenides enim ita inquit. In Dextris quidem Pueros: Siniſtris verò Puellas. At Empedocles ſic. In calidiore enim Parte terræ Maſculus fuit, & Nigri circo, & Viriliores viri, & Hirſuti magis.

Hippocrates quoq; ipſe Colorem Nigrum Pili refert in Caliditatem, audite legite, lib. de Aere, Aquis, & locis textu 55.

Qui-

Auicennas. *Quicunq; Regionem Montanam, Aſperam, Nudam, & non Aquoſam incolunt, his Mutationes temporum contingunt magna, & diuerſa; vndè & hominum Formas magnas progigni conuenit, qui & ad Laborem, & ad viriliter agendum à Natura præſtent, quibusq; feritas; & immanitas non mediocriter à Natura ſint congenita. Qui verò loca concaua, Prætenſia, & Aeſtuoſa habitant, Ventosq; calidos plus ſentiunt, quàm Frigidos, & Aquis vtuntur Calidis, hi magni quidem eſſe non poſſunt, neq; benè compoſiti, & longi, ac erecti, ſed in amplitudinem à Natura producti carnoſi ſunt, et Capillis Nigris, immo & ipſi toti Nigri magis quàm Albi, & qui minus de Pituita habeant quàm de Bile.*

Cap. quinto. Ariſtoteles quoque lib. 5. de Gener. Anim. ipſe videtur Nigredinem Pilorum cognouiſſe tanquàm Effectum caliditatis, nam comparans Colorem Ruffum, & Nigrum Pilarem ad Canitiem ait. A

Ruffi Pili celerius quàm Nigri Caneſcunt; Nam et Ruffitas quaſi Imbecillitas Pili eſt.

Corpora citò Seneſcentia. Nam queadmodum Corpora, quę naturalitèr citius Seneſcunt, & Frigida ſunt, nimirum Temperamenti Frigidi Viſcerum omnium. A pari qui pili naturaliter citius Caneſcunt, ij Frigidi exiſtunt, Canities enim eſt illorum Senectus. *Qui ſunt Albi admodum nigros habent Capillos.* Legatis Gal. lib. 2. de Temperam. & cognoueritis Colorem Nigrum Pilorum eſſe ſemper inditium Caliditatis, & in Com. 1. ad lib Hipp. de Humoribus ait, Tex. com. oct.

Nigror Pilorum quid ſignificet? *Capillus Niger eſt, cùm vi Caloris denſus Vapor in Fuliginem abit.* Vt non ſequar ego Doctrinam Galeni, quam tradit Generationis Pilorum, hanc enim Demonſtratiuis Rationibus indicaui eſſe Falſam in Phiſiologia Pilorum, attamen verum eſt Nigredinem Pili à Calore generari: & quamuis meo iuditio Galenus errauerit in Generationis Pilorum Phiſiologia, tamen verè ſcripſit Colorem Nigrum eſſe effectum Caloris. docet præterea hoc ſenſus, nam ambo coniunguntur Nigror, & Calor. Auicennas quoq; dixit ſub Rubrica de Locis habitabilibus Calidis lib. primo Fen 2. Doct. 2. cap. Vndecimo. B

Loca habitabilia Calida Nigrificant Capillos, et Criſpant.

Conſtat ergo ex teſtimonio Doctiſſimorum Virorum Colorem Nigrum Pili eſſe Inditium Caliditatis, quia & Effectus. Nigroris autem gradus exiſtunt Plures, quos verbis indicare nemini licet, Plus eſt enim in Senſu quam in Sermone. Quapropter doctiſſimè Satyricus Iuuenalis. referens Meſſalinæ monſtruoſam libidinem Coloris Nigri eius Pilorum addidit notam, inquiens. C

Iuuenalis Sat. Sexta.

Reſpice Riuales Diuorum Claudius, audi,
Quæ tulerit dormire virum, cum ſenſerat Vxor
Auſa Palatino Tegetem præferre Cubili
Sumere Nocturnos Meretrix Augusta Cucullos
Linquebat Comite ancilla non amplius vna
Et Nigrum flauo Crinem abſcondente Galero
Intrauit Calidum veteri Centone Lupanar D
Et Cellam Vacuam; atque ſuam tunc nuda Papillis
Conſtitit Auratis Titulum mentita Lyciſca
Oſtenditq; tuum generoſe Brittanice Ventrem
Excepit blanda intrantes, atq; Aera popoſcit.
Mox Lenone ſuas iam dimittente Puellas
Triſtis abit, ſed quod potuit, tamen vltima Cellam
Clauſit adhuc ardens rigida tentigine Vulua
Et Laſſata viris, nondum Satiata receſſit.

Nigror quidem ſummus Pilorum arguit ſummam Caliditatem ſanguinis ex quo

quo generatur, & hic à Calidis viſceribus originem habet. Nigredo autem Pilorum in Fœminis quemadmodum ego habeo ex diuturna, & multiplici Experientia, arguit Caliditatem Vteri illarum, niſi quidpiam refragetur, atq; huiuſmodi Fœminas vos reperietis cæteris paribus maiori ex parte ſemper Salaciores etiã illis, quæ obtinent Capillos Rubeos: conſulite Senſum, ego pronuntio ſenſibilia ex mea experientia, quapropter conijciant illę Vrbes, quibus eſt peculiaris Color Niger Comæ Fœmineæ, Ciuitatem indicare nolo. Color Albus Pilorum indicat Frigiditatem, quod patet per Argumentum à Contrario *Albus* (ait Galenus) *ex Pituita efficitur*, in Com.primo lib.de Humoribus Tex.com.oct.ego autem dico Album Pilum generari ex ſanguine Frigidiori, qualem dicunt omnes eſſe Pituito- *Nigredo Pilorum Fœminæ.*
A ſiorem. Color Flauus, quem à Flamma, cuius Colorem imitatur, volunt docti eſſe nuncupatum, gignitur ex ſanguine Calidiori, quàm Albus, Subflauus, autem inferior eſt Flauo in Calore. Mox Ruffus aut Fuluus, qui eſt Flauus Fuſcus anteit Caliditate Flauum: aliqui tamen volunt Fuluum eſſe obſcuriorem Flauo: Rubeus comparatus Ruffo adhuc intenſioris Caliditatis eſt nota, qui ſi Fuſcior exiſtat, vergit ad maioris Caliditatis indicationem Color Caſtaneus, à cortice Caſtanearũ dictus, quando fulgor accedat, proxime accedit ad Colorem Nigrum, & hactenus dictum ſit de Coloribus Pilorum humanorum, quorum Doctrina certior habetur Senſu, quam Scriptura, illa nanq; fruſtrà docetur, aut ex libris quæritur.

B

De Differentijs à Figura.

NVNC ad FIGVRAM Pilorum accedamus, quæ eſt altera eorum Differentia Accidentalis pertinens ad Tertium Qualitatis Genus. Hinc Pili dicuntur Criſpi, Recti, quos & ſimplices, & planos dicunt expoſitores. Criſpitudo arguit Caliditatem, illius autem ſunt Gradus plures, qui pariter veniunt referendi in peculiares Caliditatis Gradus: initium fuerit conſiderationis promouendæ hoc Documentum. Criſpitudinem ſummam prouenire à Caliditate ſumma, vt qualis exiſtat receſſus à Calore iſto vehementi per Criſpitudinis deſcendentes *Documentum.*
C gradus, talis cenſeatur vis Criſpitudinis ad Calorem indicandum. Sed hæc quatenus pertinet Criſpitudo ad Actiuam Qualitatem, reſtat Paſſiua, & eſt Siccitas. Pilus enim Criſpus eſt Siccus, & index Siccitatis, Argumentum eſt à Pilo Regionali, & duplex; nam qui habitant indigenæ Regionem Calidam, & Siccam, ij obtinent Pilos Criſpos. altera eſt ratio à Contrario ſiquidem nati, & alti in locis Frigidis Humidis non habent Pilum Criſpum, & Rariſſimè huiuſmodi homines Criſpi viſuntur in talibus locis: confirmantur, vel ducuntur, quæ diximus non ex Ratione, at ex Teſtimonio, & Narratione Senſili, relata ab ipſo Ariſtotele. lib. quinto de Gener. Animal. Capit. Tertio, qui ex Interprere Gaza loquitur in hanc ſententiam.

D *Simplex autem, Criſpuſuè oritur Pilus exhalatione Pilorum. Nam ſi fumoſa eſt præ ſua Caliditate, & Siccitate, Criſpum efficit Pilum. Inflectitur enim quoniam duplici delatione feratur: Terrenum enim deorſum, Calidum ſurſum fertur, cumq; præ ſua imbecillitate inflecti facile poſſit, intorquetur quod Pili Criſpitudo eſt. Aut igitur ita Cauſa reddenda eſt, Aut quoniam parum Humoris multum autem Portionis terrenæ ineſt, efficitur, vt Pili reſiccati ab Aere ambiente contrahantur. Inflectitur enim quod Rectum eſt, ſi euaporatur, & contrahitur, atque conuellitur Pilus: Quemadmodum cum igne aduritur; Vt pote cum Criſpitudo ſit Conuulſio ob Humoris inopiam ab Aeris continentis Calore. Inditium rei eſt, quod & Duriores ſunt Pili Criſpi, quam Recti: Durum enim quod Siccum eſt. Simplici au-* *Ariſtotile.*

tem

tem Pilo ſunt, quæ humore abundant, ſunt enim Humor in ijs, non ſtillat. Quocirca Scytæ incolæ Ponti, & Traces ſunt Pilo prommiſſo, & ſimplici, nam & ipſi Humidi ſunt, & Aer ambiens eos eſt Humidus. Aethiopes contrà, qui Loca incolunt Calida Criſpo ſunt Pilo, Siccum eſt enim & Cerebrum eorum, & Cælum ambiens.

Legitote, vel auditote Græcam ſcripturam Ariſtotelis & candidam, & perſpicuam. ſumma ſummarum homines Εὐθύτριχες, atq; Οὐλότριχες (his nanq; vocibus ijſdem ſemper vtitur Ariſt. in quibus Gaza laſciuit interpretandis) tales exiſtunt vel ab Aeris ambientis Caliditate, Siccitate, vel à Materiei Pilorum Caliditate, Siccitate. Hinc deſumpſit Galenus vniuerſam ſuam Pilorum Phiſiologiam, quam ſcripſit in pluribus locis librorum ſuorum. Quando Ariſtoteles ait Pilos Criſpos eſſe Duriores Pilis Rectis, hæc Propoſitio intelligi debet cum additamento, nimirum vbi cætera ſint Paria. Siquidem reperiuntur Pili Recti Duriores Pilis Criſpis. Quapropter hic deſideratur Ariſt. diligentia, & Cautio ſibi familiaris, neq; mihi dicat homo. Ariſtotelis dictum eſſe explicandum, quia ipſius intererat quadrate docere, neq; expectare manus Nepotum auxiliares, nonne ipſe in Methaphyſicis damnat Priſcos Naturæ interpretes, quia docuerunt obſcurè? Cùr ad eandem Rubricam, incudem, & Sacoma non redigenda ſit eius ſcriptura? Craſſities quæ eſt Differentia Accidentalis pertinens ad Quantitatem Continuam eſt quandoque cauſa Duritiei, veluti Oppoſitum apparet in Oppoſito. Sed audiamus Galenum lib. 2. de Temper. A

Gal. ſumpſit Pilorũ Phiſiologiã ab Ariſt.

Criſpi Pili fiunt propter Siccitatem Temperamenti, vel propter Meatum in quo Radicantur. Et propter Siccitatem quidem, ad eum modum quo Corrigiæ, quæ Igni plùs iuſto ſiccantur. Et quid corrigiarum meminiſſe eſt opus, cùm ipſos Pilos vbi igni propius ſunt admoti, protinus intorqueri videas? Atq; ita quidem omnes Aethiopes ſunt Criſpi. Qui alibi dicebat: B

Galenus.

Criſpi Capilli aut propter Temperaturæ Siccitatem, aut propter Meatum in quo Radices agunt fieri ſolent. Quicunque autem Humidam Frigidamq; Regionem incolunt, Capillos, qui Modicè Augeantur, Gracileſq;, & Rectos, & Ruffos habent. Qui Calidam, & Siccam ij Nigros, qui Parum Augeantur, Siccos, Criſpos, & Fragiles. Qui Medium inter hos Tractum tenent moderatè, & ad proportionem Regionis. C

Galeno videtur mágis ad Siccitatem, quam ad Caliditatem tanquam Cauſam eſſe referendam Criſpitudinem Pilorum. Auicennas retulit Criſpitudinem Calorem, quàndo ait.

Loca Habitabilia Calida Nigrificant Capillos, & Criſpant.

Vtcunq; ſit, rem etenim definire nunc haud vacat, ſatisfeciſſe nos videmur, ſi *Pilos eſſe Indices Temperamenti* indicauerimus ex conſenſu veterum: omnino conſtat Criſpitudinem non eſſe abſq; Caliditate, non enim Galenus aſſeruit vnquam, vel pronuntiauit Pilos Criſpos à Frigiditate, ac Siccitate prouenire, quinimo in eius operibus vos reperietis, atq; ſemper, ab ipſo Criſpitudinem Pilorum fuiſſe relatam in Calorem, & Siccitatem. Veruntamen accedamus ad Tertiam Differentiam Accidentalem Pilorum, quam diximus eſſe *Raritatem Denſitatem*, atque illam Prædicamento Qualitatis adſcripſimus, quod ſi minus cuipiam arriſerit, liberum ei ſit, quò libuerit hanc differentiam referre, dummodo conſtet, ab hac etiam deſumi inditia dignoſcendorum Temperamentorum. Huius tertiæ Differentiæ Accidentalis duo tantum ſunt nomina ſignata, eaq; Extremorum: ſcilicet *Raritas Denſitas*, quod interiacet Medium eſt innominatum, quemadmodum, & Gradus à ſenſu quidem cogniti, longo vſu exercitato, ij tamen non obtinuere peculiares voces, quibus indicari poſſint. *Raritatem Pilorum* cognoſcunt omnes Autores D

Dè Raritate & Denſitate Pilorum.

tores Experientia docti, & Fama Celebres eſſe Effectum Frigoris: Contrà vero *Denſitatem* eorundem, quam & *Hiſpiditatem*, appellant, ſeù *Multitudinem*, *Copiam* Effectum ipſius Caliditatis confitentur. Quapropter & Mediocritatem iſtorum quaſi prouenientem à Temperie, quando neutra Qualitatum Actiuarum ſcilicet Calor, Frigus excedunt, ſeù à Caliditate moderata, neq; excedente deriuantem aſſeuerare poſſumus. Ex hiſce notis potuerint acerrima ingenia interſtinguentia Gradus eoſdem referre in Qualitatum prædictarum Exceſſus, Receſſus ab ipſo Temperamento. Sed legatis, audiatis Teſtimonium Hippocratis, lib. de Aere, Aquis, & Locis Text. vltimo.

A *Vbi autem Regio eſt Nuda, Natura munita, & aſpera, quæq; & à Frigore hyberno prematur, & à Sole æſtiuo exuratur, ibi Duros, & Robuſtos, & articulis probè diſiunctis, Vegetosq́;, & Hirſutos reperias homines, & in quibus à Natura laboris tolerantia, & Vigilantia inſit, quiq; Mores habeant pertinaces, ad iram procliues, & contumaces, magisq́; Feritate participantes, quàm Manſuetudine: inſuper ad Artes etiam acutiores, & plus ſol.rtes, & ad Res Bellicas gerendas aptiores.* — *Notæ à Pilis Corporis. Animi.*

Nonnè iſta omnia Calori atteſtantur? hinc deſumpſit Auicennas, quæ ſcripſit in Opere ſuæ Medicinæ, *Sub Rubrica. De locis habitabilibus, Petroſis, & Diſcoòpertis.* Lib. 1. Fen 2. Doct. 2. cap. 11. Verba interpretis hæc ſunt, quæ comparato demùm cum Hippocratico textu.

B *Et eorum Corpora ſunt Dura, & ſolida, & Multorum Capillorum, Fortia, & Iunctura manifeſta: & vincit in eis Siccitas, & ſunt multum uigilantes, & ſunt malorum Morum, inobedientes (ſuperbi) & eſt in eis Bellorum Fortitudo, & ſolertia in Artibus, & Acutas.* — *Auicennas.*

Auicennas deſumpſit ad verbum ex hoc textu Hippocratico, quæ mox recitauimus. At Galenũ legite, audite. in lib. Hipp. de Hum. Com. primo Tex. Com. oct. — *Galenus.*

Hippocrates in Tertio de Vulg. Morbis libro, cum Formas Corporum eorum, qui tabidis Morbis corripiuntur, explicaret, ait. Genus Tabidorum Laue erat, Pituitoſum, Subrubrum, Caſium. Leucophlegmatiæ, & quibus Scapulæ in Alarum modum prominebant ac Mulieres. Quo in loco appellat Laue, quod vacat Pilis: quod eſt Temperaturæ Frigidioris inditium.

C Hinc addiſcas Hippocratem non reieciſſe, quinimo plurimi æſtimaſſe Notam, Indicium deſumptum à Pilis vnde cõijciunt docti, & experti Medici Temperiem corporis, quam niſi ſatagant cognoſcere, quantum licet, næ ij *Carnificinam*, non *Medicinam* exercent. Conſulant modo conſcientiam ſuam, qui Riſere hanc meã Diſquiſitionem Finis Barbæ Humanæ, quaſi Puerile Deliramentum. Non eſt cuiuſq; ingenij tractare Medicinam Rationalem, at conſummati Philoſophi, & in quacunq; Philoſophiæ Spetie. Summa ſummarum, qui non dignoſcit ipſius ægri Temperiem aut Naturalem, aut Acquiſitam, is nequit conijcere Morbi Qualitatem, Quantitatem, ineptus eſt ad Prædicendum, rudiſſimus, ineptiſſimus ad — *Pilorũ Phiſiologia neglecta quot pariat Mala?*

D Curandum, ad Alendum, ad omnia Artis breuiter exercenda munera. *Hem Catones, atq; Suggeſtiſcientes?* Legite, ſed intelligite Hippocratem totius Medicinæ Parentem: Cœterum proſequamur in Galeni oratione recenſenda dicentis. Com. pri. in l. Hipp. de Hum. t. C. 8.

Atq; vt Glabrum, & Vacans Pilis Frigidiorem, & Manſuetam Naturam, ſic Hirſutum Calidiorem, atq; Iracundam eſſe indicat. Nonne agnoſcitis ò Nouitia ingenia deſumpta iſthęc fuiſſe ab Hippocrate? *Qui enim Mores ex Forma Corporis ſe noſſe profitentur, eum, qui admodum Hirſuto Pectore ſit, Animoſum indicant: ſin Cruribus Salacem, aiunt enim illum habere Pectus Leoni ſimile, Crura verò Hirco. neque tamen exiſtimandum eſt, ſi alicui Pectus Piloſum ſit, neceſſe eſſe, vt Totum Corpus eius Siccius ſit, &* — *Galenus.*

Calidius: ſed hoc, plurimum Caloris in Corde eſſe, proindè Animoſum hominem effici. Sicut ſi totum Corpus vacans Pilis, Delicatumq; ſit, & alba Cutis, Timidi, Ignaui, & Senes homines redduntur, quamquam hæc pro Natura Regionum mutantur, vbi enim Terra mollis, Aquoſaq; eſt, & Aquæ ibidem Sublimes ſunt, vt æſtate Calidæ, & Hyeme Frigidæ ſint, ibi homines Carnis mole conuecti, & Pigri, & Somniculoſi ſunt: Vbi vero Nuda eſt Regio, aquis vacans, & aſpera, ibi Dura, Firma, & Hirſuta ſunt Corpora. Ac de his omnibus hoc intelligendum eſt: Corpora, quæ magis rara magisq; Hirſuta ſunt facilius Vſum Carnium, quibus veſcantur, quàm quæ alterius ſunt Generis perferre: vt pote quæ per Halitum digerantur, itemq; Aerumnas, quia minus in laſſitudines incidant, & bona habitudine diutius perfrui, quia non ſtatim ad extremum perueniant. Iam verò ex eo, quod Glabrum, Hirſutumq; Corpus ſit, potes de Humore, qui redundat facere coniecturam. Nam & Delicati, & Glabri, & Albi humorem Melancholicum minus coaceruant: Graciles verò, Nigriores, & Hirſuti, & quorum ampliores venæ ſunt, ij ad illum humorem gignendum aptiores indicantur, cæterorum humorum eadem ratio eſt.

Corpora Hirſuta.

Phiſiologiæ Pilorum vtilitates.

Animaduertas ex Phiſiologia Pilorum quot eueniant Bona tibi, ſi rectè vti noueris. Vnum eſt cognitio Conformationis Cutis, vel Cutaneæ, Alterum eſt ipſius Temperamenti. Tertium verò Humoris notitia, ſuntq; alia perplura, quæ non vacat interim referre, diximus enim plenius in Pilorũ Phiſiologia noſtra. *Hirſuties eſt index Cutis Raræ:* contrà verò *Glabrities eſt Index Cutis Denſæ*. Raritas conſiſtit in foraminibus, vel Poris, Meatibus amplioribus, pluribus Denſitas verò in ijſdem at anguſtioribus, neque adeò numeroſis, pertinent ad Conformationem Cauitas, & Meatus docuit ſi vera Præceptor Galenus Vir ſane doctus. Quorſum pertinet verò cognitio iſtius conformationis, quam nobis Pilus aut adſit, aut abſit, ſubminiſtrat? Eſtnè Diſquiſitio Logica? minimè omnium, ſiquidem pertinet ad Opera ipſius Artis exercenda Morbos Cognoſcendos, Prædicendos, atque curandos, audite, legite ſententiam Hippocratis, lib. de Alimento.

Raritas Cutis. Denſitas.

Denſitas Corporis ad Perſpirationem, quibus minus aufertur, morbidiores, quibus amplius aufertur Saniores ſunt.

Qui probè perſpirant Debiliores, & Saniores ſunt, & à Morbis facilius Reconualeſcunt. Qui male perſpirant priuſquàm ægrotent Fortiores ſunt. Vbi autem ægrotarunt, difficilius à Morbis Reconualeſcunt. Hæc autem, & Toti, & Parti:

Alterum emolumentum, quod obuenit cuicunq; Phiſico Docto, atque Medico ex Pilorum Phiſiologia iuxta Galeni Doctrinam, eſt Dignotio Humorum, qui ſunt in Corpore, qua in re ſubſcribo Præceptori, Experientia Duce, veruntamen in ratione, ſeu Cauſa ſignificandi omnino diſſentio ab eodem: Ipſe arbitratur contingere hoc ob vaporoſam exhalationem, ſeu fuliginoſam, excrementiam vnde oriuntur Pili. Ego autem arbitror id fieri Sanguinis Cauſa, ex qua, vt materia propria characteriſtica, generatur Pilus, at hæc diſputare, ſeù docere, non eſt huius loci, pertinet ad huiuſmodi Pilaris Phiſiologiam Subſtantiæ Genericam. Porrò licet vnicuiq; (niſi fallor) dicere de Galeno, quod ſcripſit ad veteres Naturæ Interpretes ſemper Ariſtoteles, nimirum Doctrina aut obſcura, aut manca exiſtit. Pili indicant Humorem corpori inexiſtentem, non ſimpliciter, at humorem, qui adſit ſecundum Naturam, Temperamento Naturali, aùt Acquiſito, ſed ante corporis conſummationem homogeneum, ſeù peculiarem. ſi enim Platonis Corpus Calidam Siccam obtinens Temperiem à primo Naturæ ortu, Vitæque ſtudio auctam poſt annos duodequadrageſimum (conſummatur nanque Corpus circa Quintum Septenni-

um)

rium) otioſo vtens vivendi genere, victu inſtitutoque Phlegma coaceruante iuxta omnes ſex res Non Naturales, Pituitoſo equidem Sanguine, atque permulto redundabit Platonis corpus, Humoris tamen huius exuberantis vix momentum Coniecturæ tibi ſubminiſtrabit Pilorum Silua. Veruntamen hæc aliàs. Tertium Emolumentum ſuccedens nobis ex harum ſubſtantiarum Phiſiologia eſt Dignotio Temperamenti, quæ Baſis exiſtit, vel Regula, Norma, Canon Policleteus omnium Operatiouum, ſumma ſummarum totius Coniecturæ, atq; Actionis Medicæ. Siquidem hæc eſt vero verior Propoſitio, quam nunc vobis trado Nouitia Ingenia. Medicus ille Optimus cenſendus eſt, qui optimè cognoſcit Aegrotantis Temperiem, hac vero ignorata, nequit Medicus conijcere receſſum ab ipſo Temperamento quouſq; nimirum ægritudo progrediatur longinqua à Naturali ſtatu, quapropter ignorat Medicus Morbi caracterem, prædicere nequit, cæteroquin etiam infantiſſimus, niſi & delirus apparet. Audias, legas Galenum. lib. de Arte Curat. ad Glauconem, cap. primo. *Propoſitio vera.*

A

Cùm igitur ad rectè medendum plurimùm conferre & Temporis occaſio, & auxiliorum Quantitas videatur: inuenies autem hæc vnicuiq; ægrotanti propria; Nihil autem Proprium poſſit ſermonem explicari: hoc pacto, quod commune eſt, cogimur ſcribere, quamuis id ſit vſu ſecundum. Nam & quoſdam aliquando ægrotos viſimus, cum quibus, dum ſani eſſent, non eramus verſati: quo fit, vt neq; quem Colorem, quam habitudinem, aut Natiuum Calorem, aut quem Arteriarum Pulſum à Natura habuerint, agnoſcamus: quæ ſi ſciremus, Magnitudinem Morbi ſatis aliquando iudicare poſſemus: nam, quantum vnumquodq; à Naturali ſtatu recedit, ad tantam Morbus Magnitudinem peruenit: Quantum verò Recedit Solus ille, ſcire poteſt, Qui Naturalem ſtatum exquiſitè cognouerit. *Propriū eſt ineffabile.*

B

At Exilia deſumuntur Inditia à Barba ipſa. Concedo. itaq; huiuſmodi Notas debemus negligere? Nego ego: nam quicquid eſt Inditij. illud ſatagendum eſt cognoſcere omni diligentia, & ſtudio. Audite, legite Galenum. *Obiectio Reſponſio.*

Reliqua vero partes Animalis Interiores Exilia habent Temperatura Indicia. Tentandum tamen ea ex Iuuantibus, atque Nocentibus agnoſcere, &c.

Hem licet nè Medico Artem profitenti, quæ merè Coniectatrix exiſtit, ſupinè aliquid cognoſcere, aut pueriliter præterire, quod valeat ſubminiſtrare Temperiem Corporis humani, vix tot, ac talibus indicijs intellectam, perceptam? Quomodo ergo, ſi ſanum vobis extitiſſet Cerebrum ò Suggeſtiſcientes, ridere potuiſſetis hanc meam Diſquiſitionem Finis Barbæ Humanæ, quam Demonſtrationibus docui pertinere ad Organa Facultatis Generatricis humanę Maſculinæ? Quanti æſtimarit Hippocrates Phiſiologiam Pilorum, audite, legite, ſed intelligite, nunc non vacat explicare lib. ſexto de Morbis Popularibus. *Gal. l. Artis Med. c. 69.* *Figit Aduerſarios.*

C

Aetatem ab Aetate diſcernere oportet, & an Prius, aùt Poſterius quàm conuenit, quid fiat, veluti ſi reſolutus eſt Hyeme, & Senili ætate, aut Infanti, & æſtate, aut prius, aut poſterius quàm conuenit. Dentium emiſſiones, Pilorum Productiones: *Genitura: Magis, & Minus:* Pilorum Augumentum, Craſſitudo, Robur, Imminutio, *Quod Cognatum eſt, & Quod per ſeipſum, quanto magis, & minus.*

D

Sed latius, & apertè magis conſtat vtilitas hæc in Opere noſtro iam ſcripto, & breui publicando, cuius eſt Index Titulus AETAS HVMANA, quod Commentarium delineauimus, & conformauimus iuxta Platonis præſertim, Plotini, Hippocratis, & Ariſtotelis Dogmata. Sed quæ iam diximus. Ea ſunt ſemina Philoſophiæ Pilorum, legite Græcam orationem, qua interim careo, & animaduertatis neceſſariam eſſe doctam diſtinctionem. Audite, legite adhuc eundem. Hipp. lib. 2. prædict. *Opus Autoris.*

Venter autem egerat quotidie, & id, quod egerit, ſit durum: Copia prò ratione Ciborum ingeſtorum. hominem verò, quam minimè tenuem eſſe oportet. Pectus autem laudare conuenit, Quadrangulum, & Hirſutum, & os ipſius paruum ſit, & robuſtè carnoſum.

In Aduerſarios. Hippocrates vtiturnè phiſiologia Pilorum, à vobis Obtrectatoribus adeo deſpecta, conculcata, vt cum audieritis me philoſophari conantem circa Finem Pilorum nobiliſſimorum, inexiſtentium nobiliſſimæ parti externarum corporis noſtri, qualis eſt Barba, vt cum audieritis, inquam, me talia tentantem, Riſeritis, & cachinorum irreuocabili quaſſatione diſtenderitis os impurum ferreum, niſi ferinum, Veruntamen Coſſo vos Nepotes, Mammonæ ſeruitia!, Naturæ ipſius renunciata Maieſtate, quam vocem nec intelligitis, inter eos Medicos eſtis annumerandi, quos indicauit idem Hippocr. Præceptor libro de Articulis, audite, legite. A

Hippocrat. *Porrò quibus ex Caſu ſpina Gibba ſit, horum ſane pauca ſuperantur, ita vt dirigi poſſint. Nam quæ in Scala fiunt Extenſiones, nihil direxerunt, quod ego ſciam: Vtuntur enim ipſa*, maximè hi Medici, qui Multitudinis Famam aucupantur. *Apud tales enim hæc in Admiratione ſunt, ſi aut pendentem, aut proyci aliquem, aut quæ his ſimilia ſunt videant, & hæc celebrant ſemper, neq; ipſis curæ eſt, quale quid eueniat ex hac aggreſſione, ſiuè Bonum id ſit, ſiue Malum. Medici tamen, qui talia ſtudio habent, & quos ſane ego noui, Imperiti ſunt.* Atq; paulo inferius vocat eoſdem *Impoſtores* ſed legite, audite eundem in eodem libro dicentem.

Medici mali.

Eia Miſopogones. *Turpe tamen eſt, & in omni Arte, & non minimè in Medicina multam Turbam, & multam Oſtentationem, & multum Rumorem concitare, deinde nullam Vtilitatem afferre.* B

Vos qui Deſpexiſtis, Riſiſtis, Subſannaſtis, Laceraſtis in angulo ſecreti hæc Tẽtamenta mea circa Finem Barbæ Humanæ veſtigandum intelligebat Hippoc. ſed & pinxit egregie *Abimeron* in libro, cuius eſt index Titulus *Theiſir Dahalmodana Vahaltadabir*, quando ait ex interprete cap. 13. lib. primo Tract. oct.

Auenzoar. Ergo cum ſic etiam illo tempore, quantominus iſto noſtro inueniri debent, qui cum Sciant Medici ſint Rari, qui Studeant in Scientijs, tamen propter Intentiones, quas habent circa Sectas, ſeu Fides ſuas, tum etiam propter Intentiones, & Studium quas habent circà Mundum. Et tales ſunt, qui vituperant, & derident illos, qui ſecum nòn commiſcentur, & ſecùm non commorantur in ſuis potionibus, atq; cibis, qui non Rident, & Truffantur cum eis, atq; qui in Plateis ſecum non commorantur. Et qui per Ciuitatem ſecum non incedunt, eundo, & redeundo. C

Medici noſtræ ætatis.

Petrus Apponẽſis Differ. Sept. Tales Medicos intelligebat meus conterraneus Vir Doctus Petrus Apponenſis quando ſcripſit in ſuo Conciliatore. D

Eſt autem ſciendum, quòd Medici vt plurimùm ſunt Malorum Morum, tum quia ex Vili Stipite, & Sterili Originem contraxerunt, intumeſcentes demum, & Contumelioſi facti, cum fuerint aliqualiter Incraſſati, &c. Meritò ſeù iure cæcinit ille.

Aſperius nihil eſt Humili cum ſurgit in altum,

At in Differentia Accidentali, quæ eſt Hirſuties, (proſequamur) Effectus Caliditatis, & Siccitatis, quapropter, & Inditium, atque Signum, vos legite, audite Galenum lib. Secundo de Temperam.

Peccant

Peccant ij, qui Commentarios de Temperamentis, nobis reliquerunt: tùm quod id omittunt, quod Hippocrates rectiſſimè admonuit, ſpectandum eſſe. Ex quibus in quæ Mutationes ſint factæ. Fit enim non rarò, vt præſens nota Prioris Temperamenti ſit: non eius, quod in Corpore nunc habeatur: veluti, ſi quis annos natus Sexaginta Denſo Pilo ſit, non quod Calidus, & Siccus nùnc ſit, ſed quod antè talis fuerit: conſiſtunt autem ei prius geniti Pili. Galenus.

Animaduertas Hirſutiem referri à Galeno in Caliditatem, atque Siccitatem veluti Cauſas, is autem proſequitur ſcribens.

Ad eum modum, quo Herba, quæ Vere ſunt enatæ non nunquam perſeuerant Aeſtate. Alijs enim ſpatio, & paulatim contigit à Plurima illa Hirſitate mutari: labentibus ſcilicet præ nimia Siccitate Pilis. Alijs diutiſſimè Pili permanent, vtiq; qui nec in proceſſu temporis ullo modo Siccantur, & à primo Valentem habuerunt Originem: Arborum ritu, quarum radices in Terra valenter comprehenderunt. Caue igitur ſi quem admodum Piloſum videas, hunc ſtatim Melancholicum putes: ſed ſiquidem floret adhuc Aetas, nondum eſſe talem. Sin iam declinat; Melancholicum exiſtima. At ſi ſenex eſt, non item.fiunt nanq; Melancholica Temperamenta ex Sanguinis aduſtione. Cæterum cùm id pati incipit, non ſtatim eſt percoctus: verum Hirtus abundè, qui Calidus, & Siccus eſt celeriter erit, &c. Galenus.

A

Do vobis alterum Galeni Teſtimonium lib.ſecun. de Temper. ſcilicet aſſerentis Hirſutiem à Calore nimio prouenire.

Sed quod ad rem propoſitam eſt vtile, id iam appàret: hominum ſcilicet Temperamenta conſiderantibus, ſingulas partium per ſe examinandas eſſe. Nec ſi cui thorax Hirſutus eſt, huic Totum Corpus Calidius, Sicciusq; ex neceſſitate putandum: ſed plurimum in Corde Caloris eſſe, eóq; audacem: poſſe verò aliquando etiam huius ipſius rei occaſione accidere, quominus totum his corpus ſimiliter Calidum, Siccumq; ſit: quod ſcilicet Plurimum Caloris ſurſum huc ſpirauerit, atque in ambientem abierit. Nam ſi tota Corporis Temperies eſt æqualis, erit his ſtatim Thorax ipſe vniuerſus latiſſimus, Vena ampla, Arteria magna, eadem maximè, vehementiſſimeq; pulſantes; cum Plurimi Incrementi, Nigri, & Criſpi, vtique in prima ætate, procedente verò Tempore Caluities excipiet. Quinetiam eiuſmodi hominibus cum æqualiter ſunt attemperati, & Robuſtum, & exactè delineatum, & Muſculoſum totum Corpus erit, tum Cutis Nigrior, Durior, atq; Hirſutior. Ad eundem modum ſi Contraria omnia in Thorace, ſunt, ac æqualis in toto corpore Temperies vigeat, ideſt ſi Humidiores, & Frigidiores vniuerſæ corporis Partes ſint Thorax quidem Anguſtus, & Glaber erit: ſicuti etiam totum Corpus Pilis Nudum. Cutis verò Mollis, & Alba, Capilli Subruffi, potiſſimum in iuuentute: hi in Senectute non Calueſcunt, timidiq; ſtatim, & ignaui, & ſegnes, adde etiam Paruis venis, ac minimè conſpicuis, & Adipoſi fiunt. Iidem Neruis, Muſculisq; imbecilles, & Artubus parùm exactè delineatis, & blæſis. Galenus.

B

C

Conſtat itaque (niſi fallimur) ex tot Clariſſimorum Virorum conſenſu, ætatum teſtimonijs Hirſutiem, ſeù Pilorum Denſitatem eſſe Effectum Caliditatis, atque Siccitatis. Quapropter ſi argumentum eſſe verum à Contrario, quod & aſſerunt ſuperiores Autores, Pilorum Raritas fuerit Effectus Cauſæ Frigiditatis, Humiditatis, à quibus tanquàm Carceribus Ingenium ſeſe promouebit ad referendam & Mediocritatem inter huiuſmodi Exceſſus, & Gradus interiacentes, ac medios in ſuam peculiarem, & propriam Cauſam. *Hirſuties eſt Inditium Caliditatis.*

D

Veniamus modo ad eas Differentias Accidẽtales Pilorum, quæ fluunt à Quantitatis Prædicamento, hæ verò pertinent ad Quantitatem Continuam, atq; ſunt Longitudo, Breuitas; Craſſities Tenuitas, & horum Mediocritates, vel Media. Pili vbi liberaliter longi exiſtant Caloris indicant Exuperantiam, argumento ſit Exortus, atq; Incrementum. Experientia, (vel vt Galeni verbis vtar) ea, quæ euidenter ſenſibus apparent, (ſubſcribit autem conſenſus Medicorum) docent, *Differentia à Prædic. Quãtitatis.*

Calore

Calore Exuperante, Pilos celerrime naſci: contra verò vbi Frigus dominetur tardiſſimè prodire. Sed Caloris eiuſdem eſt promouere illos in Longitudinem, nam cæteris paribus, quæ Calida ſunt, ea & Magnitudinem obtinent, magna ex parte, Calor enim vim habet Augendi ex conſenſu Philoſophorum omnium. Sed nonne deducitur & Ratio, quæ ſenſibus innititur, ab ipſo Recremento poſt Attonſionem. Corporibus enim Calidis, ea ſi ad cutem tondeantur, citiſſime Pili Recreſcunt, valido enim calore præditi ſufficiunt ad ſeſe reparandos: ætates docent Iuuenilis, Senilis. Vtraq; enim harum Aetatum ſi Tondeatur, huic Tardius, illi verò Citius, vbi cætera ſint paria, Pili Attonſi Recreſcunt. Cuius veritatis do vobis Tonſorum Teſtimonia à ſenſu petita. Satagite iſthæc animaduertere, intelligere à Peritis, meam Doctrinam veram eſſe reperietis, quæ, ſi recordamini iam à nobis relata ſuperius, ſuperfluum ſed, & odioſum foret denuo repetere, deducitur ex narratione priſcorum Medicorum. Conſtiterit ergo per argumentum à Contrario Pilos Breues eſſe Effectum Frigiditatis, atque indices Frigoris eius Partis, cui conſentiuut. Altera Differentia à Quantitate ambitus ipſorum deſumitur, nimirum Craſſities: Tenuitas, hæc prouenit à Frigore, illa vero à Caliditate. Ducitur hoc ex Doctrina iam recenſita ex autoritate clariſſimorum virorum, ſed & Argumentum eſt ab Aetate, à Sexu. Nonnè Pili ſexus Fœminei, cæteris paribus, exiſtunt Maſculinis Tenuiores? Ratio eſt à Temperamento etiam Frigidiori Fœmineo, ſemper laudantnr in Fœminis Pili Tenues, in Viris autem Pili Craſſi, ſua enim cuiq; Principio Spetici ineſt Accidentalis Propria Differentia, hinc Poëtæ laudantes Fœminæ Cæſariem, aut Comam, ſemper adiunxere hanc Differentiam Tenuitatis. Doctiſſimus Taſſus propterea de Crine ipſius Armidæ loquens lepidiſſimè cæcinit,

Pili Longi ſunt indices Frigiditatis. Ratio à Senſu.

A

Pili Breues proueniunt à Frigore.

Differentia à Quantitate Ambitus.

B

Ride Armida à quel dir, ma non che ceſſe
Dal vagheggiarſi, ò da ſuoi bei lauori
Poiche intrecciò le Chiome, e che ripreſſe
Con ordin vago i lor laſciui errori,
Torſe'n annella i Crin Minuti, e'n eſſe
Quaſi ſmalto ſull'Or coſparſe i Fiori.

C

Minutos vir hic intelligit Crines Tenuiſſimos, & eſt (niſi fallor veluti ait Cicer. in Oratore) Abuſionis ſpecies, nàm Poeta in eodem genere Quantitatis Continuæ tranſit ab vna Dimenſione ad Aliam, quod Abuſionis genus ſi vſurpant homines in ijs, quæ non obtinent dimenſionem, vt cum Minutum dicimus Animum pro Paruo, & abutimur verbis propinquis, non ſatis video cur in promouendis Pomerijs Quadratæ Tuſcanorum linguæ, non liceat & abuti voce *Minuti Crini, per ſottiliſſimi*. Minuta intelligunt Romani, & corpora, quæ obtinent Dimenſiones quaſq; minimas, & ſeparatim vnius dimenſionis exiguitatem. Sic Cicero. Reticulum tenuiſſimo lino, Minutis Maculis. Pili autem viriles, & Maſculi ſunt Craſſi, nam, & hoc Principium Spetiei, ſexus nempe Maſculus eſt Calidior altero principio oppoſito Sexu Fœmineo. Hinc cæcinit Satyricus.

Taſſus defenditur.

D

Iuuen. Satir. 2.

Frontis nulla Fides. Quis enim non Vicus abundat.
Triſtibus Obſcænis? Caſtigas Turpia, cùm ſis
Inter Socraticos notiſſima Foſſa Cynedos.
Hiſpida Membra quidem, & Dura per Brachia Setæ

Promittunt atrocem Animum, ſed Podice Leui
Caduntur tumida Medico ridente Mariſca.

Animaduertito Setas nuncupari Pilos Craſſiores, cuius eſt conſequens Durities, eſſe indices Animi atrocis, virilis, in iram proni, atque fortis; Huiuſmodi Pilos Galenus lib. 1. de Compoſ. Medic. 5. locos cap. 4. nuncupauit Suillos, loquens ex interprete. *Pili Craſſi.*

Altera verò, quæ tenuiores Pilos reddunt, & minores, eis conueniunt, qui Duros, & Magnos, multosq́, & Craſſos Pilos habent, & ob id Suillis non abſimiles exiſtunt. *Pili Suilli.*

Hinc Pili Craſſi Setæ dicuntur, nam Pilis Suillis, quæ Setæ nuncupantur, Craſſitie correſpondent. Hanc differentiam voluit eſſe indicem Luxurioſi Ariſtoteles in Phiſiognomonico libello, quem (niſi fallor) I. C. Scaliger Ariſtoteles, & Varro Latinæ Gentis credit non eſſe connumerandum inter Opera Stagyritica, pronunciet nè Scaliger Aſſertiue, Dubitanter? haud recordor, at legite, audite Orationem Autoris. A

Qui eſt Albi Coloris, & Piloſus, Rectis Capillis, & Craſſis, & Nigris, & Tempora Piloſa, Oculus Pinguis, & Laſciuus.

Hæc ſunt ſcripta ſub Rubrica. Signa Luxurioſi, vos legatis Orationem Græcam, qua caremus. Colligas tu ex Analogia, & rerum conſequentia, Mulieres, quæ Pilos habent Craſſiores, cum proxime accedant ad Naturam Virilem à Sexu fugientes, colligito inquam tales Mulieres eſſe Calidas, & conſequenter Facultatis Generatricis Operi aptiores, modo ſi cætera conueniant, vel non aduerſentur, Non enim ex vno dumtaxat ſigno Temperiem totius Corporis colligere licet, quemadmodum nec ex Temperie vnius Partis valemus cognoſcere Temperamentum Corporis Vniuerſi, at hæc pertinent ad Temperamentorum Phiſiologiam, quam vt acceperit Galenus à priſcis, tamen circa eandem ſcribens plura, & nobilia Documenta reliquit eandem poſteris conſummandam. Philoſophator identidem in Maſculis, colligens ex Tenuitate Pilorum Notam Frigiditatis. Alterum eſt argumentum, veluti retulimus, ab Aetate deſumptum, Nam Pili Seniles, cæteris paribus, exiſtunt ſemper Tenuiores Pilis Iuuenilibus, & Virilibus Veluti enim decreſcunt cęteræ partes in Senectute, decreſcunt pariter ipſi Pili, docet hanc veritatem Senſus, animaduertatis acerrimo Senſu in poſterum Pilos Seniles, adhæc illos interrogate, præterea Tonſores, cognoueritis Pilos Seniles eſſe Tenuiſſimos, ſed & Flaccidiores quàm fuerint ætate ſuperiori, qui ſi Todeãtur, tardiſſimè Recreſcunt. mea Doctrina deducitur ab ijs, quæ euidenter apparent, quapropter firma ſatis, niſi caligem in meridie, ac Sole. Modo his ita conſtitutis tranſeamus ad indicanda Temperamenta Genitalium Partium Maſculírum noſtri generis, atq; præſertim ipſorum Teſtium ex Differentijs Accidentalibus ipſius Barbæ, vel Pilorum Barbalium, atque alijs nihilominus ad Barbam pertinentibus. B C D

Pili Craſſi quid indicet in Muliere.

Documentũ

Pili Tenues Mariũ quid indicent?

Pili Seniles.

CAP. VII. *Cognitio Temperamenti Partium Genitalium, atq; præſertim ipſorum Teſtium ex Differentijs Accidentalibus Barbæ Humanæ.*

QVAMVIS ex ijs, quæ proximè narrata ſunt, iuxta tot clariſſimorum Phiſicorum, atque Medicorum Sententiam de Phiſiologia Pilari Indicatrice Temperamentorum, liceat, promptiſſimumq; ſit fere vnicuique, (modo intentiſſima cura is rem fuerit contemplatus,) ea omnia referenti ad Barbam colligere, conijcere Temperiem Partium Genitalium, atq; præſertim

præſertim Teſtium Maſculinorum, cum tamen ſit Doctrina Noua, neceſſarium quodammodo videtur, perſpicuitatem ſi ei conciliare volumus vberiorem, in tyronum gratiam præſertim, ſeparato ſtylo rem tranſigere, atque ſuperiorem phiſiologiam Pilarem, oratione ſignata, ipſi Barbæ ſigillatim accommodare. Quapropter in pauca rem conferentes, iuxta digeſtionem prædicamentalem à nobis inſtitutam, dicimus Barbam indicare Temperiem iam relatarum partium duplici nomine, hæc autem ſunt Locus, Pilus, à quo etiam exordiemur.

Vtilitas Ordinis Prædicamentalis. In Pilo Barbali, ſeù Barba, eiuſuè Pilis ridiculum foret non conſideraſſe eas omnes Accidentales Differentias, quæ in reliqua Pilorum Sylua conſideratæ fuere à Scriptoribus Priſcis, & Antiquis Naturæ operum Interpretibus, has digeſſimus nos priores iuxta Prædicamentorum Doctrinam, quæ & Scientiæ, & Memoriæ familiarior exiſtit, in TEMPORIS, QVALITATIS, QVANTITATIS, claſſes: Dicemus de Tempore primum, ad ea, quæ relinquuntur proximè accedentes iuxta Ordinem ſuſceptum, indicatum. A

Differentiæ à Tempore. QVAE A TEMPORE deſſumuntur Differentiæ, atq; in Barba conſiderantur, eæ ſunt euidentiores, quàm illæ in Cephalicis Pilis, aut Caluæ à Galeno indicatæ. Pilus enim Barbalis eſt ex Genere Pilorum Poſtgenitorum, & oculis maximè obuius. Hic vel apparet in eo Temporis Articulo, qui ferè communis eſt omnibus indiuiduis Maribus, & declaratus fuit à nobis ad Veterum ſententiam in Superioribus Sectionibus: vel anticipat Citus, vel Tardus poſtponit: ex quibus apparet Barbæ, ad Tempus relatæ, contingere Differentiam triplicem, nam erit Barba Cita; Barba Tarda; demum illam, quæ in communi Temporis Articulo exoritur, hunc repetere non pigebit niſi omnino, ſaltem ex parte, quoniam licèt exierit Doctrina noſtra à Typographorum Prælo, & Prælio, ipſa tamen adhuc non eſt publicata. Solonis, Lucretij Teſtimoniu illum indicabimus. Legite audite Solonem ex Philone Iudæo, lib. de Mundi Opificio, qui talia Carmina refert. Aetates Solon Athenienſis deſcripſit his Elegiacis. B

Memento caput hoc, et ſuper. fuiſſe edita ſub nomine Fragmentorum.

Aetates ex Solone.

Impubes Pueri Septem voluentibus Annis
Claudunt enatis Dentibus Eloquium.
Poſt alios totidem Diuorum numine Dextro
Occultum Pubis naſcitur Inditium.
Annis Ter Septem Prima Lanugine Malas
Veſtiet ætatis robore conſpicuus.

C

Lanugo. Lanugo eſt Pili inchoamentum, cuius Naturam, & Differentias docuimus in Sectione Operis priori. Lucretius Poetiphiſicus hoc tempus Lanuginis erumpentis indicauit ex Natura Equi refutans Centaurorum Hiſtoriam cuius hæc ſunt Carmina, lib. 5.

D

Lucretius Carus.

Sed neq; Centauri fuerant, nec Tempore in vllo
Eſſe queunt duplici Natura, & Corpore Bino,
Ex Alienigenis membris compacta Poteſtas
Hinc, illinc par vis, vt non par eſſe potis ſit.
Id licet hinc quamuis hebeti cognoſcere Corde.
Principio circum tribus actis impiger annis
Floret Equus: Puer hadquaquàm, quin ſæpe etiam nùnc
Vbera Mammarum in Somnis lactantia quærit.

Poſt

Poſt vbi Equum valida vires ætate Senectæ,
Membraq́; deficiunt, fugienti languida Vita
Tùm demum Puerili æuo florente, Iuventa
Occipit, & Molli veſtit Lanugine Malas.

Qui eſt in lectione lib. de Hiſt. Anim. Ariſt, verſatus, nouit ſatis Articulum ætatis decrepitæ ipſius Equinæ Spetiei, quæ omnia Phiſicè ſunt intelligenda, nulla enim Propoſitio, à Phiſicis pronuntiata, debet à Caractere Phiſico ſeparari. Cæterum iſthæc abunde ſatis docuimus in ſuperioribus, nunc referamus has Temporis Differentias in Barba conſideratas, & animaduerſas in Effectrices Qualitates Primas, & Actiuas, à quibus omnino dependent. Barba, quæ Citò aduenit, eſt Effectus Caliditatis Partium Genitalium, atq; præſertim Teſtium, quapropter eſt Inditium Calidi eorum Temperamenti: Si Tardauerit autem Barba: Inditium fuerit Frigiditatis eorundem: cætera voſmet colligitote, conijcitote, nunc ſuperfluū foret, quando Breuiarium tradimus, philoſophari, & Cauſas iam relatas inculcare denuo, quas fortaſſis abundantiori ſtylo etiam tractauimus. Lanugo tardè pileſcens, quæ ſcilicet diu manet ſub Differentijs, ſibi proprijs Mollitiei, Tenuitatis, Albedinis, longiſſimum poſt interuallum acquirens ſcilicet Craſſitiem, Duritiem, Colorem peculiarem Pilarem, & Longitudinem, indicat Calorem in Partibus Genitalibus haudquaquam Vegetum. Contrà vero quæ Lanugo Barbæ ſtatim, vel Breui Curriculo Temporis conſormatur in Pilares Differentias, indicat Calorem admodum vigere in ipſis Teſtibus. Doctrinam Lanuginis Differentiarum tradidimus in Sectione priori, Cap. Oct. quam ſi legeritis, audieritis, non erit vobis vlla obſcuritas in his, quæ modo à nobis compendio narrata ſunt intelligendis Declarauimus ibi Lanuginem ex lepidiſſimis antiquorum Poetarū Carminibus, at proſequamur.

A — *Documentum.* — *Barba Citò aduenien s.* — *Tardè veniens.* — *Lanugo tardè pileſcens.* — B — *Citò Pileſcēs Lanugo.*

SVccedunt Differentiæ à QVALITATIS Prædicamento manantes, quæ iuxta ſuperiorem Doctrinam à nobis traditam, ſunt *Color: Figura: Denſitas Raritas.* *A Colore.*

C Pilus Barbalis vbi ſit Coloris Nigri Vegeti ſemper arguit Calidiſſimam Temperiem Teſticulorum, atq; præſertim ſi Color Niger Splendeat, Copiam enim indicat Spirituum Genitalium, quibus perſunditur Sanguis, materia ex qua oritur Pilus Barbalis. Quotieſcunq; autem non ſplendeat, etiam Nigerrimus, noueris dominari Siccitatem. Albus Color Pilorum Barbalium, aut congener Color ſemper arguit Frigiditatem ipſorum Teſtium. Cæteros Colores intermedios eandem ſignificationem tenere ſcito, quam in Superioribus ex Doctrina Veterum narrauimus. Argumentum bonæ Temperiei Teſtium per Analogiam ad ea, quæ ſcripſit Galenus, quando Cerebri Temperiem docet bonam, foret Barba primo Subruffa; mox Flaua; Canities, quæ citò aduenit Barbæ, monſtrat ipſas Partes Genitales, atque præſertim Teſtes eſſe Frigidos. D Contrà verò ij homines, qui vt Caneſcant ex Cæſarie vniuerſa, obtinent attamen Barbam Nigram, valent ſatis in Actionibus Facultatis Generatricis, niſi aliquid refragetur aduerſum.

Niger. — *Splendor Pilorum.* — *Albus.* — *Canities Barbæ.*

FIGVRA. Criſpa demonſtrat ſemper Caliditatem vehementem, in ſummoq; poſitam huiuſmodi Barba eſt peculiaris Aethiopibus, vera ſi ſcribit Plinius in Hiſtorijs lib. 2. cap. 78. cuius hæc ſunt verba: *Contexenda ſunt his Cæleſtibus nexa Cauſis. Nanq; Aethiopes vicini Syderis vapore torreri, aduſtisq́; ſimiles gigni, Barba, & Capillo Vibrato, non eſt dubium.* *A Figura.*

Subindè oportet conſiderare *Denſitatem Raritatem*, Gradusq; intermedios ipſos, (notos equidem Senſui acerrimo, atq; Vſu longo edocto in dignoſcendis Ac-

Propria ſunt Ineffabilia.
cidentalibus Differentijs,) at ineffabiles. Nihil enim Proprium ſcribi poteſt lib.
de Locis affectis. Barba Denſa eſt ſemper Inditium Calidorum Teſtium, contrà
vero quæ Rara exiſtit, ſignificat eorundem Frigiditatem. Quod interiacet Me-
dium arguet paritèr neutram iſtarum Qualitatum præpollere alteri, itaq; Medio-
critas Mediocritatem arguerit, veluti etiam Gradus recedentes in alterutrum
Daſypogones Motogeni.
Oppoſitorum vnam ex dictis Qualitatibus dominari ſignificauerint. Qui Denſam
obtinet Barbam à Græcis nuncupatur Δασυπώγων contra vero μοτογένιος, qui
Raram eandem habet. Quapropter ſi me audierint homines Phiſici, vtentur vo-
ce vna ſimpliciſſimè loquentes. Dici nanq; poterunt homines ex Græca voce in
Romanum cenſum translata *Daſypogones*, qui Denſam obtinent Barbam, con- A
tra vero qui Raram eandem habuerint *Motogeni*. Quod ſi Græcæ huiuſmodi vo-
ces nòn ſatis arrideant, dicantur homines *Rariberbes*, aut *Denſiberbes*. Nonne hu-
iuſmodi vocabula cadunt à Græco, & Latino Fonte? Licet nobis appellare homi-
nes abſq; Barba *Imberbes*, & non licuerit dixiſſe quando Raram, Denſamuè ob-
tinuerint *Rariberbes, Denſiberbes*? Vtinam ſimpliciſſimè, puris, proprijs verbis, abſq;
periphraſi vlla nobis liceret effari, quæ ſentimus, compendium nanq;, & ſumma
perſpicuitas obtingeret mortalibus in Scientijs adipiſcendis. A pari non vererer
Tardiberbes. Citiberbes. Criſpiberbes. Rectiberbes
ego dicere Mares *Tardiberbes*, aut *Citiberbes*, eos nempe quibus Citius, Serius Bar-
ba erumpit. Si qui delicatioris ſtomachi, & Aurium hæc non ferant, ij dicta ſibi
non putanto, aliqui benigniores non aſpernabuntur fortaſſe tentamenta hæc no- B
ſtra, & Poſteritas nùllis emancipata odijs, lubenter ſubſcripſerit, audietq; gratiſ-
ſima, & hæc nomina *Criſpiberbes*, *Rectiberbes*.

VEruntamen pergamus. Relinquuntur adhuc Differentiæ Accidentales du-
ctæ à QVANTITATIS Prædicamento, eiusq; Spetie Continua, ſunt autem
iſtæ, *Longitudo*, *Breuitas*: *Craſſities*, *Tenuitas*, atque horum ipſæ Mediocritates, &
Gradus, dicamus primo de Longitudine Breuitate.

Differentiæ Pilorum. A Cremẽto Primo.
Pilus Barbalis exortus acquirit dimenſionem Longitudinis, aut oppido Libe-
ralem, aut Breuiſſimam. Hæc differentia indicat Frigiditatem, quemadmodum
illa Calorem Teſtium. Argumento eſt Aetas ipſa Senilis in qua Pili Barbales ſi C
attondeantur, ij tardiſſimè Recreſcunt. Confirmant hanc veritatem & Gibboſi
Lumbares, qui veluti docuimus ex Doctrina Hippocratis Barbam Tardiſſimè e-
mittunt, eamq; imperfectam, cum ex Tuberculis Lumborum Spinam occupan-
tibus Organa Facult. Generatricis Maſculæ vitientur, Frigiditate accerſita, horũ
Doctrina legitur cap. Quinto Sectionis huius Tertiæ. Barba horum Gibboſorum
Lumbarium attonſa Tardiſſimè recreſcit. Poſtremo aſſeueratur hoc Placitum ex
Semicaſtratis, tales dicuntur à me, quibus alter fuit exemptus Teſtis, veluti pa-
A Cremento Altero.
tet. Cap. Quarto vbi Hiſtoriam, & Phiſiologiam Eunuchorum docuimus: horum
Semieunuchorum Barba attonſa Tardiſſimè, & ipſa Reparatur. Barba itaq; lon- D
ga, aut Citò Recreſcens indicat ipſorum Teſtium Caliditatem, quæ autem Bre-
uis eſt, ac Tardè attonſa reparatur, monſtrat eorundem Frigiditatem: Gradus
intermedij ex pari proportione indicauerint Gradus Temperamentorum, qui
coniectura poſſidentur, vel acquiruntur. Ex huiuſmodi Accidentalibus Diffe-
Lõgiberbes. Breuiberbes.
rentijs homines dicuntur à me *Longiberbes*, aut *Breuiberbes*. Recrementi Barbæ at-
tonſæ celeritatem, Tarditatem vna voce interim quomodo appoſitè nuncupare
valeam, nòn ſuccurrit, interit aliorum hoc præſtare conari.

Differentiæ ab ambitu Pilorum.
Altera eſt Differentia QVANTITATIS Continuę Pilis Barbalibus inexiſtens,
quæ ambitum eorundem reſpicit, nimirum *Craſſities*, *Tenuitas*, hanc dignoſcit
Oculus, Tactus, vbi ſint accerimi. Barba obtinens Pilos Craſſos, & qui Setis com-

parari

parari poſſint, indicat Calorem partium Genitalium, atq; præſertim Teſtium. Contrà vero Pilus Barbalis Tenuis eſt index Frigiditatis, vel Frigidæ Temperiei eorundem. Harum vero Differentiarum Mediocritas ex ſe arguit Mediocritatem Qualitatum Primarum Actiuarum, Argumento ſunt Sexus, Aetas: nam Pili Muliebres ſemper Tenues exiſtunt: Seniles vero ob Frigiditatis exuperantiam ſunt Graciles, Tenues, quod accidens, & in Semicaſtratis animaduertitur. Hos homines dixiſſe licuerit vel *Craſſiberbes*, *vel Tenuiberbes*. Memineritis ex ijs, quæ in Superioribus Sectionibus Operis à me dicta ſunt, Pilos Barbales eſſe Craſſiores Pilis Caluæ, aut Cephalicis, quod Senſus docet. Barbitonſores quoq; vſu periti ſubſcripſerint. Quapropter vacillat, niſi ruit Phiſiologia Ariſtotelis quæ A legitur lib. quinto de Gener. Animal. Cap. 3. & retulit is omnino Contraria Senſibus, credens Pilos Capitis eſſe Craſſiſſimos. Nam, cæteris paribus, Pili Barbales exiſtunt Craſſiores alijs quibuſcunque in Corpore noſtro poſitis, attamen Cutis Barbæ Seminarium eſt Mollior, atq; Rarior Cute ipſius Caluæ, ſed hæc ad *Phiſiologiam Pilorum* pertinent. Nō negamus Pilos in Cute exorientes ab eadem nonnihil aſſumere, at negamus hoc eſſe præcipuum in Pilorum Natura, vt enim rem aperte magis declaramus exemplo. Pilus Barbalis recipit, quidem nonnihil à Cute in qua exoritur, veruntamen quod eſt præcipuum in ipſius Barbæ Natura, illud acceptum referendum eſt Sanguini, Materiei eiuſdem Barbæ, at non ſim-
B pliciter vt Sanguis eſt, veruntamen quatenùs perfunditur Spiritibus Morphωticis Genitalibus, vel ipſius Facultatis Generatricis, reſidentis in Teſtibus, qui ſunt Officinæ Seminis, quæ docuimus capite proprio, hucuſque ergo ſatis. Veruntamen cum Pilus Barbalis acquirat *Craſſitiem* Temporis beneficio, conſiderare oportet Motum quoque, eiuſque Differentias. Nam vbi Pilus Barbalis celerrimè acquirat *Craſſitiem*, illi propriam Indiuiduo, monſtrat Calidam Temperiem Partium Genitalium, veluti de Lanugine fere idem in ſuperioribus docui. Contrà vero ſi Tardè Adipiſcatur Craſſitiem debitam, arguit Frigus dictorum Locorum. Hæ ſunt differentiæ in Acceſſu, reſtant compares ipſius Receſſus, Deſinunt enim ſingulæ corporis Partes, & Gracileſcunt ſecundum Naturam ex
C ipſa Senectute adueniente refrigeratæ. Quapropter Pili Barbales, qui Citò Gracileſcent, indicabunt Frigidam Temperiem Partium Genitalium: Contrà vero ſi longius aberit Gracilitas, Tardiſſimeq; attenuabuntur, arguent Calidam Temperiem, atque vigorem vegetum earundem Partium Genitalium. Hæc non eſt Doctrina noua, ſed per Analogiam deſumpta ex veteribus, nonnè Cæſaries Citò Caneſcens arguit Frigiditatem Cerebri? omnino & Barba Citò Caneſcens index eſt imbecillitatis Partium Genitalium. Si Analogiam intelligis promptum tibi fuerit, quas conſideras, Motus Differentias in Colore, illas & in *Craſſitie Tenuitate* pariter conſiderare. *Barba Cito Caneſcens.*

D LOCVS eſt reliquus, & is quaſi Fons, vndè aliæ Accidentales Differentiæ ipſius Barbæ fluunt. In hoc duo ſunt quæ perpenduntur *Quantitas Continua: & Diſcreta Numerus*. Age dicamus primo de Quantitate Continua. Si Loca Barbæ ſecundum Superficiem, ſcilicet Latitudinem, (veluti docuimus in Sectione prima) vniuerſam veſtiantur Pilis, hoc erit Argumentum Temperiei Calidæ Teſtium: Si vero Pili Barbales eorundem Locorum vniuerſa Spatia non impleuerint, indicium eſt Frigidi Temperamenti Partium Genitalium. Sed rem apertius declaremus exemplo Menti. Quotieſcunque Pili Barbales veſtiant omninò ipſius Menti Regionem, & pleniſſimè vſque ad Lineam Labialem infernam, præterea & Submenti, quicquid eſt ſpatij fere ad Claues, hoc eſt indicium Calidę *Teſtes Calidi.* *Frigidi.*

Temperici ipſorum Teſtium, At nouiſſe oportet noſtram Phiſiologiam Locorum Barbalium, quam docuimus in Prima operis Sectione cap.proprio. Sit pariter Exemplum in Maxilla Cutanea inferiori, quæ ſi veſtiatur ampliſſimè Pilis, atque retrorſum ad Caluam vſq;, & Colli Poſticam, ſeu Lateralem partem: Antrorſum verò quoq; ad Faciei quaſi Centrum, occupata ſcilicet Malarum portione, atque Buccis, hoc etiam fuerit inditium Calidi Temperamenti Partium Genitalium: Veruntamen vbi Anguſtiſſimè, ſeu parciſſimè, quantum pertinet ad Latitudinem Pilis veſtiantur iam dictæ Partes, tunc erit Inditium Teſtium Frigidorum, & per Argumentum à Contrario ductum.

Notæ Partium Genitaliũ Maſc. Calidarum.

Partium Frigidarum.

Succedit poſtremo QVANTITAS DISCRETA Locorum deſtinatorum ipſi Barbæ, quæ ſunt Labium Cutaneum Supernum, Infernum, Mentum, Submentum, Maxilla Cutanea inferior. Hæc autem Loca omnia vbi veſtiantut Pilis, Argumentum eſt Caliditatis Teſtium. Niſi vero Pilos obtineant omnia, ſed aliqua tantum, indicatur propterea Frigiditas Partium Genitalium, atque præſertim ſi Loca ignobiliora duntaxat pilent. Dignitate maiori pollent veluti docuimus Sect.prima, & *Labium Supernum*, & *Mentum* cæteris Locis, *Maxilla* nimirum, & *Submento*. Finximus, & hanc propter nouam Phiſiologiam noua nomina. Qui ſecundum omnia loca Barbeſcunt, ij dicuntur à me *Totiberbes, Eupogones* qui vero ex aliquo, aut aliquibus Locis vocantur *Partiberbes*, adhuc vero iſtos nominibus ſignatis appellamus, nam qui Solos obtinent Myſtaces, dicuntur *Myſtaciberbes*, aut *Myſtiberbes*, à pari iuxta comparem rationem nuncupantur *Mentiberbes*, qui Mentum duntaxat, *Submentiberbes*, qui vuum tantummodo, & Submentum Veſtitum Pilis obtinuere. A pari nuncupantur *Geniberbes*, ſi Maxilla inferior duntaxat ipſa Barbeſcat, quarum omnium *Barbæ* Differentiarum Accidentalium hoc ſit *Breuiarium* ad Partium Genitalium, atque præſertim ipſorum Teſtium dignoſcendam Temperiem, quod Viri Doctiores vbi iudicent hanc meam Philoſophiam Veritati congruere, poterunt curare coniungendam Doctrinæ Galenicæ, quam recenſet in Arte Medica in gratiam dignotionis Temperamenti Teſtium. Rubrica ſit hæc.

A

Totiberbes. Partiberbes.

B

Myſtaciberbes. Mentiberbes. Submentiberbes. Geniberbes.

C

TESTIVM CALIDISSIMORVM Notæ.

SI Barba Exoriatur Celerrimè, Breui Lanuginis Naturam Exuens, Nigra, Craſſa, Denſa, veſtiens Locorum omnium Latitudinem vniuerſam, atq; vlterius ad Partes Vicinas porrigatur: Subinde Longiſsima exiſtat, vel Citò Recreſcat. Pręterea Caneſcat, Gracileſcat etiam Tardiſsimè, atq; in Locis duntaxat Ignobilibus, tùnc Partes Genitales Marium, atq; ipſi pręſertim Teſtes fuerint Calidiſsimi. D

TESTIVM FRIGIDISSIMORVM Notæ.

BARBA ſi Tardiſsimè Erumpat, diuq; ſub Lanuginis Natura conſiſtat, præterea Tenuis, Alba, vel Subflaua, Rara, & Latitudinem Anguſtam occupet Locorum Barbalium. Adhęc non

inexiſtat Locis Omnibus, ſed Aliquibus, & Ignobilioribus, Breuis, & Recreſcens Tardiſsimè, atq; Citò Caneſcat, Gracileſcat: in Locis etiam, aut Omnibus, aut Nobiliſsimis, tunc ipſi Teſtes, & Partes Genitales fuerint Frigidiſsimæ.

TESTIVM CALIDORVM, ET SICCORVM Notæ.

A HOMINES habent Pilum Barbalem Celeris Aduentus, & Motus, Robuſtum, & moderatè Denſum, præterea Colore Nigrum, ſi Calor Exceſſerit: Vbi autem Ambæ Qualitates exuperent præſertim Calor, tunc generatur Pilus Criſpus, & Citò Gracileſcit Barba.

TESTIVM CALIDORVM, ET HVMIDORVM Notæ.

B TESTES autem ſi Excedant Humiditate, Calor verò ſit infrà Mediocritatem, his hominibus Barba Tardius, quàm in Superiori Temperie Aduenit, neque liberaliter Creſcit, Colorem Flauum habet, Pilus eſt Mollis, & à Denſitate recedit Barba in Locis Omnibus, præſertim verò in Locis Nobilioribus.

TESTIVM FRIGIDORVM, ET SICCORVM Notæ.

C PILI Barbales Tardè Conſummantur, vel Craſsitiem debitam acquirunt, prætereà Tenues, Citò Gracileſcunt, progreſſu verò temporis: Vbi Frigiditas dominata fuerit, Breui Caneſcunt.

TESTIVM FRIGIDORVM, ET HVMIDORVM Notæ.

D FRIGIDITAS vbi Exuperet, Barba Tardiſsimè Adueniet, Pilus Tenuis, ac Subflauus exiſtit, progrediente Ætate Citò Caneſcit, ac Gracileſcit: Barba prætereà neq; Denſa, præſertim in Locis Nobilioribus, neq; Omnia veſtit Loca, ſibi deſtinata.

Hæc ſunt, quæ raptim Exarauimus, etiam ferè impræmeditati circa Finem Barbæ Medicum declarandum, impediti quà alijs negotijs ingratiſſimis, quà & admoniti grauiter imbecilla valetudine Corpuſculi noſtri, penè obruti difficilimis laboribus. Oratos, & exoratos omnes volo, ſi quæ deſunt, adijcere non dedignentur

tur

tur, modo vera ſit Doctrina noſtra, quæ tunc poterit iudicari, quando publicabitur opus vniuerſum, cuius eſt Index Titulus. *Philoſophia, & Medicina Barbæ Humana*. Hoc eſt, de Fine Philoſophico, & Medico. Sed antequam orationi noſtræ Clauſulam imponamus, lubet admonere Nouitia Ingenia, non dignoſci Temperamenta Partium Genitalium, atq; præſertim Teſtium ex Vna tantum *Barba*, ſed & ex alijs nonnullis, quæ breuiter tot, ac talia exiſtunt. *Documentum.*

I. Semen, eiuſq; Differentiæ.
II. Pubes, eiuſq; Differentiæ:
III. Conformatio Lumborum, Teſtium, atq; Veretri.
IV. Pili Lumborum, eorumq; Differentiæ. A
V. Actio, præterea & Antecedentia, & Conſequentia Actionem,

Horum aliqua non fuere conſiderata à Galeno in ſua Arte Medica, veluti ſunt Pili, Barbæ, Lumborum, inſuper Conformatio, & Actio, vt conſiderauerit obiter Antecedentia, Conſequentia ipſam Actionem: Semen quidem perpendit, at Differentias non omnes attigit, leguntur autem apud Ariſtotelem, ſed cum decretum nobis exiſtat per otium ſcribere ad Artem Medicam Galeni Scholias, nec B vacet interea, iſthæc in eum locum, ac tempus conſulto reijcimus, interim ſat fuerit admonuiſſe.

Dicemus tantum Pilos Lumborum, Nigros, Craſſos, Plures, Longos, eſſe Indices Calidiſsimæ Partium Genitalium, Temperiei.. Quarum ignoratione Medicus nullus poteſt exercere doctè, rectè ipſam Medicinam ex Canonibus Rationalibus, quapropter oportet illos turpiſſimè aberrare, & non abſq; maximo damno ægrotum, qui ſe ſe illorum Fidei committunt. Ignorant Medici Temperiem Corporis, quæ ex Temperamento Partium Principum conſurgit, vnde Morbos, eorumq; receſſus à Conſtitutione Naturali conijcere C nequeunt, hinc neq; Prædicere ipſorum Exitus, neq; Rationalem Curationem inſtituere poſſunt. Sed Empyricè agunt, & ſatagunt. Qui curantur autem non Arti, ſed Naturæ Morborum Medicatrici gratias referre debent. Hæc omnia voluimus dixiſſe in gratiam illorum, qui ſecreto, & in angulis pinxerunt me rudiſſimum cæterorum mortalium, & hominem Analphaβetum. Sic, ex ijs, quæ hactenus fuere ſcripta, Illos abundè ſatis Indicaui, viam nanq; aperui, quomodo eorum Virtus doctiſſimis viris poſſit innoteſcere, facillimum quippe fuerit illis euertere hactenus dicta. Hoc interim documentum ſit Nouitijs ingenijs. Quemadmodum non licet ab vnius Partis Temperie (ſi mitto interea tibi Cerebrum) ar- D guere ad Totius Temperamentum; A pari nòn licet ab vno Inditio Partis, quæ Plura obtineat, colligere Temperiem ipſius Partis. Legas, audias Gal. lib. 1. de Temperam. *Documentum.*

Ad hunc modum de Temperamentis incunda nobis conſideratio eſt, quamq; ſcilicet particulam ſeorſum perpendentibus, nec auſis ex vna pronuntiare de omnibus. Quod vtique nonnulli fecerunt, qui Reſimos Humidos, Aduncos Siccos eſſe dixerunt. Et quibus Parui ſunt oculi Siccos: quibus Magni Humidos. &c. Scribit vero paulo inferius. *Sed videre licet totius Corporis habitum, & Mollem, & Pinguem, & Album, & Carnoſum, cum tamen Oculi ſunt Parui, & Naſus Acutus. Rurſus Siccum, Macilentum, Nigrum, & Hirſutum,*

vbi

ubi Magni ſunt Oculi, & Naſus Reſimus. Præſtat igitur ſiquidem de Solo agitur Naſo, vt ex eo Reſimo Humiditatem, ex eo Adunco Siccitatem coniectes, nec de totius animantis temperie ex his particulis pronunties.

Animaduertas ò Nouitium Ingenium, Temperiem Totius, ac Partium dignoſci ex Conformatione, eiuſq; Differentijs, quam doctrinam Galenus ab Hippocrate, & Ariſtotele deſumpſit, ſed de his hactenus. Quantum pertinet ad Nominum formationem ridebunt ij, qui grauiſſimos Autores Romani Eloquij non legêre, aut lectos non intellexere. Horatius in Arte Poetica. *Documentum.* *Horatius.* *De Nominum Formatione.*

In verbis etiam tenuis, cautusq; ſerendis.
A *Dixeris egregiè, notum ſi callida verbum*
Reddiderit iunctura Nouum: Si forte neceſſe eſt
Indicijs monſtrare recentibus abdita Rerum:
Fingere Cinctutis non exaudita Cethegis
Continget, dabiturq; Licentia ſumpta Pudenter.
Et Noua, fictaq; nuper habebunt verba Fidem; ſi
Græcò fonte cadant parcè detorta. quid autem
Cæcilio, Plautoq; dabit Romanus ademptum
Virgilio, Varioq;? ego cur acquirere pauca
B *Si poſſum inuideor? cum lingua Catonis, & Enni*
Sermonem patrium ditauerit: & Noua rerum
Nomina protulerit? licuit, ſemperq; licebit.
Signatum præſente nota deducere nomen.

Cicero etiam ſcripſit in Oratore. *In omnibus hoc fit Artibus, vt cum id appellandum ſit, quod propter rerum ignorationem ipſarum nullum habuerit ante Nomen, neceſſitas cogit aut Nouum facere verbum, aut à ſimili mutuari.* Hæc Cicero; ſed quia Doctis iſtis Viris Vnguenta, & Roſæ putere videntur (ommiſſo interim Quintiliano) refero Galeni Lib. de Morborum Temporibus cap. 4. ait, Teſtimoniũ, quod tale eſt. *Cicero.*

C *Porrò Nomina ipſarum ſimul ponere, tum Compendij, tum Claritatis gratia præſtat: quemadmodum lex quædam eſt communis omnibus Græcis, vt quarum rerum Nomina apud Vetuſtiores vſurpata inueniamus, his vtamur: quarum verò non habemus nomina, transferamus, vel ipſi ſecundum rerum quandam ſimilitudinem ad ea, quæ denominata ſunt, fingamus, vel de alijs dictis abutamur, &c.* Obtrectatoribus autem, qui dixerunt me hominem rudiſſimum omnium mortalium, clam tamen iſtud inſuſurrantes, dono inſuper & iſta. Lib. oct. de Placitis Hippocrat. & Plat. cap. 4. *Galenus.*

Plato ſecundam quandam Corporum aſſeruit eſſe conſtitutionem: primam verò neque ipſum nominaſſe compertum eſt: ſed quia ſecundam dixit, aliam quandam ante eam ponere D *proculdubio apparet: quàm videlicet Ariſtoteles, vt pote qui latius de Animalium Partibus, & Generatione tractarit; Similarium nomine inſigniuit: quantò enim quis exactius, ſubtiliusq; quancunque rerum Naturam conatur explicare, tanto plura Nomina inueniat neceſſe eſt.* *Galenus.*

Cuius rei veritatem, ac neceſſitatem habemus ex eodem Galeno, qui in opere de Fac. Nat. ſcribit in hanc ſententiam. Lib. primo de Nat. Fac. cap. ſexto.

Porrò Senſibilia appellantur Elementa, quæcunq. ſimilares Corporis ſunt Partes. Has autem non Methodo vlla, ſed ex Diſſectionibus contemplans, Oculorum inſpectione noſcas oportet. Ergo os, Chartilaginem, Neruum, Membranam, Ligamentum, Venam, omnia denique id genus in primà Generatione Animalis, Natura creat, vſa, vt generatim dicam

Generatrice, Alteratriceq; Potentia: particulatim verò Excalfactoria, Refrigeratoria, Humectatoria, & Siccatoria: tum quæ ex harum mixtura fiunt, veluti Oſſifica, Chartilaginifica, Neruifica Membranifica Claritatis enim gratia his quoq; Nominibus vtendum.

Ecce quomodo Galenus coactus fuit Philoſophiæ promouens Pomæria vti his nominibus à ſe fictis, Oſſifica, & conſimilibus reliquis: A pari ego vtor vocibus à me fictis, *Barbifica*, *Pilifica*, Facultate, nam Pilos exiſtimo eſſe Partes *Plantanimales* aut *Animaliplantas*, atq; Facultatibus Animæ noſtræ deſeruientes, illoſque reor ex Sanguine generari, non ab Excrementitia, commentia illa Fuligine Vaporoſa, quemadmodum credidit ipſa Antiquitas, Doctrinæ meæ veritatem demonſtraui abunde ſatis in Opere proprio, cuius eſt index Titulus. Phiſiologia Pilorum, in qua recenſui Cauſam erroris Antiquorum. Si dixi, & finxi nomen *Craſſiberbis*, *Longiberbis*, caretne exemplo huiuſmodi nouatio? quando legimus dictos fuiſſe nonnullos & *Craſſipedes*, & *Longimanes*. A.

CAP. VIII. *In quo Generatim recenſentur, quæ poſſunt obijci aduerſus Dogma noſtrum iàm & Narratum, & Aſſeueratum.*

HVcuſquè verſati ſumus, atque prò modulo ingenij noſtri, cum in recenſendis veterum Opinionibus ad Finem Barbæ Humanæ ſpectantibus, præterea & ijſdem Examinandis, tùm in Opinione noſtra Declaranda, & Aſſeueranda, quam & Præſens, & Futura Aetas, quaſi Honorarij Arbitri ex æquo, & Bono legant, intelligant, iudicent. Interſit ne noſtra vlterius Oratione progredi, nimirum ea refellere, quæ Opinionem videntur quadantenus commouere meam, non ſatis video? Nam ſi priſcum ſcribendi inſtitutum reſpicias Veterum Phiſicorum, ij à propoſita, & aſſeuerata ſententia nihil promouent vlterius. Hippocratem, Platonem, Ariſtotelem cæteroſq; Præceptores qui curioſiori paullo ingenio legère, non inficiabuntur. Exiſtimabant enim ſe non Bæoticis Ingenijs, rudibus; & Popularibus, at niſi Maximis, Mediocribus ſaltem ſcribere: Talia ſunt enim Facultatibus, atq; ſcientijs apta; illa vero Priora ipſis potius Raſtris Mœchanicisq; Artibus videantur nata. ſecus tamen euenire manifeſtò conſtat, ſurſum deorſum cuncta, omnes omnia ſatagere, neque deligentes, neq; diligentes, Propenſiones naturâ inſitas nihili fieri, attamen. B C

— *Hic Segetes, illic veniunt fælicius Vua.*

Hos enim Natura primùm dedit Modos. Quam veritatem Plato docuit ſtylo ſuo, Exſcripſit, & breuibus indicauit Ariſt. lib. 2. Ethic.

— *Alij ad Alia nati ſunt.*

Galenus lib. Nono ca. 7. de Hippoc. & Platonis Decretis.

Propterea ſalubre Documentum Platonicum recenſuit Galenus.

Quin etiam multa Falſa ſimilia veris in Principijs Demonſtrationum, & ſequentibus omnibus inueniuntur: Cauillationes quoque ob ſimilitudinem, quam cum veris Rationibus habent, concinnari conſueuerunt: Quæ omnia inter ſe Diſcernere, atque Diſtinguere illi optimè ſciunt, qui in ea Materia, in qua Ars vnaquæque verſatur, fuerint exercitati: Si videlicet Naturali quoque Solertia minimè caruerint: Quam quidem in Pueris ſpectare Prudentiſſimi in vnaquaq; Ciuitate Seniores, ac iudicare deberent: Atq; ita dare operam: Vt ſua Natura conuenientem Artem quiſq; Diſceret. Siquidem Multos Rationales Artes tractare conſpicimus, qui nè ea quidem, quæ ipſi dicunt, ſatis intelligunt. D

Doctrinam huiuſmodi ſaluberrimam nouit ſatis hominum cætus peculiaris hinc inde quaſi corradens ingenia nobilia ſpecioſo cenſuræ titulo eadem illa examinans,

minans, hinc illud Phy.Papæ, Pax. Sed'vt filium teneamus Orationis noſtræ, nè videamur importuni, atq; ſeri caſtigatores, inſiſtemus veſtigijs niſi Priſcorum, ſaltem eorum, qui fuere ſubſequuti, nimirum proponemus Obiectiones aduerſus Opinionem noſtram narratam, aſſeueratam, quæ eandem videntur conuellere, mox eaſdem prò Ingenij modulo refutare tentabimus. Ita conſtiterit Doctrina mei Dogmatis abſoluta. Creſcit enim nobis de Rebus Fides, vbi non ſolum ipſam veritatem cognouimus, ſed etiam Paralogiſmorum omnium Cauſas edidicerimus, quæ fuit Gal.ſententia penult.cap.lib.ſecundi de Simp.Medic. Facul. Attingemus Obiectiones primò Generatim mox ad vnamquamq; ſigillatim explicandam, & refutandam accedemus.

A Principiò quæcunq; obijci poſſunt aduerſus meum Dogma illa deſumuntur ab vtroq; Principio Specifico tum Mare, tum Fæmina; Mox à Facultate Generatrice. Tertio à Dignitate ipſius Ariſtotelis. *Obiectionũ ſumma contra Dogma noſtrum.*

Videmus primùm in principio ſpecifico, qui eſt Mas, viros IMBERBES Generare: Contrà etiam viros EVPOGONES ſcilicet plenè Barbatos Non Generare.

Præterea conſtat Proborum eorundemq, Doctiſſimorum virorum teſtimonio, atque adeo Aetatis noſtræ Mulieres aliquas eſſe BARBATAS neq; ſecundum Quid, at Simpliciter. Adhuc eædem obtinent TESTES.

B Inſuper Facultas GENERATRIX deſinit ſecundum Naturam nimirum ſemper, aut ſæpè in SENIBVS Anno Septuageſimo eorum ætatis, qui attamen Senes exiſtunt BARBATI.

Ariſtoteles vltimo ait. Nonnulla etiam nondum habent, cum Generant, vt CANOS, aùt BARBAM.

Hæc ſunt, quæ videntur prima facie conuellere Dogma noſtrum, à nobis intereà cognita, Hæc tamen Ingenijs Mediocribus vere Phiſicis, non autem ſpurcis Mancipijs, quæ iurarunt in ſingula verba Magiſtri, ſunt Nugæ Nugarum. At ſigillatim ad vnamquamq; Obiectionum veniamus refellendam.

C

CAP. VIIII. In quo refelluntur Tres ex Obiectionibus propoſitis aduerſus Dogma noſtrum.

QVæ malum, hæc eſt Phylautia, vel puerilis Dementia, communis omnium ſtudiorum Erynnis? Liber excuditur, publicatur, hunc paſſim quoſcunque mortalium legere, cenſere velle, omnino iſthæc Lectio, Intellectus, Iuditium longo diſtant interuallo, & quantum ego ſentio, Plures legunt, pauci intelligunt, pauciſſimi cenſere valent. Argumento ſit, quia D reperiuntur Homines, qui omnino ſciunt, at Docere neſciunt. Docti intelligunt, neq; Aratris ipſe interea ſcribo. Hæc autem ſi paullo acrius dicta à me videantur, nam alij alia ſentiunt, nec vno ſenſu viuimus omnes, intelligant, me eò reſpexiſſe, vt reprimerem effrenem audaciam quorundam ſciolorum, ſuggeſtiſcientium, qui Barbatuli, Togatuli, à Popello, cui iactant caudam, Doctores vocati credunt ſe & ſcire, & aptos eſſe quibuſcunque Operibus non ſolum legendis, at intelligendis, ſed etiam iudicandis. Tales fuere qui riſere Argumentum à me ſuſceptum ſcribendi De Fine Barbæ Humanæ, Homines vani, ſtolidi, ſenſus communis expertes, qui neq; obſeruarunt Locum Barbæ Faciem, in quam inſpirauit D.Deus Vitæ Spiraculum ex eiuſdem ſymmiſtæ Moſes teſtimonio. Non obſeruarunt ip-

ſum Tempus Barbæ Enaſcentis; Non obſeruarunt Axioma illud, obnoxius eſt rationi, illam noſſe, vti debet, quia non eſt Imberbis, at Barbatus. Non obſeruarunt illud, Haudquaquam licere Hominis Barbam tangere, vel obſeruata iſthęc omnia non intellexere. Summa ſummarum intelligant ſpurciſſima huiuſmodi Ingenia hanc Propoſitionem veriſſimis Veriorem.

Propoſitio Autoris. *Quicquid eſt in Corpore Humano, illud eſt Inditum Sapientia Dei Optimi Maximi Creatoris. Sunt enim ea, quæ ſunt, quia ipſum eſt. Proinde ſapienter Trimegiſtus ait Vnum omnia eſſe, & Omnia vnum.*

Sed vt proſequamur orationem noſtram. Quicunque vult intelligere harum Obiectionum vanitatem, is teneat oportet, cum Vniuerſam Phiſiologiam Temperamentorum, tum Phiſiologiam Facultatis Generatricis Humanæ: quam vtranq; Philoſophiam habemus delineatam ruditer, at ſuis pictam coloribus non plenius expreſſam. Galeniſtæ quæſo parcant, nam & nouimus nos, quæ ſcripſerit Galenus, quantum pertinet ad vtranq;, ſed præſertim ad Temperamenta, de quibus librum compoſuit peculiarem. Quicquid ſit, fortaſſis inſanio, Galenus abſolutiſſime ſcripſerit: aio vtranque Phiſiologiam cognitam eſſe debere homini, qui harum Obiectionum ſatagit intelligere Vanitatem, quibus ego interea temporis ſcribo: vnus enim (vt ille ait) mihi inſtar Mille. Veniamus hunc ad Obiectiones priores, quæ tales exiſtunt. A

I. *Mares Imberbes Generant.* B

II. *Viri Eupogones Non Generant.*

Vtraſque Propoſitiones aſſeuerat Experientia, Teſtimonium.

Propoſitio Prima.

Mares IMBERBES Generant.

Quantùm pertinet ad hanc Propoſitionem habemus Nobiliſſimorum, & Ingenio, & Ingenuitate virorum Teſtimonia eandem aſſeuerantium. Narratur enim ab ipſis fuiſſe Mares, qui intra Annum ſuæ ætatis Vndecimum, vel Duodecimum concumbentes Generauere: attamen iuxta Naturæ Ordinem BARBA exit, ſi Temporius circiter annum Decimum quartum. C

I. *Salomon Anno Aetatis ſuæ Vndecimo Genuit Roboam Filium.*

II. *Achaz filius Ioathan Anno ætatis ſuæ Vndecimo, vel Duodecimo genuit Filium Ezechiam.*

III. *Puer Decennis impleuit Mulierem, quæ cum concubuit.*

IIII. *Puella Nouennis ex concubitu Grauidata eſt.*

Recentiores notantur. Sed audite, legite D. Teſtimoniũ Hieronimi integerrimũ, noui attamen qui ſuſpectam eius Fidem habeãt; quorũ viciſſim Philoſophiã ſuſpectã. Si habeã licebitnè?

Tom.3 epi. & Epi.132. *Zenon Nauclerus, per quem mihi dicis Tuæ SANCTITATIS litteras eſſe Transmiſſas, Vnam tantum, & Breuem Epiſtolam BEATI PAPAE Damaſi amabilis reddidit, ſolita Munuſcula continentem; ſatis miror quid Cauſſæ fuerit, vt cum in Benedictionibus, & tuis, & illius perſerendis fidelis extiterit: in reddenda Epiſtola negligens comprobetur. Neque enim te falli arbitror Diſcipulum Veritatis: niſi forte Greco Homini Latinus ſermo inter Chartulas oberrauerit, itaque ad ſecundam reſcribo Epiſtolam, quam mihi SANCTVS Filius meus Heracleus Diaconus reddidit, in qua inter cætera deprecaris, vt exponam tibi Cauſſas, quare Salomon, & Achaz Vndecim Annorum Filios Genuiſſe dicantur?* D

1.Paral.29. *Si enim Duodecimo Anno Salomon ſuper Iſraël accepit Imperium & Quadraginta Annis*
3.Reg.11. *Regnauit in Hieruſalem, & Filius eius Roboam cum Quadrageſimum, & Primum An-*
2.Paral.9. *num ageret Aetatis Patris ſucceſſit in Regnum, perſpicuum eſt Vndecim Annorum fuiſſe*
3.Reg.14.

Salo-

Salomonem, ſiue Decem, quia Decem Menſes à Conceptu vſque ad Partum ſibi Mater vendicat.

Rurſus Achaz Filius Ioatham cum viginti eſſet Annorum, Rex conſtitutus eſt ſuper Duas Tribus, id eſt, Iudam, & Beniamin, Regnauitq; Annis ſexdecim, quo mortuo, Ezechias cum Viceſimum, & Quintum Annum ageret Aetatis Patri ſucceſſit in Regnum, ex quo intelligitur Achaz quoq; Vndecimo, ſiuè Duodecimo Anno Ezechiam Filium procreaſſe. 4. Reg. 16. 2. Paral. 28. 4. Regũ. 18. 2. Paral. 29.

Et ſiquidem in Hiſtorijs aliter haberent Septuaginta Interpretes, aliter Hebraica veritas confugere poteramus ad ſolita Præſidia, & Arcem Linguæ tenere Vernaculæ. Hunc verò cum & ipſorum Authenticum, & Cæteri Interpretes pari Authoritate conſentiant non in Scriptura, ſed in Senſu eſt Difficultas. Quis enim crederet Mortalium, vt Vndecim Annorum Puer Generaret Filium? Multa, & Alia dicuntur in ſcripturis, quæ videntur Incredibilia, & tamen vera ſunt. Neque enim valet NATVRA Contrà Naturæ DOMINVM: Aut poteſt vas Figulo dicere. Quare me ita feciſti? aut ita? Licet, quod prò Miraculo, Signo, atq; Portento fit NATVRA facere non poſſit. Num quia noſtra Aetate Duplex Lydda natus eſt Homo Duorum Corporum, Quatuor Manuum vno ventre, & Duobus Pedibus, Omnes Homines ita naſci neceſſe eſt? Legamus veteres Hiſtorias, & maximè Græcas, ac Latinas, & inueniemus Luſtralibus Hoſtijs ſecundum Errorem veterum Portentoſas Soboles, tã in Hominibus quàm in Armentis, ac Pecudibus expiatas. A Monſtrum.

Audiui, Domino Teſte, non mentior, Quadam Muliercula, cum Expoſitum nutriret Infantem, & inſtillaret Cibos ac Nutricis offitio fungeretur, Cubaretq; cum ea Paruulus, qui vſq; ad DECIMVM iam excreuerat ANNVM, accidit vt pluſquàm Pudicitia patitur, ſe Mero ingurgitaret, Accenſaq; Libidine Obſcænis Motibus ad Coitum duceret Infantem. Prima Ebrietas alterius Noctis, & Cæterarum deinceps fecit Conſuetudinem, nec dum Duo Menſes erant euoluti, & Ecce Fæminæ vterus intumuit. Quid Plura? Diſpenſatione Dei factum eſt, vt quæ Contrà Naturam Simplicitate Paruuli in Contemptum Dei abutebatur, à Natura Domino proderetur impleto ſermone quo dicitur. Nihil Occultum, Quod non Reueletur. Hiſtoria. B Matth. 10.

In confirmationem Propoſitionis quam aduerſus noſtram iam Enuntiatam, diximus, & ampliorem aſſertionem eius quod fuit à D. Hieronimo narratum referremus Exemplum noſtri etiam Generis, & alterius Oppoſiti Principij, nimirum Fæminæ quæ cum foret NOVENNIS ex Concubitu GRAVIDA fuit. Vos Argumenti Senſilis vires intelligentes, per Analogiam aciem promouentes intellectus, crediderítis fieri etiam poſſe, vt Puer Vndecim, vel Duodecim Annorum valeat Grauidare Fæminam ſui Generis. Legite, Audite. C

Io. Michaël Sauonarola Pat. Practicæ Maioris. Tract. Sext. ca. 20. Rub. ſexta. De Menſtruis, & Retentione ipſorum.

Sciendum, quod Mulieres ſanæ diſcurrentes cùm Sanitate pro latitudine ſua vita debent habere hunc Fluxum (loquitur de Menſtruo) inchoantes ſecundum plurimùm in Anno Quarto Decimo, quo Tempore ſunt Completa, facta viripotentes, vt virtus fortificata magis, nec tanta Humiditas tranſit in Augumentum; ſicut in Annis præcedentibus, & hoc Tempore incipit Conceptio ſecundum plurimùm. Quia ante iſtud Tempus inueniuntur Puellæ Completa, iam facta viripotentes, habentes Menſtrua, vnde reperitur, quandoque Talis Annorum Duodecim, quandoque Vndecim. Et quidam vt Marſilius vidit Puellam Papiæ Annorum NOVEM Impregnatam; ſed Hæc ſunt Rarò. Et cita eorum Apparitio Naturalis Signum eſt Breuitatis vitæ, quia ſignificat venire citò ad Complementum. Tarda autem è conuerſo. D

Marcus Antonius Vlmus Patauinus.

Scilicet immodicis Breuis eſt Aetas. Ego cognoui Puellam SEPTENNEM,

nec vel Menſe altero, ſiue Tertio ſuperiorem, quæ fuit compreſſa ab vno ex Famu lis meis, hæc autem puella ferebat hunc virum Quotidianæ ſtaturæ, atq; deperijt eundem à Tertio, vel Quarto concubitu. Præterea vidi ego quoq; Puellam vndecim Annorum, quæ proceritatis, & Habitus cauſa potuiſſet ferre quemcunque virum, Nares obtinebat grandiores, Pectus amplum, quæ ambo Genitalibus valent indicandis. Narrata mihi fuit etiam de Puella OCTENNI Vltramontana Viros depereunte eadem fere Hiſtoria. Ego iſthæc omnia credo, qui acerrima Diligentia ab altero luſtro meæ Aetatis in hanc vſq; Periodum Operibus Naturæ animaduertendis incumbens totus, totus inhæſi: ſed hæc alias, & pertinent

Opus Autoris. ad Phiſiologiam Secretam, nimirum ad contemplationem RECESSVVM ipſius Naturæ, quibus ipſa ſeparat ſeſe, Recedens ad Gradus hoſce Extremos Raritatis ab ipſa Frequentia, & eo, quod ſæpe, vel ſæpius Euenit. Habemus hanc Philoſophiam delineatam, atq; iuxta omnes Animæ Facultates, quam trademus etiam poſteritati, ſi vita ſuppetet. At Homo Bulla, & Aegritudo me iam com- A

Opinio Autoris circa Tẽpus Grauidationis. moneſecit, Sarcinulas eſſe colligendas. Quapropter ſciant phiſici me credere iuxta hanc meam Philoſophiam Secretam, vel de RECESSIBVS NATVRAE Mulierem Naturaliter vtero geſtare poſſe vſq; ad Menſem Vndecimum, ſed & Duodecimum, & Decimumtertium. Et ſi quis negat, Ego (niſi inſanio) crediderim hunc non eſſe verum Phyſicum. Non nego hæc eſſe Rara, quinimo dico, eſſe adhuc Rariora Rariſſimis, aio eſſe Occultanda, ne aperiamus Feneſtram hu- B

Prudentiſs. manæ Malitiæ. Noui quid in hoc negotio Grauiditatis promotæ aduerſus Leotychydem Timoeæ pro Ageſilao Ephori pronuntiarint. Summa Cautione opus eſt in Effectuum Rariſſimi Euentus ipſa veritate dijudicanda. Non enim quoduis facile ad Exemplum trahi debet, ſed hæc alias.

Concedo ego IMBERBES Generare. Quid tum? Ergò BARBA non fuerit Inditium, & PARS INDEX Facultatis Generatricis Maſculæ? Vah, quæ hæc eſt Ratiocinandi via? Sed animaduertatis.

Mulieres aliquæ non Menſtruantur ex Naturæ ſuæ Indiuiduæ ipſo Charactere. Itaque Menſtruum non pertinet ad Opus Facultatis Generatricis, neque ex ipſo formatur fætus, audite, legite. C

Ariſt. lib. 7. de Anim. cap. 2. *Conceptus Mulieribus à Profluuio Menſtruorum ſua Naturâ contingit. Et quæ ijs carent, Steriles magna ex parte exiſtunt. Verum fieri poteſt, vt aliquæ etiam Sinè eorum Profluuiò Concipiant: Videlicet quibus Tantum Humoris colligitur, quantum ijs, quæ Purgantur Reſtare ſolet.*

Plures identidem ego cognoui Fœminas non reddentes Menſtrua, nihilominus Grauidatas.

A Pari ego dico Mares IMBERBES aliquos Generare, videlicet illos, qui nihilominus obtinent Genitalia vigentia ſaltem, vt valeant SEMEN Tantum Generare, quanto opus eſt ad præſtandum Effectum Facultatis Generatricis. D

Sed non adeſt Barba, ò Vlme, pars ex opinione tua. Quid tum? Generatur Puer abſque Podice, quemadmodum ego vidi Bononiæ in Xenodochio Puerorum Expoſitorum. itaq; non datur, vel negatur Facultas Formatrix.

Generatur Puer oculis Captus, itaque non adeſt Facultas Viſoria?

Præterea Mas IMBERBIS, aut eſt ſimpliciter Talis: Aut ſecundum quid. ille nullos habet prorſus Pilos: Hic vero eoſdem obtinet Perpaucos, Perbreues, Tenuiſſimos, & in vno, vel altero locorum Barbalium, neq; ijs Præcipuis.

Imberbis primi Gradus eſt Monſtrum, quotieſcunque ſit eius ætatis, in qua iuxta Naturæ leges Barbam obtinere debet, atque æquiparatur huius Facies Ma-

nui

Digitized by Google

nui Quadrigitæ, qui nimirum vno quinque Digitorum careat. Neque ſequitur Omnibus in Hominibus hoc eſſe debere, vt ait prudent. D. Hyeronimus. Præterea fiunt multa Deo permittente in quibus contemplandis deficit Humanum Ingenium. *Religioſum.*

Cæterum Barba deficit aliquando non ſolum ratione Temperiei, ſed & Modi ſubſtantiæ Cutis, aut à primo Naturæ ortu, aut poſtea Talis, quodcunque fuerit in Cauſa, Indicio fuerint Variola, Vſtio, Magia Naturalis. Quæ omnia hucuſq; à nobis narrata planè demonſtrant Vanitatem huius Obiectionis, quantum pertinet ad noſtram Opinionem demoliendam.

A *Mares IMBERBES Generant.*

Veniamus modo ad Alteram Propoſitionem, quæ Opinionem noſtram videtur prima Fronte deijcere. *Obiectio altera.*

Mares EVPΩGONES Non Generant.

Vis Argumenti hæc eſſe apparet. Eupωgonia, ſiue Barba Pleniſſima iuxta Principia meæ Philoſophiæ ſtat Inditium Facultatis Generatricis vigentis, atque validæ, Qui autem ipſa pollent, ſunt Fæcundi, quinimo Fæcundiſſimi, quapropter Mares Optimè Barbati, ſiue ſimpliciter tales deberent Generare plures Filios. Quod tamen Experientia negat, Plures enim iſtiuſmodi Mares experimur Steriles, quia concumbentes non Generant.

B Omnino qui talia dicunt, credentes ſe vera dicere, ij penitus ignorant Phiſiologiam Facultatis Generatricis Humanæ Præterea neque intelligunt Phiſiologiam Coniecturæ, quæ ambo Opera maxime neceſſaria nemo quiſquam tentauit Mortalium, quod ego nouerim, Vtrunq; ego ſcripſi. Hinc Medicorum perplurium Iudicia nutant, labuntur. Attamen ſatagunt Omnes Omnia ſcribere, atq; *Reſponſio.*

Scribendi Rectè Sapere eſt, & Principium, & Fons.
Rem tibi Socratica poterunt oſtendere Charta:
Verbaq; Prouiſam Rem non inuita ſequentur.

Sed conamur Tenues Grandia. Vanitas Obiectionis oſtenditur penitus in vtraq; Phiſiologia cum ipſius Coniecturæ, tùm Facultatis Generatricis.

C Quantum pertinet ad Coniecturam quis adeo infantilis fuat ingenij rationis, vt non intelligat ab vno Signo & Inditio non poſſe colligi Concluſionem Coniecturalem. Num à Temperie Iecoris Calida colligimus Corpus vniuerſum eſſe Calidum? *Concluſio Coniecturalis non colligitur ex uno Signo.*

Præterea nonnè datur Inæqualitas cum Temperiei, tum Conformationis. Hæc Inæqualitas vbi detur, veluti ſenſus atteſtantur, non dabitur Inæqualitas Indicialis, vel Indiciorum, vt vnum, vel alterum indicet, quod cætera, puta Quatuor alia inditia non ſignificauerint? Mediocria Ingenia ſatis intelligunt, cæteris craſſioribus ego interea non ſcribo, quæ vt legere valeant ſcripturam noſtram, eandem fortaſſis intelligere nequeant, non enim Lectio, & Intellectio mutuo ſeſe ponunt ac Deſtruunt, ſit Documentum hoc nouitijs ingenijs alta Mente repoſtum. *Inæqualitas Temperiei. Conformationis.* D *Doct.*

Documentum.

Quemadmodum non licet ab vnius Partis Temperie arguere ad Totius Temperamentum. A Pari non licet ab vno Inditio Partis, quæ Plura obtineat Inditia, colligere Temperiem huius Partis. *Mem.*

Fuerint itaque & eſſe poſſunt Mares viri plenè, ac ſimpliciter BARBATI vel dicas voce græca Eupωgones, qui non erunt Fæcundi, Quemadmodum reperitur Facies interdum iuxta Partes reliquas eiuſdem Symmetra, cæterum nares

fuerint

fuerînt Grandiores, aut Minutiores. A Pari nemo niſi Senſu careat Communi negauerit Homines aliquos Mares eſſe interdum Eupogones, qui iuxta reliqua Inditia non vigebunt in Facultate Generatrice. Contrâ vero fieri etiam poteſt, homines Mares dari aliquos Imberbes ferè, qui nihilominus vigebunt in opere Facultatis Generatricis. Quo in negotio plurimum valet vſus, & Conſuetudo, veluti atteſtatur Experientia, atque Teſtimonia Platonis, & Galeni, hunc legatis lib. de Locis Affectis, cuius libri argumentum deſumpſit ab Archigene. Qui vult colligere Propoſitionem, vel Concluſionem Coniecturalem is, oportet, cognoſcat Inditia omnia, Inditiorum Cognitorum ſigillatim vires, Inditia omnia, cenſita comparare; cognita, cenſita, comparata dijudicare. Sed hæc alias.

Reſponſio Altera.

Reſponſio eſt altera in promptu, deſumpta ex Phiſiologia Facultatis Generatricis humanæ, quàm niſi quis intelligat, is nunquam intelligat vanitatem Obiectionis. Opus Facultatis Generatricis Humanæ, qui eſt Fœtus pendet à Principio Specifico, non vno tantum, ſed vtroque, nimirùm & MARE, & FOEMINA ver æquè ſunt huiuſmodi Propoſitiones. A

Propoſitiones Autoris.

Non omnes Fœminæ conueniunt indiferenter Omnibus Maribus propter Opus Facultatis Generatricis præſtandum.

Sed aliquæ ſunt aliquibus Maribus, quæ magis conueniant: Præterea neque Quodcunq; Tempus, neque Victus quicunque, &c. quæ taceo.

Natura quippe Humana eſt Abyſſus, ſed hanc Propoſitionem nòn intelligunt phiſici Seruitia, & pecora, quæ Cortice, atque alieno natant. iſthæc dicta ſunto, vt ſuffundatur Caligine os impurum illorum Suggeſtiſcientium, & Ignarorum, & Ignauorum, qui audientes me ſumpſiſſe Argumentum philoſophādi circa Finem Barbæ Humanæ, ſtolidi euomuere me nugas tractare, at in Angulis, & dixere me hominem eſſe Analphabetum. Sed vos ingenui viri, & adoleſcentes legite, audite, procul immania illa Monſtra faceſſant, & vos procul, ò procul eſte prophani, quos Plato Præceptorum Præceptor egregie pinxit. B

Lucretius Carus.

T. Lucretius Carus Lib. Quarto Poematis. De Rerum Natura.

Semper enim Partus Duplici de Semine conſtat: C
Atquè vtri ſimile eſt magis id, quodcunque creatur,
Eius habet plus parte æqua, quæ cernere poſſis:
Siue Virûm Soboles, ſiue'ſt Muliebris Origo.
Nec Diuina ſatum Genitalem Numina cuiquam
Abſterrent: & vt ſterili Venere exigat æuum:
Quod pleriq; putant, & multo Sanguine Mæſti
Conſpergunt Aras, adolentq; Altaria Donis,
Vt Grauidas reddant vxores Semine largo:
Necquicquam Diuum Numen, ſorteisq; fatigant. D
Nam ſteriles nimium CRASSO ſunt SEMINE partim:
Et LIQVIDO præter iuſtum, TENVIQVE viciſſim.
TENVE Locis, quia non potis eſt affigere adhæſum,
Liquidum extemplò, & reuocatum cedit ab Ortu.
GRASSIVS hoc porrò, quoniam Concretius æquo
Mittitur: aut non tam PROLIXO prouolat ICTV:
Aut PENETRARE Locos æque nequit: aut PENETRATVM
Aegrè admiſcetur Muliebri Semine Semen.
Nàm multum HARMONIAE Veneris differre videntur:

Atque

Atque Alias Alij Complent magis: ex Alijsq́;
Suſcipiunt Alia Pondus magis, inq; graueſcunt.
Et multa Steriles Hymeneis ante fuerunt
Pluribus: & nacta poſſunt tamen inde Puellos
Suſcipere, & Partu poſſunt diteſcere Dulci,
Et quibus ante Domi Fæcunda ſæpè nequiſſent
Vxores parere, inuenta eſt illis quoque COMPAR
NATVRA, vt poſſent Natis munire Senectam.
Vſqueadeò magni refert, vt SEMINA poſſint
A *Seminibus commiſceri Genitaliter apta:*
CRASSAQ. conueniant Liquidis, & Liquida CRASSIS.
Atq; in eo refert, quo VICTV vita colatur:
Nanq; alijs Rebus concreſcunt ſemina Membris:
Atq; Alijs Extenuantur, Tabentq́; viciſſim.
Et quibus ipſa MODIS tractetur Blanda voluptas,
Id quoq; permagni refert: Nam MORE FERARVM,
Quadrupedumq́; magis ritu, plerunq; putantur
Concipere Vxores, quia ſic LOCA ſumere poſſunt
Pectoribus poſitis, Sublatis ſemina Lumbis.
B *Nec Molles opus ſunt MOTVS Vxoribus hilum:*
Nam Mulier PROHIBET ſe CONCIPERE, atq; repugnat
CLVNIBVS ipſa Viri VENEREM ſi læta RETRACTET:
Atque Exoſſato ciet omni Pectore fluctus.
Eijcit enim Sulcum Recta Regione: Viaq́;
Vomeris, atque Locis Auertit SEMINIS ICTVM.
Idque ſua Cauſa conſuerunt SCORTA moueri
Ne Complerentur crebrò, Grauidaq́; iacerent,
Et ſimul ipſa Viri Venus vt concinnior eſſet.

Quintus Serenus Sammonicus Medicus Doctus Lucretianæ Opinioni ſubſcri-
C bens forſan videatur quibuſdam, cum cæcinerit.

Irrita coniugij Sterilis ſi Munera languent,
Nec Sobolis ſpes multos iam Vana per Annos
Fæmineo fiat Vitio res, necne? Silibo
Hoc poterit Magni Quartus monſtrare LVCRETI.

Refert Lucretius in hiſce Carminibus Facultatis Generatricis Opus Humanę Summa Opinionis Carea.
ad vtrunq; pertinere PRINCIPIVM SPECIFICVM ſcilicet Quà MAREM,
Quà FOEMINAM. Præterea ſpeciatim ad Modum ſubſtantiæ Seminis: Ad
Eiaculationem eiuſdem: Ad Vterum: Ad Conuenientiam, ſiuè Harmoniam:
D Ad Rationem Victus: Ad Concumbendi Modum, qui comprehendit Corporũ
vtriuſque principij Coniunctionem, præterea Motum, Quietem. An Lucretius
attigerit Omnia, quæ pertinent ad Actionem Facultatis Generatricis humanæ,
vt Hoc ſit eius Breuiarium Phiſiologiæ, non eſt huius loci docere? Sed proprio lo-
co dictum fuit, vbi diſputatum etiam eſt. An poſſit eſſe aliqua magis recondita
Cauſa, præter alias plures, cum nonnulli ad Superiora Corpora STERILITA-
TEM ipſam retulerint, veluti dixit Auerrous, cuius hæc ſunt verba ex Interprę-
te, loquentis de Sterilitate.

Et quidam dixerunt, quod hoc ſit propter Diſpoſitionem Corporum Cæleſtium: Sed hoc
ego non video, neque affirmo.

Marcus Antonius Vlmus Patauinus.

Harmonia, cuius meminit Carus, exiſtatnè Conuenientia Qualitatum Primarum, & earundem Concentus? An Sympathia quædam Indiuiduorum pendens ab Occulto Principio? interea ſuſpendo ſententiam, qui tamen ſubſcribo Peripateticis bonis eandem tenentibus, veluti apparet apud Theophraſtum in lib. de C. Plantarum. Quos miror quomodo Sueſſanus Vir alioqui Doctus crediderit eſſe Ariſtotelis, innixus eiuſdem Præceptoris Teſtimonio dicentis fore, vt ſcribat de Plantis, At Sueſſanus Characterem docendi, & dicendi non animaduertit, alioqui ſi obſeruaſſet non dixiſſet illos eſſe libros De Plantis Ariſtotelicos, & hic eſt lapis Lydius, aut ego fallor, quo præſertim dijudicanda ſunt Opera Cuiuſnam Autoris exiſtant? Sed hæc fuere penitus extra rem ſuſceptam. Qui non ferunt excurſus aliquando ſcriptorum, ij nunquam ſcripſere, ignorant hanc Prouinciam, neq; acerrima, attenta diligenti lectione animaduerterunt Priſcos, Recentiores Autores: in viam regrediamur noſtram. Duo ſunt penitus Falſa (niſi ego turpiſſimè labor) in Opinione Caræa, aut Lueretiana. A

Opinio Lucretij examinatur.

I. Vnum eſt CONIVNCTIO. Principiorum Specificorum ſcilicet Maris, & Fœminæ Auerſa.

II. Alterum eſt MOTVS Negatus Principij Specifici Fœminæ in ipſo Concubitu.

Quæ ambo penitus aduerſantur GENERATIONI. Declarauimus, & Demonſtrauimus hanc VENEREM eſſe Pernitialem, & huiuſmodi Opinionem eſſe penitus Falſam in Opere Proprio cuius eſt inſcriptio. De Primo Gradu Facultatis Generatricis Humanæ. Quod iam diu fuit nobis ſubreptum, reſtituimus tamen quadantenus, niſi ſimpliciter ex ipſis Memoriarum libris. B

CONIVNCTIO Principiorum noſtræ Speciei AVERSA repugnat ipſi Generationi. Quia in eiuſmodi Concubitu LOCA MVLIEBRIA nunquam excipere valent Pudendum virile vniuerſum. Docet Experientia, Hanc veritatem fatebuntur Mulieres peræq; omnes: Indicant Conformationes VENTRIS, & CLVNIVM; quas vtraſque Partes oportet inſimul componi in VENERE AVERSA.

A Locis.

Neque moueat quidqui venus Auerſa Brutorum, quorum differt Conformatio ab ipſo Humano Corpore Poſitusq; Locorum Fœminarum in Brutis euariat, neque idem eſt cum eo, qui eſt noſtræ Speciei Proprius. Quantum autem poſſit apta, & Arcta Compoſitio, vel Coniunctio Pudendorum inuicem vtriuſque Principij Specifici, Maris & Fœminæ, Docti nouere, *Auicennas* dixit, ſed & *Paulus Aegineta*, qui narrauit Pingues interdum eſſe ſteriles, quod non valeant aptè, arctè coniungi Corpora Pudendorum: ipſum audiaris legatis ex Interprete antiquo. C

Obiectio à Venere Brutorum. Reſponſio.

Neq; idonei ſunt Pingues ad Liberorum Generationem, Tum quod PVDENDIS NON CONGRVVNT.

Paulus Aegineta ſua Medicinæ lib. 3. & capit. 74.

Quæ ego in Margine ſcripſi iunior ſunt iſta. D

Pudendorum mutuam applicationem ineptam docet vnam eſſe Cauſam cur Pingues non Concipiant. Ratio eſt, quia Veretrum virile non poteſt attingere proxime Os Vteri, & ad ipſum eiaculari SEMEN, leges Aetium in hanc eandem ſententiam ſerm. xvj. cap. xxvj.

Aëtius.

Noxa, quæ conſequitur vbi Phallus vniuerſus non excipiatur ab ipſo Pudendo Muliebri, nunc vobis legatur, audiatur:

Ariſtoteles lib. 1. de Gener. Anim. Cap. Sexto.

Serpentes Complexu mutuo Coëunt, carent Teſtibus, & Pene, vt dictum iam eſt. Pene, quia Cruribus carent. Teſtibus propter ſui Corporis Longitudinem. Meatus

modo

Digitized by Google

modo Priſcum habent: Quod enim Eorum Natura porrecta in longum eſt, ſi præterea in Teſtes protraherentur, REFRIGERARETVR GENITVRA propter MORAM LONGIORIS ITINERIS. Quod ijs quoque accidit, quibus PENIS eſt IMMODICVS. Sunt enim infœcundiores ijs, quibus MEDIOCRIS, propterea quod SEMEN Frigidum eſt Infœcundum. Refrigeratur autem quod longè admodum fertur.

Omninò ſi Phallus longior eſt Cauſa interdum Sterilitatis, hoc euenit quia non excipitur vniuerſus à Pudendo Muliebri, quapropter ſemen exiens per Meatum Communem refrigeratur ab ipſo Aëre Ambiente, quod non euenit vbi excipiatur vniuerſum virile pudendum; Calent enim loca Muliebria Calore Proprio, fouente, ac eliciente Semen Virile.

A Idem porrò contingit in Mediocri Phallo vbi non intromittatur penitus, quod fieri nequit in CONIVNCTIONE AVERSA VENEREM Principiorum Specificorum Generis noſtri Coeuntium more quadrupedum: In hoc enim concubitu non excipitur Pudendum virile vniuerſum, veluti omnes atteſtantur Fœminæ virum, & Venerem huiuſmodi expertæ. Sed hæc aliàs. Vrgeant, concipiunt aliquando, ſenſu Indice, & Iudice. Quid tum? Plura contingunt etiam præter ipſam Rationem. *In Venere Auerſa nòn excipitur vniuerſus Phallus.*

Altera Opinio Lucretiana, vel Alterum quod eſt æquè Falſum in Opinione *Lucretij Cari* eſt. MOTVS Mulieris Negatus: quem ait pertinere cùm ad Grauiditatem euitandam, tùm ad Veneris Suauitatem conciliandam.

B Dicam ego breuibus quid ſentiam Docti cenſeant. MOTVS Mulierum in Concubitu Venereo eſt maximè NECESSARIVS propter ipſam Generationem, licet aliquæ concumbentes immotæ concipiant. LOCA enim Genitalia Fœminina ex Motu incaleſcunt, & SPIRITIBVS, SANGVINE, replentur, in iiſdemq; Vis GENITALIS Exſuſcitatur, & SEMEN amplius concoquitur, ac Spiritua- tur. Præterea exuſcitant Veneris ſtimulos in ipſis Maribus, eorundemq; ſemen proliciunt, breuiter Loca Genitalia Muliebria præparantur hoc Motu ad Suſcipiendum Semen Virile. *Cauſſæ cùr Mulieres debeát ſeſe mouere in Concubitu Venereo?*

Sanè Motus hic debet eſſe ratione libratus, vt habeat commoderationem cùm virili Motu, quaſi ex vtroq; Principio ſpecifico ſeſe mo- C uente conſurgat *Numerus* quidam, *Genitalis* intereà dicatur; nam iſthæc omnia ſigillatim definire pertinet ad phiſiologiam Facultatis Generatricis Humanæ, atq; primi Gradus eiuſdem, ſed hæc alias. Præterea Motus Fœminæ debet eſſe Antrorſum, nòn autem Laterorſum. MOTVS enim ANTICVS ſimpliciter vtriſq; Coxis vel Antrorſum eſt Motus Venereus Genitalis. MOTVS vero LATERORSVM, ſcilicet alternatim Coxis, Femoribus, Lumbis non equidem infimùl, attamen Antrorſum non eſt GENITALIS ſed STERILIS, quia repugnat eiaculationi rectæ, atq; ipſi ſeminis Exceptioni. Contorquentur enim Pudenda vtriuſq; principij ſpecifici, & Os Vteri non poteſt ſemen Deuorare, Deglutire *Motus qualis eſſe debeat.* *Motus in Venere qualis exiſtat ineptus?*

D Quapropter non poſſum non admirari aliquos Viros Opinioni Lucretianæ ſubſcripſiſſe, laudantes illam veluti Generationi maximè opportunam: Qui ſanè Recentiores alioqui Docti violant meo iuditio (aut ego turpiter labor) & Anatomem, ſeù Phiſiologiam Corpoream, & ipſam Philoſophiam, Alterutrius modò ſi quidquam olfecere; inter iſtos homines ex antiquis fuiſſe Paulum Aeginetam non miror, nam crediderim eundem fuiſſe purum, putum Medicum nihil enim Philoſophicum legitur in ſcripturis, quæ ad manus noſtras, eiuſdem peruenerint. Dixit hic homo. *Recentiores notantur.* *Paulus Aegineta quis fuerit?*

Porrò Coitus cum Muliere Auerſa etiam ad Conceptionem conferre videtur. *Paulus Aegineta ſua Medicina cap. 74.*

Summa ſummarum ex MOTV Principiorum ſpecificorum amborum iuxta ratio-

rationem facto, dum concumbunt Ambo Aduerſa propter Generationem Calor Autor Internus naturalis Conſtitutionis, qui ſuas habet ſedes in Humido Tenui, & dicitur ſpiritus, liberaliter viget in ipſis Partibus Genitalibus, ad quas ab vniuerſis partibus reliquis ferè (dixerim) effunditur vniuerſus, hinc ex venere nimia debilitantur viſcera, & omnes nutant vacillant Operationes. Atque SEMEN in ſuis Locis reſidens, ac poſitum, Craſſiuſculum niſi penè concretum ex agitatione dilatatur, dum (vt ita dicam) ſpirituatur, Hoc enim eſt Græcum πνευματοῦται, illam porrò vocem docuit me Præceptor meus I. C. Scaliger. SEMEN ex MOTV vlterius coqui dicebat Ariſt. quando Theodorus Gaza eius Orationem verterit, non autem inuerterit: hic enim vir alioqui Doctus interdum labitur, veluti Doctiores poſſunt animaduertere, Carens Græco Textu, do vobis Theodoreum Romanum. A

Veneris nimia Damna.

Ariſt. lib. primo de Gener. Anim. cap. 6.

Semen Piſcibus non tantiſper Concoquendum eſt, dùm Coeunt, vt Pedeſtribus, & Viuiparis, ſed tempeſtatis tempore iam Concoctum continent Vniuerſum, ita vt ne dum contingunt, conficiant, ſed Concoctum, Paratumq; emittant.

Næ fuit mortalium ſapientum Ariſtoteles Homo fæliciſſimus, qui vniuerſam Poſteritatem habuit cathenatum Mancipium. vnuſquiſque ſatagit, & miſcet Mare Cælo, vt ſaltem Verbulum ipſius exponat, quouis Machinarum genere adhibito; iam ſapiunt omnes fere illius Cerebro, adeo ſuauis eſt Deſidia. Sed Crabrones, & Carbones iſtos attingere Cautio. Si Ariſtoteles dixit, *Concoqui Semen in ipſo concubitu*, explicet ſeſe, Vocem illam Genericam tradat Modicum, diſtinctis, atque ſignatis vtatur verbis, non obijciat nobis offas crudas, mox quaſi ſepia vomens Atramentum, ſeù Sepium aufugiat, in libris de Generatione Animalium is philoſophatur, Cauſſas nimirum veſtigat, non autem narrat deſcribit abſque Cauſſarum veſtigatione, quemadmodum oportet in Hiſtoria eorundem Animalium. Omnino, quod ipſe ait de Antiquis, vniuerſaliter nimis loquutus eſt Ariſtoteles. Scribere autem vniuerſaliter, velùti ipſe atteſtatur, nimirum Cauſas Remotas, & longinquas reddere, vniuerſaliores, nihil eſt aliud, quàm Logicè ſcribere: Quapropter ex eiuſdem Principijs Aſſeueratione (alloquor interea Doctos loca noſcentes) philoſophari vniuerſaliter, eſt perinde, ac philoſophari Logicè. Qui ſatagunt eundem illis ſuis Diſtinctionum exponere Machinis, non dehortor, hos ego nuncupo *Cluniſeſſores*, cuiuſmodi homines videmus in pompis equitantes, & dorſo proximos eius, qui auratis frænant Lupatis nobiles Aſturcones. B C

Argumentũ à Modo ſcribendi.

Logicè Philoſophari qd ſit.

Exploſa obiter portione Opinionis CAREAE, aùt LVCRETIANAE, iàm veniamus ad ea, quæ Stoici ſcripſerunt, libro Quinto de Placitis philoſophorum, capite Decimo Tertio. D

Opinio Stoicorum: Quomodò cùm mulieres, tum viri ſteriles reddantur?

STOICI Cauſantur DISSIMILITVDINEM NATVRAE, & QVALITATVM in his, qui Corpora commiſcent: Nam quando ſeparantur, & cum ſuæ NATVRAE Familiaribus Coëunt, tum Fœtum procreari.

Hanc videtur Cauſam Plinius tetigiſſe, quādo in libris Hiſtoriarum ſcribebat.

Et quædam priuatim Diſſociatio Corporum: Et inter ſe ſteriles, vbi cum alijs iunxere, gignunt: Sicut Auguſtus; & Liuia. Item Alij, Aliaq; Fœminas tantum Generant, aut Mares: plerunq; & Alternant: ſicut Gracchorum Mater Duodecies. Et Agrippina Germa-

Plinius lib. ſepti. Hiſt. Cap. 13.

Germanici Nouies. Alijs Sterilis eſt Iuuenta: Alijs ſemel in vita Datur Gignere.

Ariſtoteles Phiſicus nobilis aut legit, aut obſeruauit huiuſmodi veritatem, quapropter ſcripſit in hanc ſententiam.

Ariſt, lib. quarto de Gener. Animal. cap. 2.

Paſtores aiunt intereſſe ad Maris, ac Fœminæ Pecoris Fœturam, non ſolum ſi ita accidit, vt initus Aquilonÿs, Auſtrinisuè Flatibus fiat, ſed etiam ſi cùm Pecus Coït, ſpectat ad Aquilonem, aut Auſtrum. Ita minimo interdum Momento Cauſa datur, aùt Caliditatis, aùt Frigiditatis.

A *HAEC vero Cauſam complent GENERATIONIS. Diſſident omninò inter ſe MAS, & FOEMINA ob eas, quas diximus Cauſas ad MARIS, aut FOEMINAE GENERATIONEM, ſed MODERATIONE, quæ intercedat, opus eſt.*

Nam Omnia, quæ vel NATVRA, vel ARTE efficiuntur RATIONE aliqua ſunt: CALOR autem ſi valde ſuperat, Exiccat Humorem. Si multum Deficit, non Concernit ſed Medÿ Rationem ad Rem condendam ſeruari requiritur: Alioquin vt ÿs, quæ igne Coquuntur, PLVS ignis Deurit, MINVS non Coquit. Ac euenit vtrinque, ne quod agitur, perficiatur.

Sic in Coitu Maris, & Fœminæ MODERATIONE opus eſt Hinc multis, tum Ma-
B *ribus, tum Fœminis euenit, vt Coniuncti inter ſe nequeant Generare Diſiuncti queant. Et vt Maioribus Natu, aut Minoribus hæ contrarietates exiſtant æquè in GENERATIONE STERILITATEQVE, & MARIS, & FOMINAE procreatione.*

Quin & inter TERRAS, & AQVAS intereſt eiſdem de Cauſis, qualitatem enim quandam potiſſimum recipit & ALIMENTVM & Diſpoſitio Corporis ex Temperamento Aëris Ambientis, & Cibi ingredientis, ſed præcipuè ex Alimonia Aquæ: huius enim Vſus Plurimus eſt, atque in omnibus Aqua Alimento eſt etiam Siccis. Quamobrem Aquæ Crudæ, & Frigidæ aùt STERILITATEM, aut Partum FOEMINAEVM faciunt. *Addas: Legas & li. ſept. Hiſt. cap. ſexto.*

Hæc omnia penitus deſumpſit bonus Ariſtoteles ab Hippocrate, à Platone,
C mutuum neq; reddidit, quemadmodum alia complura vir in Priſcorum Præceptorum Doctrinis lectione verſatus cognouerit. Refert Ariſtoteles cum STERILITATEM, tum GENERATIONEM, prætereà SEXVM ad QVALITATES ELEMENTARES, tanquam Cauſſas, non Miniſtras, at Principes, nihil de NATVRA, & FORMAE viribus loquitur, hic tamen vir fuit cautiſſimo quoque cautior in ſcribendo, habet ſubterfugia familiaria Doctis nota Viris.

Adhùc vir catus, & Prudens in Vniuerſaliori ſtans Dictione quæ eſt MODERATIO definit ipſum negotium, exemplum Artis exhibens. Canes Vulpem hanc veſtigent, ego in gratiam Nouitiorum aliqua ex vetuſtiſſimi Præceptoris
D tantum indicabo, vos legite, audite.

Quæcunque Frigidos, & Spiſſos Vteros habent Non Concipiunt. Et quæcunque Præhumidos vteros habent Non Concipiunt: Extinguitur in eis Genitura. Et quæcunque Siccos magis, & Adurentes: Nam ex Defectu Alimenti corrumpitur SEMEN. Quæcunque verò ex vtriſque Mediocrem habent Temperaturam, hæ ſunt Fœcundæ. *Hippocrates Aphoriſmorum Sectione Quinta Aph. 62.*

Hanc ſententiam doctiſſimi Senis Paulus Dioniſius Medicus, & Philoſophus, Veronenſis, Hippocrates noſtræ huius ætatis dum vita, fungeretur negotium honeſtò diſpungens otio ætate iam grauis Carminibus iſtis expreſſit. *Paul. Dion. Medicus et Philoſophus Veronenſis.*

Quæ Mulier nacta eſt Vteros à Frigore Denſos
Concipere vt poſſit, prorſus inepta tibi eſt.

Quaq; habet Humectos nimium, non Concipit vlla:
Extinguuntur enim Semina tacta Locis.
Nec cui ſunt valde Sicci, Calidiq; Alimenti
Defectu Semen Nam Genitale perit.
Temperiem quæcunque refert Mediam inter vtranq;
Hac Fœcunda vtro eſt, hac Generare poteſt.

Paulus Dioniſius Aphoriſmos omnes Hippocratis horum carminum caractere lepido iuſte reddidit. Quod Operis donauit mihi Iacobus Dioniſius eiuſdem Nepos, qui veſtigijs Patruis innixus Medicinam, quam cum Philoſophia coniunxit, Veronæ principi honore profitetur, vir qua Morum integritate, qua Doctrinarum ſplendore ſuſcipiendus. Hic, vna cum paucis quibuſdam inter homines, quos Doctos credidi, & propterea donaui Fragmentis, Mutinæ excuſſis, huiuſce Operis mei, benigne reſpondit, cum reliqui perplures tacuerint. Volui autem iſthæc memoriæ conſignaſſe publicæ, vt non admirentur, ſi Operum meorum quæcunque poſthac excudentur, nullum Pythagoricis illis exemplar tranſmiſero. Quæ ſcripſerit Galenus præceptor ad hunc ſenis Aphoriſmum cuicunque legere licuerit, ſi libuerit. Addo nunc ſententiam Hippocratis ex eius opere.

Iacobus Dioniſius Veronenſis Patritius. A

Hippocrates li. de Natura Humana Com. 11.

Item niſi Calidum cum Frigido, & Siccum cum Humido Mediocriter, mutuo, & aqualiter ſe habuerint. Sed Alterum cum Altero plurimum praualeat, Validius nimirum Imbecilliori: Nulla vnquam GENERATIO fieri poterit. B

Galenus, qui Commentaria ſcripſit in hunc librum huiuſmodi explicans orationem Hippocraticam dicebat.

Gal. Com. 1. in lib. Hip. de Natura Hum. Tex. Com. 11.

Dixerat priùs nullam GENERATIONEM abſolui poſſe, qua Prolifica ſit, niſi eorum Congreſſus fiat, quæ ſunt Ordinis eiuſdem: Vt tamen nec eorum etiam Coitus, qua eiuſdem ſunt Ordinis, ſemper GENERET. Ipſe verò in Aphoriſmis Rationem hanc exquiſitè proſequutus eſt, vbi ait.

Quæcunq; vteros Frigidos habent non Concipiunt: GENITVRA ſiquidem Extinguitur. Ac etiam quæ Siccos magis, & Adurentes, Nam Alimenti inopia Semen Corrumpitur. Qui verò Temperiem inter hæc vtraque Mediocrem obtinent FOECVNDI euadunt. C

Hoc Sermone docet, quibus de Cauſſis Mulieres Infœcundæ reddantur. Inſinuat præterea & id, quod hoc ipſum conſequitur, De quo tum nos alibi, tum Alij Multi antè nos ſcripſere, Platoq; indicauit, cum inquit.

Plato.

Non eſſe Artis Exiguæ, vt quis norit VIROS, atq; MVLIERES TEMPERAMENTO inter ſe ad LIBEROS PROCREANDOS APTO, copulare.

Eadem enim quæ ipſe de VTERI TEMPERIE retulit, de SEMINIS quoque TEMPERAMENTO intelligenda ſunt. Nam & id nonnunquàm Frigidius eſt, vel Humidius quàm par ſit, quandoq; Siccius, vel Calidius. Eſt autem Sicciori Vtero Humidius Semen conuenientius: Humidiori verò Siccius: Quemadmodum & Calidiori Frigidius, Frigidiori, Calidius. Sed de his plenius in Libro de Liberorum Procreatione *diſſeruimus.* D *Ad preſens autem hoc ſatis ſit nouiſſe, quod nequeat ex vno quicquam Gigni, vel etiam ex Duobus, Pluribuſuè, ſi ea abſque vlla mutua Natura Affinitate Coëant: Quodq; præterea idipſum nunquam ſine TEMPERAMENTI, quod ex illis coëuntibus conflatum ſit, MODERATIONE Gigni queat.*

Liber Galeni, qui interijt.

Hæc nimirum fortaſſis illa fuit MODERATIO ab Ariſtotele ſubindicata Logicè, nimirum vniuerſaliter nimis, quam hic alter Græcus paulo apertius docuit. *Liber Dè Procreatione Liberorum*; quem ait Galenus compoſuiſſe ad Manus noſtras adhuc non peruenit, aliorum necnè, ignoro, ego illum vna cum pluribus recenſui in meridiatione quadam mea Galenica, cuius eſt Index Titulus.

Dè

— *De Interitu Voluminum Galeni.*

Quod Opus Hiſtoricum ſcilicet puræ Narrationis cenſuerint Scioli homunciones eſſe ſuperuacuum, & potius ad oſtentandas vires Memoriæ opportunum. Non equidem fuerit ſuperfluum, quia multa leguntur in hoc Opere meo, quæ in duobus illis libris Galeni adſcriptis nomine non referuntur. Præterea, niſi idem, ſaltem Conſimile Argumentum fuit à Diode Cariſtio, & alijs vſurpatum. Sed nonne fuerit hoc opus inflicta ceruicibus Securis Ignarorum, & Ignauorum Suggeſtiſcientium illorum, qui in Angulis aliorum inſurrantes Auribus, dicebant me eſſe hominem Analphabetum. Poſtremo nonne ſuppeditauerit Materiam ſcribendi viris Doctis? Equidem compoſui ego Phiſiologiam Indiciorum Temperamenti

Liber Autoris.
Eius vtilitas.

A Seminis: & alia quamplura, olfaciens Argumenta ſcribendi ex Operibus Galeni, quæ interiere. atq; ex Recentioribus noſtris idem præſtitere homines Fama Doctrinæ illuſtres aliqui vero ſimpliciter, aliqui Analogicè deſumpſere Argumentum, ſed hæc Doctis duntaxat nota, ſuggeſtiſcientibus ignaris, ignauis Fucis penitus ignota, qui & ipſi iactant ſeſe ſcripturos, hoc autem credere liber, quando & Poma natant, ſed Parturiunt Montes. Conſultius equidem ageretur cum iſtis Phiſicellis, Homullis, vbi ſatagerent ſtudere, legere, intelligere. Scribendi Prouinciam ferre non poſſunt, niſi in Diſciplinis Humanioribus à Pueritia diu, & attente exercitati viri; qui Mente, Iudicio, Memoria, Reminiſcentia vigeant, qui Multum, & Multa legerunt, qui *Philoſophiam* non Seruitia, ſeu Mancipia, ſed liberi, Ingenui ad vnguem quantum licet cognouerunt, atque non il-

Scribēdo qui ſint apti?

B lam decantatam *Principiorum*, ſed illam quoq; Secretam *Spetierum*, cuius nomen parum conſtat, hanc vero nemo habuerit abſq; *Corporea Philoſophia*, ſed hæc alias, vbi per otium, & Aegritudinem liceat, quæ ambo acerrimos experior hoſtes. Vt rem vero vniuerſam in pauca conferamus. Eupogones non Generant, ſed ſteriles exiſtunt, Quia Diſſideant, NATVRA, vel TEMPERAMENTO à Fœminis quibus cum Concumbunt. Quia non ſeruant Conditiones in Concubitu requiſitas Genitali, has autem è Phiſiologia Facultatis Generatricis deſumere oportet, cuius dedit Semina Hippocrates, à nobis exculta, cum talem Phiſiologiam

Eupogones cur ſint ſteriles?

C ad eius mentem conſcripſerimus, & publicabimus etiam Deo fauente Opt. Max. Præterea non omnes Eupogones vigent Facultate Generatrice, aut propter victus rationem ineptam, aut propter alias Cauſſas, & meminerint, qui legunt Concluſionem Coniectoriam non colligi ſimpliciter ex vno duntaxat Signo, at ex Omnibus comparatis, æſtimatis quoq; ſigillatim, demum verò Iudicatis Prudentiſſima Norma, cum Rationis, tum Experientiæ, quæ ſunt OCVLI, MANVS, & CRVRA vniuerſæ Medicinæ Rationalis. Poſtremo ſciant dari Inæqualitatem CONFORMATIONIS, veluti datur etiam Inæqualitas TEMPERIEI.

Ex hiſce omnibus hucuſque declaratis aperte conſtat Obiectionem ſatis com-

D mode poſſe dilui, quæ à Stagyritica ſumitur Dignitate, quæ talis exiſtit.

Primùm igitur ſimilitudo nullum Inditium affert, vt Semen Genitale ex toto corpore ſuccedit. Quandoquidem & voce, & Vnguibus, & Pilis, & Motu ſimiles procreantur, ex quibus nihil proueniat. Nonnulla etiam nondum habent, cum Generant, vt CANOS aut BARBAM.

Ariſt. lib. 1. de Genera. Ani. ca. 18.

Vis Argumenti. Filij naſcuntur ſimiles Patri in BARBA, Quam tamen Pater quando Generat Filium, nondum habet. Pueri intelligunt illico Propoſitionem talem.

Mares IMBERBES Generant.

Nimirum quia Facultas Generatrix temporius accedens præuenit Barbam, quod

eſt

eſt rariſſimum. Aliquæ Virgines etiam concipiunt ante Menſtruorum aduentum primum: quemadmodum Aliquæ Mulieres Concipiunt, quibus naturâ non exeunt Menſtrua. Sed huiuſmodi obiectiones eſſe Nugas Nugarum cognoſcunt viri Docti.

Filij naſcuntur Cæſarici, vel parte BARBAE canitiem repræſentantis. aio, nam & ego in Caproħis medijs, ac ſupra ſuturam ſagittalem, qua Cæſaries in Frontem deſinit obtinuî ab vtero Materno Capillos Canos circiter Decem. Nego tamen hanc eſſe Canitiem veram, & aio eſſe Canitiem Aequiuocam: Vera nanq; Canities aduenit Calore inſito vergente ad Occaſum, & in Aetate ſenili, cuiuſmodi Canitiem, ſcio alias me dixiſſe Canitiem Aetatiuam, quia ætate decreſcente aduenit. Hanc, veluti reliquos affectus ætatis ratione obuenientes, nemo hercle quiſquam valet intelligere, niſi Phiſiologiam obtineat ipſius AETATIS, A
quam Dictionem peræq; omnes pronuntiant, pariter vero, & ignorant. Excipio ſemper viros Doctos. Ego nunquam ſatis quidquam æque ſum admiratus, quam ex Priſcis, aut Recentioribus neminem hanc olſeciſſe, tentaſſe Philoſophiam, illam ego hac hyeme delineaui, ſcripſi, & ex Legibus Reipublicæ Platonis diſtinxi, breuiterq; edidero.

Opus Autoris.

CAP. X. SENES ſunt Aetate ipſa STERILES, ij verò nihilominus exiſtunt BARBATI. B

Poſteaquâm cognitione Reſponſionis ordinem ſemel propoſitum in Obiectionibus poſitis diluendis miſcui, præſtare videtur, offitij rationem quoq; non conſtare: ſubiunxi enim poſtremam Obiectionum duabus Prioribus, itaque ad Antepenultimam refellendam veniamus, quæ talis exiſtit.

Facultas GENERATRIX deſinit ſecundum Naturam, nimirum ſemper, aut ſæpè in Senibus Anno SEPT·VAGESIMO earum Aetatis, qui attamen Senes exiſtunt BARBATI. C

Subijcio nunc Præceptoris Teſtimonium eiuſdem.

Homo Mas ad annum vſque Septuageſimum videlicet Termino vltimo pot.ſt Generare. Fœmina vſque ad Quinquageſimum, verum id rarò; Paucis enim Proles in eo ætatis tempore procreata eſt. Sed magna ex parte Maribus Quintus, & Sexageſimus Annus Finis Progenerandi eſt. Fœminis Quintus, & Quadrageſimus.

Ariſt. lib. 5. de Animal. Cap. 14.

Quam eandem ſententiam retulit in eodem volumine.

Principium, & Finis mulieribus Prolis recipiendæ, Maribus prabendæ Seminis, & Menſtruorum Emiſſio eſt. Sed neq; cum deſinunt, & iam Pauciora ſunt, & inferius. *Quanam ætate incipiant Menſtrua, & Semen, dictum iam eſt. Sed Deſinunt Plurimis Menſtrua circa Quadrageſimum Annum, quod tempus, quæ exceſſerint ijs ad Quinquageſimum ſeruantur, Etiam nonnullæ eo Tempore pepererunt: ſed vltrà hoc tempus nulla poteſt protrahere.* D

Ariſt. lib. 7. Hiſt. Anim. Cap. 5. & 6.

Mares plurimi ad Sexageſimum Generant, quam ſi exceſſerint ad Septuageſimum vſque procedunt: Et iam quidam annos nati ſeptuaginta, Genuerunt.

Ex iſtiuſmodi ſententia colligere poſſe nonnulli forſitan ſibi perſuaſerint BARBAM non eſſe poſſe Notam, Signum, Inditium, vel Partem Indicem Facultatis Generatricis Maſculæ, quando BARBA adſit, neque tamen amplius agat eadem Facultas Generatrix Maſcula. Dixerint, ceſſant Spiritus Genitales, & ſanguis

guis GENITALIS Materia BARBAE, itaq; Barba ceſſare debet, non enim ſublata Materia valet amplius Nutriri; cuius contrarium aſſeuerat ipſa Experientia, videmus enim Senilem BARBAM nouacula ſtrictim ad Cutim attonſam nihilominus reſtitui, licet enim tardius quàm in Iunioribus attamen recreſcit, quod fieri non poſſet, quando Pilus BARBALIS tanquam ex Materia Generaretur ex ſanguine Genitali Maſculo vel ſeminali, & Spiritibus Genitalibus repleto, Vnumquodq; alitur enim ex iiſdem, ex quibus conſtat, iuxta commune Dogma. *Reſponſio.*

Nugaciſſima eſt huiuſmodi Obiectio, & planè infantilis (niſi ego labor turpiſſimè) quam vna hac tolli pariter Obiectione conſtabit cuicunque rudiori etiam A Ingenio. Vaſa ſeminalia, Teſtes ſunt Organa Facultatis Generatricis, quæ amplius in Actum non exeunte, veluti ſenſuum teſtimonio apparet, in ſenibus, oportuerit pariter, cum ceſſet harum Partium Finis, qui exiſtit ſemen parare, ſubminiſtrare parando Materiam, & parato viam in exitum, oportuerit inquam haſce Partes nòn ineſſe ampliùs Corpori, cui inſunt, quando ceſſent earundem Officia. Vtinam qui hoc obiiciunt, ſenes forent, vigerentq; illorum obiectio, quia ſaturno Dexteram coniungere poſſent, reſciſſa quippe illis forent Genitalia.

Mammæ per illos Fœminarum non eſſent Organa Prima Facultatis Nutricis, *Mammæ quid ſit?* conficiendi quippe Lactis Officinæ, quia adſunt Vetulis, amplius nequeuntibus B Generare. Sed nec vterus foret Pars Fæminæ, Generatrici Facultati addi- *Vterus.* cta, quando adſit in Corpore Mulierum, licet per ætatem nequeant amplius Generare.

Atqui vrgebunt, Sanguis Genitalis; vel ſeminalis Maſculinus, quem ego dixi ſanguinem Conſummatum, non eſt Materia Barbæ, quando hic deficiat in ſenibus, attamen eorum Barba attonſa recreſcit. Aio ego nunquam deſinere penitus Actionem Facultatis Generatricis, dum reſtant ipſi Teſtes in corpore; ac licet non Generent amplius Semen Prolificum; attamen Generant portiunculam ſeminis, & Spirituum, ex quibus fouetur ſemper ſanguis Vniuerſus ſenilis, Genitaliſq; propterea, vel ſeminalis dici poteſt. Argumento ſint Vaſa Genitalia, C Teſtes ipſorum Senum, prætereà Arterias Venas delatrices ſanguinis, qui eſt futurus ſemen repletas eſſe.

CAP. XI. *Obiectio à Mulieribus Barbatis.*

REſtant adhuc Obiectiones duæ noſtro Dogmati aduerſariæ, ipſiuſq; veluti falſitatis indices; quarum vna propoſita, & exploſa, mox ad alteram ſtylum conuertam.

D *Mulieres aliquæ ſunt BARBATAE.*

Vires huius propoſitionis nemo non intelligere valeat, ſi ratiocinandi obtinuerit mediocritatem, colligi enim videtur BARBAM non pertinere ad FACVLTATEM GENERATRICEM MASCVLAM. Propterea BARBAM non eſſe INDICEM PARTEM ex Proprijs DIFFERENTIIS ACCIDENTALIBVS Indicantem Quidquã FACVLTATIS GENERATRICIS MASCVLAE. Hoc autem eſt Dogma noſtrum, à nobis quippæ INVENTVM Publicatum, & hucuſque aſſeueratum. Conſulamus itaque huius Propoſitionis veritatem, quæ cum verſetur circa Obiectum Senſus Viſus, ac Tactus, quale exiſtit BARBA, neq; fuerit immenſa controuerſia, neq; laborioſa, neq; lubrica.

Ego,

Philoſophi veri offitiũ.

Ego, ne Aduerſarij videantur indicta Cauſſa condemnari, lubens ipſorum ſubeam onus, atq; Phiſica Fide, Philoſophus enim verus ipſam veritatem ſatagit, cætera negligit, quæ ad illius non pertinent inquiſitionem, nunquam reſpicit Perſonam, ſeu Aduerſarium, niſi cum relatione ad veritatem, quam vt adipiſcatur Philoſophus verus, & aduerſario interdum fauet, legite, audite Auerroũ.

Diſp. Tertia aduerſus Algazelem.

Iuſtum eſt, vt dicit Sapiens, vt Vir afferat Rationes Aduerſario, ſicut affert ſibi ipſi. Scilicet vt inuigilet in perquirendo Rationes Opinionis eius, & concedas ex eis id, quod concedit ſibi ipſi.

Quod agens & meis fauebo partibus, indicans ignauos, & ignaros Fucos, & Suggeſtiſcientes, qui ſecreto auribus nonnullorum inſuſurrantes pinxerunt me hominem Analphabetum, indicans illos turpiter mentitos fuiſſe. Oratio itaque A mea Pugio, & Securis fuerit eorundem transfigens ſpurca Præcordia, atq; veterinis eorundem inflicta Ceruicibus.

Conſulamus iam ſuperioris Propoſitionis veritatem, ex Patrum ingenuo Teſtimonio (quos ætatum conſenſus & Doctos, & Bonos iudicauit) quaſi Lydio lapide, Igne, Incude, Malleo eandem cum æſtimantes, tum dijudicantes.

Hippocrates lib. 6. de Morbis Popularibus ad finem.

In Abderis Phaëtuſa Pythea Vxor priore quidem Tempore Fœcunda erat: quum autem Maritus ipſius in Exilium abijſſet, Menſes multo tempore ſuppreſſi ſunt: Poſtea Dolores, & Rubores ad Articulos oborti ſunt: Hæc autem vbi contigiſſent, & Corpus virile factum eſt, & Hirſuta penitus euaſit, & produxit BARBAM: & Vox Aſpera facta eſt. Et B *quum nos omnia tentaſſemus, quæ ad Menſes detrahendos conferre viſa eſſent, non prodierunt, ſed mortua eſt, quum non ita multo tempore poſtea vixiſſet.*

Idem hoc contigit etiam Namyſiæ Vxori Gorgippi in Thaſo. Viſum eſt autem Omnibus Medicis, in quos ſane ego incidi, vnam ſpem eſſe, ſi Menſes ſecundum Naturam prodirent. Verum & huic prolici non potuerunt, omnia nobis molientibus: ſed paulo poſtea Mortua eſt.

Iam ex Teſtimonio Hippocratis Viri Vetuſtiſſimi, & Ingenui conſtat Mulieres aliquas obtinere BARBAM, has autem ipſe vidit, itaque ſunt hæ Propoſitiones veræ.

Mulieres Barbatæ.

I. *Phaëtuſa Vxor Pythea in Abderis obtinuit BARBAM.*

II. *Namyſia Vxor Gorgippi in Thaſo obtinuit BARBAM.* C

Proſequamur inſtitutum filum dicendi, & accedat, aſcendat Stagyriticum alterum Teſtimonium.

Ariſt. libro Hiſt. Anim. Tertio, & cap. 11.

Pili in Mento Mulieris non prodeunt, niſi interdum Pauci, cum Menſtrui Curſus ſubſtiterunt. Et vt in Terra Caria Mulieribus Sacerdotibus euenire aiunt. Quod Diuinationis Inditium interpretantur.

Plinius vir Offitij amplitudine, atque Ordinis Dignitate, ſed & Doctrina, multipliciq; lectione Autor non contemnendus in hanc ſcribebat ſententiam.

Plinius lib. 11. Hiſtor. cap. 39.

Pubeſcit Homo ſolus, quod niſi contingat, ſterilis in gignendo eſt, ſeu Maſculus, ſeu Fœmina. Pili in Homine, partim Simul, partim Poſtea gignuntur. Congeniti autem D *non Deſinunt, ſicut nec Fœminis magnopere. Inuenta tamen quadam defluuio Capitis Inualidæ, vt & LANVGINES ORIS, cum MENSTRVI CVRSVS Stetere.*

Exſcripſerit Plinius Ariſtotelem, Quid tum? nonne tantus vir propterea ſubſcripſit: Mulieres itaque ex Plinio, & Ariſtotele Præceptore aliquæ producunt BARBAM. Sed Auicennam audite, legite.

Auicen lib. Ter. Fen 21. Tract. 3. cap. 26.

Et quandoque accidit ei in Complexione ſua, cum Retinentur Menſtrua, Quando eſt FORTIS CREATIONIS, cuius Virtus eſt potens ad EXERCENDVM Superfluitatem retentam, vt aſſimiletur viris, & Multiplicentur Pili eius, aut naſcatur ei q. BARBA, & Exaſperatur Vox eius, & ingroſſatur, deinde moritur. Et quandoque peruenit ante

Mortem

Mortem ad Diſpoſitionem, cum qua non eſt poſſibile, vt prouocentur Menſtrua eius: Et plures iſtarum ſunt de illis, Quæ PARIVNT Plurimum.

Hæc ſunt Priſcorum Teſtimonia aſſerentium fuiſſe aliquas Mulieres, quæ obtinuerint BARBAM. Illa enim, quæ leguntur apud Plutarchum de Fœminis Barbatis ad Symbolum pertinent; Viget adhuc noſtra ætate nobiliſſimum Teſtimonium Fœminis quoque BARBAM dari; Præcipua eſt Helena Antonia virgo, quæ alitur nunc apud Sereniſſimam Hiſpaniarum Reginam, Filiam Archiduciſſæ Mariæ Auſtriacæ Græcij. Gisbertus Vuoſſius cum intellexiſſet hoc à me ſuſceptum ſcribendi Argumentum, hæc meis interrogationibus reſpondebat. *Gisbertus Vuoſſius.*

Eccell. Sig. Olmo con pochiſſime parole riſpondo: La noſtra Elena Barbata è addeſſo di *Hiſtoria Helena Antonia Virginis Barbata.*
A *venti anni, di Faccia tota virile, Barba proliſſa ferè alla Cinta, di Color ferè di Caſtagna ſubnigricante, Speſſa, & Piena. Gli è cominciata à ſpuntare à poco, à poco, nel Nono Anno della ſua Età, & marauigliandoſi li ſuoi Parenti, gli faceuano alcune volte rader la Barba, dapoi vedendo, che ſubito ricreſceua di nuouo, la laſciaua coſi, & perche erano poueri la donarono al Sereniſſimo, & Illuſtriſſimo Veſcouo di Leodio appreſſo la Fiandra, chiamato Erneſto Duca di Bauiera, & anco Arciueſcouo di Colonia, quale la preſentò alla noſtra Sereniſſima Arciducheſſa Maria, Sorella di detto Arciueſcouo, & Madre della Sereniſſima Regina di Spagna Margarita appreſſo quale Sereniſſima Regina detta Elena è già parecchi anni.*

B *I. La Barba ſua è Speſſa, Piena, & Folta, coſi anco gli Moſtacci ſopra la Bocca, & dalla banda gli Peli delle Guancie, & di ſotto il Mento.*

II. Il Petto è poco creſciuto.

III. Gli Menſtrui ſuoi fino addeſſo non ha hauuto.

IIII. Viue però ſaniſſima ſenza alcun trauaglio del mondo.

V. E di buoniſſima Natura, & molto Amoreuole, & quieta, di Ingegno aſſai capace, non però molto ſottile.

VI. E di Statura Mediocre, di Forma Quadrata, e molto bene proportionata.

VII. La Natiuità ſua, ò Hora non ſa lei iſteſſa, ne ſi può ricordare.

C *Sè V.S. Eccellentiſſ. deſidererà ſaper più, mi potrà auuiſare à Milano, doue vò di lungo con la Sereniſſima noſtra Regina, & ſua Sereniſſima Madre. Di Gratz. 15 ey.*

Huius virginis Effigiem Typis æreis excuſſam, & vendibilem vidimus, emimusq; Brixiæ anno 1597. ſub cuius Icone ſtant hæc verba.

Helena Antonia nata in Archiepiſcopatu Leodienſi Aetatis ſuæ 18. A Sereniſſima Archiduciſſa Auſtr. Maria Vidua Gracij educata.

Retulit præterea mihi Ioannes Ludouicus Buſi Nouellarienſis, & Gentis origine Brixienſis Ciuis, Canonicus Collegiatæ D. Stephani Oppidi iam nominati, Vir cum Doctrina, tum ipſa Morum, & Vitæ totius integritate ſuſpiciendus, dum foret adoleſcens, habitaſſe Mulierem Nouellariæ, Matrem cuiuſdam lanij, quæ *Io. Ludouici Buſi Teſtimonium.*
D erat Barbata, Patria illi erat Scandianum Oppidum. Hæc ſunt ex grauiſſimorum virorum Fide Teſtimonia deſumpta, quibus par eſt homines credere ingenuos. Quorſum enim huiuſmodi Mortales mentirentur?

Subijcio nùnc, quæ ſenſibus meis planè cognoui, vidi ego mulierem circiter Quadragenariam, Temperiei Calidæ, ac Humidæ, Habitus Carnoſi, & mollis, præpollebat enim Humor, Fœcundam, quæ anno circiter trigeſimo ſeptimo ſuæ ætatis ſubbarbium produxit. Hoc autem habuerit propter Magiam Naruralem, Menſtruorumuè ſuppreſſionem, aut aliam Cauſſam, ignoro. illud addo, ſubbarbium Proximum fuiſſe ipſi mento, vt Apicis eiuſdem confinia extrema attingeret. *Teſtimonium Autoris.*

Iacoba Nigra Bernolda Nouellarienſis.

Mulier Barbata. *Viuit adhuc Iacoba filia Ioannis Nigri Vxor Martini olim de Bernoldis Nouellarienſis, quæ peperit, nunc annorum circiter 50. hæc Barbam cum in mento, tum in labio ſuperiori obtinet ſatis Denſam; liberaliter admodum excreuiſſet, niſi ſuſpicioſa mulier omni caueret ingenio. Quapropter ſubducit ſeſe ab hominum catu, familiaribus duntaxat vtens, atque vbi contingat prodire vel Sacrorum, vel cuiuſuis alterius vrgentis negotij cauſſa, velat has Faciei partes.*

Maria Pellegrina Nouellarienſis.

Puella Barbata. *Huic integerrimo Teſtimonio ſubijcio illud Nobiliſſimum, ad aſſeuerandos Naturæ ipſos RECESSVS ab eo, quod frequenter contingit ſacerrimum, & prorſus Eximium. Maria Filia Melchioris Pellegrini menſe Decimo ſuæ ætatis obtinuit PVBEM, atque BARBAM. Pili erant nigri, Craſſi, Duri, Frequentes ſed Paruuli Puella hæc obtinuit Habitum Corporis Carnoſum, at compactum, Vocem virilem, Thoracem, Caput, magna, Dorſum Pilis obſitum habuit, ſtatura eidem fuit Procera, nam ferè Biennis Duos Cubitos liberaliter aliquantum excedebat, quo anno (niſi memoria labor) etiam obijt. in alimento Vorax. hanc vidi ego meis oculis, atque tractaui quapropter credere oportet viro ingenuo Plinio ita narranti vos audite, legite.* A

Plinius lib. ſeptimo Hiſtoriarum. Cap. Decimoſexto. *Inuenimus in monumentis Salamine Euthimenis Filium, in Tria Cubita Triennio adoleuiſſe, inceſſu tardum, ſenſu hebetem: & iam PVBEREM factum, voce Robuſta, abſumptum contractione membrorum ſubita Triennio circumacto.* B

Ipſi nos pridem vidimus eadem fermè omnia præter Pubertatem in Filio Cornelij Taciti Equitis Romani Belgica Galliæ Rationes procurantis. Ectrapelos Græci vocant eos: in Latino non habent Nomen.

Et hæc ſunt, quæ ferè aduerſus Dogma noſtrum in eius confutationem poſſunt adduci, & recenſeri.

Omninò quæcunq; hactenus relata fuere (aut ego inſanio) tantum abeſt, vt quicquam obſint Dogmati noſtro, vt eidem potius maxime proſint aſſeuerando, confirmando, quod viri Docti ſatis intellexerint, ſunt autem tales, qui Phiſiologiam PRINCIPIORVM SPECIFICORVM ſcilicet Maris, ac Fœminæ prætereà & FACVLTATIS GENERATRICIS HVMANAE cognoſcunt, viri liberaliter, non ſeruiliter Philoſophantes. Qui autem . . . . . . Ariſtoteli longius abeant, at ne longum faciamus. Hoc nonne eſt Axioma omnibus receptum? C

Illud, quòd fit ſemper, aut ſæpe, eſt ſecundum Naturam. BARBA in Mulieribus neque fit ſemper, neque ſæpè, quantum ego interea temporis cognoſcere potui.

Nonne itaque Pueriliter argumentantur ab Eo, quod non eſt ſecundum Naturam? ſed omnes admirationis (loquar modeſtè) excedit limites, quomodo ſibiipſi fingant ratiocinari poſſe ab Eo, quod Rarò contingit, aliquoties poſito, ad Deſtruendum quod fit ſemper, aùt ſæpe. At Philoſophemur aliquatenus, non enim Omnia in omnibus docere licet, alioqui Mare Cœlo miſceremus, & ſurſum deorſum omnia. Legite, audite. Hæc interim ego accipio tanquam veriſſima, quicquid alij ſentiant, innixus Phiſiologiæ Principiorum ſpecificorum integerrimæ. D

Documentū *Mulier obtinet Facultatem Generatricem, & concurrit (vt aiunt) Actiuè ad opus Generationis.*

Men-

Menſtrua obtinent propterea Facultatem Generatricem Characteriſticam à Teſtibus, & Vaſis Genitalibus demandatam.

Noui quid ſcripſerit Auerrous Collectaneorum Sect. Prima De Sanitatis Functionibus, Cap. Decimo. Sed hic vir nutauit in Phiſiologia Principiorum Specificorum; Ariſtoteli nimiopere addictus, cum ſcripſerit, illum ſupremam fuiſſe Naturæ Metam. Quæ Propoſitio, vt accipiatur ſolum in Phiſico Negotio, eſt BLASPHAEMIA in ipſam NATVRAM. Ego firmiter credo Genitalia Vaſa Teſtes Fæmineos eſſe ab ipſa Natura conformatos propter *Seminis Fæminei Generationem, atq; Spirituum Genitalium Fæmineorum*, quæ ambo vna cum Semine Maſculo, atque Spiritibus Genitalibus Maſculis commiſcentur in vtero, vbi vtrunq; Principiorum Specificorum ſcopus Vnus, Fœtus conformatur; optimeq; ſibi obiecit Auerrous in eodem Capite. *Auerroi Blaſphæmia.*

A

Dices verò aliquis, Neutrum horum ſuas Functiones agere (loquebatur de Semine Virili; & Muliebri) niſi prius ſit mutua commiſtio, atque Temperatura, aliamq; Formam, ac Conſtitutionem ſint conſequuta. *Auerrous.*

Quæ omnia interim per ſuppoſitionem accipitote; ſi negaueritis, vos non eritis Phiſici, qui à Galeno, & alijs plura, & infæliciora per ſuppoſitionem accipere ſoletis. Peruicacibus dictum non eſto, alloquor Ingenuos, non Cathenatos homines: neque ſunt mea Dicta Regia Edicta, relinquantur, veluti relicti ſunt mortales in Manu Conſilij ſui: nunc legite, audite Hippocratem.

B

In Abderis Phaëtuſa Pythea Vxor, priore quidem Tempore FOECVNDA erat: Quum autem Maritus ipſius in Exilium abyſſet, MENSES multo Tempore SVPPRESSI ſunt: Poſtea DOLORES, & RVBORES ad ARTICVLOS oborti ſunt. Hæc autem vbi contigiſſent. Et Corpus virile factum eſt, & Hirſuta penitus euaſit: & Barbam produxit, & Vox Aſpera facta eſt. Et cum nos omnia tentaſſemus, quæ ad Menſes detrahendos conferre viſa eſſent, non prodierunt, ſed mortua eſt, quum non ita multo tempore poſtea vixiſſet. *Hippoc. lib. 6. M. vulg. Sect. Oct.*

Hæc vna eſt ex Hiſtorijs Singularibus, nimirum Aegrota, quam Præceptor Hippocrates curandam obtinuit, habuit. Enarrabo hanc Orationem, ſed More meo, quem à Puerulo, Ratione Duce, fui ſemper ſequutus. In ipſa Oratione Duo ſunt præcipua. *Mos Auctoris.*

C

I. *Narratio eorum, quæ pertinent ad Aegrotam.*

II. *Actio Medici, nimirum Hippocratis.*

In ipſa Narratione, vel Hiſtoria ſunt, quod ſpectat ipſius ad mulieris priorem ſtatum vanitatis; quod reſpicit eandem Aegrotantem: hæc autem omnia logicè digeram, ſcilicet per Propoſitiones.

Prioris Ordinis Vnica eſt, ſingulareſq; Propoſitio talis.

I. *Phætuſa in Abderis Vxor Pytheæ erat priore quidem Tempore FOECVNDA.*

D

Alterius ordinis verò hæ leguntur Propoſitiones.

II. *Maritus Phætuſæ abijt in Exilium.*

Hæc Propoſitio videbitur Nouitijs prima Facie admodum extra Negotium Phiſicum poſita, cum reſpiciat duntaxat (veluti apparet) Politica Inſtituta: Veruntamen, vt ſit Hæc Propoſitio Politica, pronuntiata fuit ab Hippocrate, quia maximè cohæret Phiſicæ Hiſtoriæ, veluti declarabimus. Tertia propoſitio exiſtit.

III. *Phætuſa Pythea à Marito in Exilium profecto paſſa eſt MENSTRVORVM SVPPRESSIONEM.*

Hippocrates addit Circunſtantiam hanc. *Multo Tempore.* Non equidem vt inſinuaret ipſum Tempus, quaſi Cauſſam Agentem; Quantitatis enim Actio

nulla eſt: ſed vt Vires Menſium ſuppreſſorum indicaret. Quarta propoſitio ſuccedat.

IIII. Phaetuſa Pythea Vxor à Marito in Exilium profecto, antea Fœcunda, poſt Diuturnam ſuppreſſionem Menſium paſſa eſt Dolores, & Rubores ad Articulos.

Hæc autem vbi contigiſſent, *Corpus factum eſt Virile*. Huiuſmodi propoſitio eſt Vniuerſalis, quam declarant meo iuditio ſubſequentes.

I. Phaetuſa Vxor Pythea facta eſt penitus Hirſuta.

II. Phaetuſa Vxor Pythea produxit Barbam.

III. Phaetuſa Vxori Pythea Vox eſt facta Aſpera.

Ommiſſa ab Hippocrate. Hæc ſunt narrata ab Hippocrate pertinentia ad Morbum huius Mulieris. Quæ omiſit fuere illa eximia. *Aetas, Temperies, Habitus Corporis, Dolorum Species, Accidentales Differentia Pilorum*, & *Barba*. Hic tamen vir cenſuit, docuit omnia eſſe animaduertenda: ſed hunc Memoriarum librum ſibi, nō autem Omnibus ſcribebat. A *Excuſatur Hippocrates.*

Tranſit mox ad Actionem Senex, in qua duo ſunt. *Curatio & Exitus Curationis* Sèd ambo Generatim indicat; non tractat ſigillatim: Præſidium refert Nullum. Genus Mortis etiam tacet.

Animaduerto in Hiſtoria Phaetuſam extitiſſe *Fœcundam*, ac vt loquar Genericè, (non poſſum enim philoſophari iuxta Naturam propriam INDIVIDVALEM, & Characteriſticam ipſius phaetuſæ,) obtinuit fortaſſe hęc Mulier Vteri, atq; adeo Teſtium, & Genitalium Muliebrium ſcilicet omnium Temperiem Calidam, & Humidam, cuiuſmodi Temperamentum ſi quid aliud eſt Fœcundum, & abundat nedum SEMINE, ſed Spiritibus etiam GENITALIBVS, vel SEMINALIBVS, taliſq; ſanguis eſt vniuerſus, nam perfunditur ſpiritibus omnium Principiorum ſanguis, ſcilicet Cerebri, Cordis, Iecoris, Teſtium vtriuſq; ſexus. B

Menſtruorum ſuppreſſorum fueritnè Cauſſa vna, vel plures ignoro. æque an originem duxerint ab Animo, A Corpore ſeparatim? an ab vtroque *coniunctim?* Quænam Cauſſarum obtinuerit Vires potiſſimas? dicat mihi homo, & erit mihi magnus Apollo.

Vnum hoc ſcio certe, ſanguinem fuiſſe Copioſum in Corpore, venis & partibus Phaetuſæ ob diuturnam Menſtrui ſuppreſſionem, eundemq; eiuſdem Phaetuſæ ſanguinem fuiſſe maxime SEMINALEM, vel dicas GENITALEM, repletum ſcilicet ſpiritibus Genitalibus, Seminalibus liberaliter: Quia non vtebatur viro, Quia primùm erat Fœcunda. Hoc eſt Inditium, & ſignum. Illud eſt Cauſſa. Mulieres in Venerem putres obtinent ſanguinem, ac Menſtrua, quibus ineſt parcior Copia ſpirituum Genitalium, eorundeq; tenuium, vel infirmiſſimorum: atq; magis vbi Genitalia habuerint Frigida, aut Sicca. C

At ſilentium veneris refrigerat Vterum, quia Coitus ipſum excalfacit. Veræ ſunt equidem generatim pronuntiatæ hæ propoſitiones, at ſunt Lubricæ, & Character Indiuidualis plurimum refragatur. Eſt vbi ſilentium Veneris Refrigeret, eſt vbi Calefaciat, Quid mirum? Non omnia comburit Ignis: (ait præceptor Scaliger meus) non enim Aurum, Non omnia liquefacit: non enim oſſa. Non omnia in Cinerem ſoluit: non enim Aquam. Etiam Refrigerat, quia humidum educit Calor, atque ideo Calorem extinguit, veluti in Putrefactione. Item per Antiperiſtaſim vt in Locis ſubterraneis Aeſtate; Etiam perficit opus Contrarij ſui: Nempe Aqua lauat lintea vulgaria. Nihilo peius Ignis Linum Asbeſton. D

Ariſt. lib. Tertio de Genera. Anim. cap. 1. Noui & ego quæ ſcripſerit vir Stagyrites, audite, legite.

Omnino in Auium Genere, ne ea quidem Oua, qua per Coitum oriuntur, poſſunt magna ex parte augeri, niſi Coitus Auis continuetur. Cuius Rei Cauſſa eſt, Quod vt in

MV-

MVLIERIBVS Coitu Maris detrahitur Menſium Excrementum, (Trahit enim Humorem VTERVS TEPEFACTVS, & MEATVS APERIVNTVR) ſic in Auibus euenit, dum paulatim Menſtruum Excrementum accedit, quod foras decedere non poteſt, quoniam parum eſt, & supernè ad Cinctum continetur, ſed in vterum ipſum collabitur. *Vterus calefit a Coitu.*

Animaduertas hunc virum ſenſiſſe, Vterum Calefieri à Coitu. Quomodo autem id fiat non docet, ego docui ſuperius in refellenda opinione Lucretiana. Sed hæc non eſt Doctrina Ariſtotelis, at Hippocratis, Platonis, quam accepit, veruntamen reddere noluit. Homo hic neminem vnquam citauit niſi ad confutandum, aut deridendum eius Opinionem: nunquam alterius ſententia ſuam voluit aſſeuerare, aut leuiora fuere, quæ aliorum natrauit, aut Obſcura, quæ dedignatus fuit interpretari. Sed hæc alias, vos audite, legite Hippocratem, vnde ſumpſerit ille. *Ariſtotelis aſtutia.*

A

Et vbi peperit Mulier Principio Motus facto, lac in Mammas ipſas procedit, ſi Lactauerit, ſic enim res habet. Dum Mammæ lactant, ac exuguntur, Venulæ in Mammas Ampliores fiunt: Ampliores autem factæ à ventre Pinguitudinem trahentes, in Mammas diſtribuunt. *Hippoc. lib. de Natur. Pueri Tex. 22.*

Nam & vir ſi multum Coëat, Venæ Ampliores redditæ, Venerem magis inducunt.

Hinc deſumpſit bonus Ariſtoteles, ſed & à Platone per Argumentum à Contrario legas Platonem) iſthæc.

B

Quæadmodum Puellæ concumbunt Libidinoſiores euadunt, & Mares ſiue altera parte, ſiuè vtraq; minùs cauerint, propenſiores eodem efficiuntur. Meatus enim Laxantur, redduntq; eò Corpus Lubricum: Et ſimul Voluptatis, quæ olim geſtirent, memores, Deſiderio mouentur præteritæ Contrectationis. *Ariſt. lib. 7. Hiſt. cap. 1.*

Sed audite, legite alterum Hippocratis locum vnde fuerit ipſe Stagyrites mutuatus illa omnia, quæ pertinent ad hoc negotium.

Cæterum virum adire ipſam oportet poſt adhibitam Curationem, Deſinentibus, aut Inchoantibus Menſibus. Optimum eſt etiam, vbi quieuerint. Maximè verò in his Diebus experiendum eſt, An Prægnans fieri poſſit? Hi enim ſunt Opportuniſſimi. Si verò non ſtatim Concipiat, & reliqua benè habeant, nihil prohibet, etiam alijs Diebus cùm viro Coïre. Nam hæc Exercitatio Alacritatem ipſi inducit, & VENVLAE hinc laxantur: Et ſi ea, quæ à viro prodeunt concurrerint ſecundùm Rectitudinem, cum eo, quod à Muliere, citiùs Concipiet. *Hippoc. lib. 1 de Morb. Muli. Tex. 33. Tex. 34.*

C

Eſt itaque Coïtus Partium Genitalium vtriuſque Principij Exercitatio, quapropter incaleſcunt, & laxantur. Per argumentum à Contrario Silentium, & Ceſſatio Coitus vterum conſtrinxerit, Venasq; & Vaſa eiuſdem. Non itaq; mirum ſi Phaetuſa Pytheæ ob ceſſationem à Concubitu, & Animi ægritudinem quoque, cum eiuſdem Pythea Coniux in exilium fuerit profectus, Menſtruorum Suppreſſionem diuturnam ſit paſſa, Quæ fuit Radix & Crypta omnium Affectuum præter naturam, quibus vixit obnoxia, & commorientibus. *Coitus.*

D

Arbitror ego Phaetuſam obtinuiſſe Cerebrum, Cor, Iecur, & Calidum, & Humidum, inculpatæq; ſanitatis extitiſſe Mulierem. Argumento ſint Dolores, & RVBORES, qui ad Articulos oborti fuere, Indicant enim Plenitudinem ſanguinis eiuſdemq; ſpiritibus abundantis. Non enim ſubſtitit in ipſo Thorace, nimirum inter Alas, & Inguina, ſuccendens Febrem, ſed ijſdem agitabatur, & quaſi Erro petijt Corporis ambitum & Cutem ſcilicet aptus Trāſpirationi iuxta, Oeconomiamq; Naturæ. *Coniectura Authoris.*

Cur ſanguis exundans petierit Articulos? Reſponſio Duplex poteſt dari. Vna iuxta Genericam Partium Corporis Phiſiologiam Altera inxta Indiuidualem,

Cha-

Characteriſticam Propriamq; naturam Aegroti. Priorem tradiderit quiuis Doctus Phiſicus Alteram Phiſicus Doctus, & qui nouerit Characterem Indiuidui; cuius eruendi leges dedit Hippocrates, at non obſeruantur à Popularibus Ingenijs. Nemo tamen potuerit vnquam rite mederi, niſi quantum licet naturam ipſius Indiuidui, cui medetur, exacte cognouerit, vel cognouiſſe idem ſategerit, alioqui peccat Medicus cum Phiſicè, aut Medicè, tum etiam Religioſè; aut Chriſtianè. Homicidijq; Reus plerunq; fuerit. Vos qui legitis, auditis, Cauetote.

Medicorũ error.

Hoc vobis ponatur Axioma.

Axioma.

Illa eſt ſalubrior Morbi cognitio, quæ proximius attingit naturam Indiuidualem Characteriſticam.

Propterea ſcripſit Hippocr. lib. 1. de Morbis Popularibus ſectione Tertia. A

Morbos dignoſcimus edocti ex Communi omnium Natura, & ex Vniuſcuiuſq; Propria.

Satagamus itaq; omnes vt hominem Generatim cognoſcamus, ſed & ſigillatim hominem Indiuiduum. Veruntamen hæc alias, nam Caracteriſmi Indiuidualis Phiſiologiam, eiuſdemq; indagandi modum pro imbecillitate noſtri Ingenij iuxta Priſcorum Principia olim Iuniores adhuc indicare ſumus conati in opere peculiari, quam phiſiologiam nemo ſatis valeat forſan intelligere, niſi prius cognouerit *Philoſophiam noſtram De Accidentibus vltimis*, breui publicandam, ſi Diuina fauerint. Sed orationem inceptam proſequamur. In articulis, vel ad articulos Phaetuſam perpeſſam eſſe DOLORES, & RVBORES non eſt admirandum, vos legite, audite. B

Opus Autoris.

In Manibus, Pedibusq; Articulorum vitia Frequentiora, Longioraque ſunt. Quæ in Podagris, Chyragriſuè eſſe conſueuerunt. Ea rarò vel Caſtratos, vel Pueros, ante Feminæ Coitum, vel Mulieres, niſi Quibus MENSTRVA SVPPRESSA SVNT: tentant, &c.

Cornelius Celſus libr. Quarto ſuæ Medicinæ. Cap. 24.

Naturam articulorum obnoxiam eſſe vel Cacochymiæ, vel Plenitudini excipiendæ nemo non intelligit, qui Phiſiologiam, ſeu Philoſophiam Corporis humani probè cognouit. Sunt oſſa, Cartilagines, Ligamenta, Capita, Fines Maſculorum, Pituita, vel humor articularis, qui proportione reſpondet Humori Saliuæ, quantum pertinet ad Humoris Articularis officium, Motus. expendite ſigillatim, & coniunctim iſthæc omnia, poſtmodum iudicate num Articulorum natura ſit obnoxia Plenitudini, Cachomiæuè recipiendæ Erroni? loquor ſemper Generatim reſpiciens Phiſiologiam Corporis humani; non autem Corporis humani puta, A, vel B, vel, C. vos mementote. C

Hæc autem ubi contigiſſent Corpus factum eſt VIRILE. Hirſuta penitus euaſit, & BARBAM produxit, & Vox aſpera facta eſt.

An in hoc ſit contextu Propoſitio Generica, vel vniuerſalis vna, & Propoſitiones particulares Tres, illam Priorem vniuerſalem explicantes? ſanè ita ego ſentio, num & ſanus? ita digero. D

Phaetuſa obtinuit propter ea, quæ dicta ſunt Corpus virile. Sed Quomodo, & Quatenus indicant hæ propoſitiones.

I. Phaetuſa euaſit penitus HIRSVTA.
II. Phaetuſa emiſit BARBAM.
III. Phaetuſa Vox facta eſt ASPERA.

Ad naturam itaque MASCVLAM, ſeu Virilem pertinent Vox. Pilus. BARBA. num & alia requirantur, non eſt huius loci docere, neque dicere. Phaetuſæ Corpus eatenus factum eſt virile, quatenus obtinuit iſthæc Tria, Notas, Indicia, ſigna Naturæ Maſculæ. Hieronimus Mercurialis, qui Adnotationes in Libros

bros Hippocratis edidit, ad hanc Phaetuſæ hiſtoriam non grauatus eſt importunam quorundam hominum interea mihi ignotorum Doctrinæ ſatagentiam his penitus verbis confutare.

Adnotatio 19. Hyeronimi Mercurialis in Sextum Epidemiorum.

In Abderis Phatuſa.) Fuerunt, qui ex hoc loco confirmare auſi ſint, Mulieres interdum verè viros euadere, ſed quàm ineptè, vnuſquiſq; intelligere poteſt, qui hanc Hiſtoriam, vel ſuperficietenus conſideret. Nam id exploratum apud omnes habetur, interdum Mulieribus ob Menſtruorum ſuppreſſionem eos Humores per vniuerſum Corpus fundi, ſicq; Pilos, A *& Barbam oriri, ſimulq; vocem, & alia contingere, quæ viris innaſcuntur non tamen verè eas fieri viros quiſquam mentis compos dixerit.*

Marcus Antonius Vlmus Patauinus.

Aliud eſt viriles fieri, aliud viros fieri. Prætereà diſputandum eſt primò. An detur Mutatio Sexus?

Sed & aliud videndum eſt. Iſti ſcioli, qui hæc ineptè ſatagunt legant Plinij, Pontani Teſtimonia. Præterea conſulant Filium Aromatarij, ſeù Pharmacopolæ Ro-
B mani, qui tabernam habet, & habitat Romæ. *A Torre Sanguigna riſcontro l'Hoſteria del Caualetto.* Hic enim ex Fœmina (vt aiunt) circiter Menſtruorum Eruptionem factus eſt Maſculus, quem ego Vidi Romæ Anno ſuperiori, at Imberbem, veſtitu Maſculo indutum, Pectus Tumens habentem veruntamen hæc non ſunt huius negotij, ſufficiat indigitaſſe, & illud adnotaſſe, Differre iſthæc. Corpus virile fieri; virum fieri. Pertinet hoc ad Genitalia Organa. Reſpicit illud Conſequentia tantum, vel Coniuncta vt plurimum ſexui Maſculo, Genitalibusq; Organis Maſculis.

Duo ſunt difficillima, niſi ego inſanio, in hac Phaetuſæ hiſtoria, ambo pertinentia ad Coniuncta, ſeù Conſequentia ſexus Maſculi Hirſuties, & Barba
C Vocis aſperitas Qui ambo ſunt Effectus Menſtrui ſanguinis ſuppreſſi, ac propterea in Corpore exundantis. *Opus Autoris.*

Conſultò relinquimus Vocem Aſperam factam, non enim pertinet ad negotium noſtrum, ſed potius ad Phiſicum, Phiſiologiam vocis, & Sermonis profitentem, de quibus ego ſcripſi in Libro. De Vocis Indiuidualitate.

Effectus alter, qui eſt Generatio Pilorum Barbæ, ac reliquorum, pertinet ad rem noſtram. Quomodo contigerit, Phiſici noſtri non diſputant, qui ſequuntur Phiſiologiam pilorum à Galeno traditam, dicentis Pilos naſci ex Excrementis Coctionis Tertiæ, Fumo, Fuligine, vapore neſcioquò Commentitio.

D Ego phiſiologiam penitus Diuerſam à Galenica publicabo veterum doctiſſimis innixus veſtigijs, præterea Senſibus, & Rationi, & proximè ab hoc opere illam excudendam curabo, niſi quid refragetur; Credo ego Pilum eſſe partem humani Corporis ex ſanguine Genitam, & altam non ſecus, atque reliquæ partes Generantur, Aluntur. Excrementa Coctionis Tertiæ eſſe Materiam pilorum (niſi ego turpiter labor) purum, putum ſomnium exiſtimò, aut qui contra ſentiunt Lyncei ſunt, ego hebes ſenſuum, niſi & Hypſea Cæcior, vel ij alios obtinent ſenſus. Vniuerſam enim pilorum phiſiologiam Senſu, ac Ratione definire tentabo.

Hac hiſtoria illos monitos oportuit pilos generari ex Sanguine, tanquam ex Materia, & ex Sanguine non Excremento, ſed Bono, niſi & Optimo, quandota-

lis erat Phaſtuſæ, veluti par eſt conijcere ex illius Hiſtoria.

Si enim Cacochymus extitiſſet, aut vitioſus hæſiſſet in Præcordijs, vel inter Alas, & Inguina ſubſiſtens putredinem concepiſſet, atque Febrium aliquod Genus peperiſſet.

At ſanguis Phaſtuſæ Aërea ſubſtantia, & Spirituoſa repletus, GENITALIBVSQ; SPIRITIBVS, vel SEMINALIBVS perfuſus, fuit enim cum Coniuge FOECVNDA, Cutaneam Regionem petijt, quo, vtens, Materia, Facultas Formatrix Pilos, & Barbam produxit, gignit.

Scitiſſimum. Obſtinati nonnulli recuſabunt hoc Dogma, ne videantur antehac temporis male ſenſiſſe, ignorantiaq; deceptos fuiſſe. At heus vos Dediſcere Falſum, eiq; renuntiare, non eſt Ignorantia, at Scientia, vel apparatus ad ſcientiam conſequendam: honeſtum itaque eſt dediſcere Falſas Opiniones, & via ad veritatem cognoſcendam. Contra verò Turpiſſimum eſt dediſcere nolle Dogmata Falſa, quapropter aditus præcluditur intelligendæ veritati. Nullo autem pacto ſapiens quiſquam eſt, ſi non veritatem mente contingat, Deus autem veritas eſt, atque inter Stultitiam hominis, & Synceriſſimam Dei veritatem Medium quiddam interpoſitam eſſe hominis Sapientiam ſcripſit Diuus Auguſtinus præceptor meus libro Dè Vtilitate Credendi ad Honoratum. Cap. xv. A

Obiectio. Vrgebunt Obiectionibus. Menſtruorum ſuppreſſio viſitur frequenter, attamen, hæc ſymptomata non ſuccedunt.

Equidem: Nam vt ait vetuſtiſſimus Hippocrates, Differt Corpus à Corpore. B

Reſpõſiones. Præterea, Menſes Muliebres non ſunt vnius, ac eiuſdem Ordinis, vel Gradus, aliqui dantur vitioſi, & Cacochymi: Qui non poſſunt eſſe Materia pilorum.

Adhuc propter Generationem Pilorum, & Barbæ non requiritur duntaxat Materia, ſed & aliæ Cauſſæ.

Vlterius neq; ſanguis quilibet, vtcunq; Bonus eſt apta Materia Pilis Generandis: Oportet equidem eſſe talem, ſed etiam repletum liberaliter Spiritibus GENITALIBVS, ſiuè SEMINALIBVS: Quapropter oportet eſſe Mulieris, quæ obtineat Genitalia Fœminea, TESTES ipſos CALIDOS, & HVMIDOS, quæ Temperies Fœminarum eſt maximè GENITALIS, qualis erat fortaſſis, vel eſſe debebat ipſa Phaſtuſa, erat enim FOECVNDA. propterea loquens Auicennas de Mulieribus aptis incurrere huiuſmodi Adnexa virilis Sexus, nimirum Hirſutiem, Barbam, Vocem aſperam ſeù virilem, propter Menſium ſuppreſſionem dicebat. C

Auicennas. *Et plures iſtarum ſunt de illis, quæ pariunt plurimum.*

Obiectio. At dixerint. Dantur Mulieres obtinentes Genitalia, Teſtes ſcilicet Calidos, Humidos, menſes ſanguineos optimos, qui ſi ſupprimantur, non attamen videmus, euenire, vt gignant ipſam BARBAM.

Reſponſio. Lubens concedo, & dixero: hoc euenire quia Veneri indulgeant, vel præterito indulſerint tempore liberaliter, quapropter illarum ſanguis Menſtruus retentus non abundat SPIRITIBVS GENITALIBVS, vel SEMINALIBVS, cuiuſmodi ſanguis eſt Materia Barbæ. D

Aut ſi talem obtinuerint ſanguinem, ſpiritus digeruntur inſenſibiliter, aliouè traducuntur, vel plantaria Barbæ non ſunt apta eandem generare.

At obijcient adhuc Maleuoli. Mulier Phaſtuſa facta eſt Hirſuta, ex ſanguine Menſtruo Genitali, ſpiritibus nempe Genitalibus, vel Seminalibus largè perfuſo. Itaque non Barba ſola, non Pubes tantum fit ex huiuſmodi ſanguine, tanquam ex Materia, ſed & Pili cæteri ambitus Corporis. *Obiectio.*

Pueri

Pueri non vident ſe arguere ab eo, quod eſt præter Naturam. Quod enim fit rarò, illud non eſt ſecundum Naturam, ſed illud quod fit ſemper, aut ſæpe. Naſcuntur Sedigiti, Monoculi.

CAP. XII. Eunuchi, qui facti ſunt poſt Barbæ, ac Pubis eruptionem, ſunt BARBATI, atque PVBEM retinent.

A XIphilinus ex Dione Nicæo in Seueri Cæſaris vita, dum referret Plautiani eius Præfecti feram Tirannidem, ſcribit in hanc ſententiam. *Quanquàm, & illud addendum, Centum Ciues Romanos Nobiles viros Domi ab eo Exciſos eſſe, id quod nemo noſtrum, antequam ipſe moreretur, intellexerunt. Quibus ex rebus percipi poteſt, quanta fuerit Hominis Peruerſitas, atque Potentia, Excidit autem non ſolum Pueros, & Adoleſcentes, ſed etiam Viros, quorum nonnullis Vxores erant, idq; fecit, vt Plautilla Filia eius, quam poſtea Antoninus Vxorem duxit, haberet Magnum Eunuchorum Famulatum. Nos quidem eoſdem Homines, Eunuchos Maritos: Patres Priuatos Teſtibus: EXECTOS, & BARBATOS vidimus.*

B Ariſtoteles negauit aliquot in locis, & à me iam relatis (niſi fallor) dari EXECTOS, & BARBATOS, cuius tamen Scriptura à Senſu, cui Teſtimonium Dionis innititur, iugulatur. Sed & ego aio, Dionem Veritatem protuliſſe, qui viderim Homines Barbatos Exectos adempta etiam Vniuerſa virilitate, nimirum Phallo, ac Teſtibus, eos nihilominùs remanſiſſe BARBATOS: cum Ariſtoteles ſcribat id generis Exectis BARBAM decidere, quod hactenus mihi videre, & obſeruare non licuit, fortaſſe Ariſtoteles hoc Exſcripſerit innixus Fidei alterius, qui ſcripſerit: aut, nè partiamur Ariſtotelis violari dignitatem, vtentes hac alia MACHINA, vel PROELO, aut inquam huiuſmodi Symptoma contingere ſolebat illo Tempore, vel in illa Regione, vel in illo Cœli Statu, & ſi quæ alia ſubſit

C Cauſſa. Rideamus, & Rideamur, vita eſt ſcœna interdum, vſqueadeo miſeri decipimus noſmetipſos à vera, quæ eſt, vita decrrantes.

Omnino ſi Pili Barbales Corporis noſtri exiſtunt Partes, veluti ego ſentio, dicant Aduerſarij, Eadem ex Materia ex qua Generantur, Nutriuntur. At cum non adſit ſanguis GENITALIS, vel SEMINALIS propter ablationem Organorum, & Officinarum ſeminis, veluti apparet ex relatis, ac poſitis, ex tali non Nutriuntur ſanguine GENITALI, vel SEMINALI, itaque ex Alio, quapropter ex Alio etiam Generari poſſunt, vel Generantur, non ex Seminali ſanguine, ſeu Genitali. *Obiectio.*

Sed hunc Vliſſem, aut Sinonem, non Achillem, aut Aiacem iugulemus, neque

D Pugione illo Stagiritico, quo vterentur Peripatetici, Dicerent nanq; hoc nihil eſſe minus admirandum, Quando Facultas Generatrix Princeps ipſi Cordi inexiſtat, & Cor adſit. *Reſponſio.*

An, & in Glandoſo aſſidente generatur portiuncula ſeminis, licèt ablata ſit reliqua Virilitas? Natura enim in maximo diſcrimine poſita, ſi exiſtat valida, interdum operatur ſupra rationem; Effectus nempe admirandos, quos intellectus noſter ratiocinando conſequi non valeat.

An in Pilis Barbalibus vita eſt duplex Naturalis, & Genitalis? ſic Barbatorum eorumq; omnino Exectorum, & Barbatorum Pili videre potuerint vita Naturali, vt non viuant vita Genitali?

Sed Partes quælibet nonne obtinuerint ab ipſa natura Formam Caracteriſticam, Propriam quapropter ſunt, quod ſunt? cuius agentis beneficio nutriuntur, ac ſemetipſas conſeruant, quatenus, & quomodo licet. Hinc ſanguis allapſus, vel à Facultate Piliſica attractus, quamuis non ſit omninò ſeminalis ab innata virtute conuertitur in Pili ſubſtantiam, ſic Pilus Barbalis conſeruatur, quantum fieri poteſt. Diximus autem non abſque ratione, *quantum fieri poteſt*, quoniam Pilus Barbalis huiuſmodi Eunuchorum differt plurimum à natura ſua priori: Videre enim cuiq; licet, aut licuerit, occaſione data, ſi acriter obſeruare voluerint, Barbam horum Eunuchorum obnoxiam hiſce ſymptomatibus. Pili fuerint Rariores: Tenuiores: Molliores: ſplendidi minus: Attonſi, recreſcunt non ita citò. Quæ omnia indicant virtutem Pilificam, ſeù Barbificam ipſos regentem, atque gubernantem fere intermortuam eſſe. A

Sic animalia, quibus ferè omnibus datum eſt à natura alimentum Proprium, quod & ſpecificum dicitur, vbi contingat ex aliqua cauſſa nutriri alimento aſſymetro, vel quod non exiſtat ſpecificum, degenerant vſque adeo à natura Propria, vt vix, ac difficili negotio cognoſcantur, ſed hæc vel caracteris, vel naturæ immutatio, atque commotio ſua eſt cuiq; peculiaris ſpetiei. Odor, Guſtus, Actiones, & Accidentia, ſi quæ ſunt alia fuerint argumento, quæ prudenter animaduertantur; ſcitè prius cognita à Phiſicis Ingenuis Ingenijs, poſtea dijudicent Rationem noſtram Philoſophandi propoſitam Viri Docti, Prudentes. At ne verba tantum dediſſe videar, dicens immutari Caracterem ab alimento non ſpecifico, ſubijciam ingrati Exempli Teſtimonium. Fames illa infanda, quæ annis ſuperioribus hanc Regionem ferè abſumpſit vniuerſam Exemplis miſerandis, vſqueadeo immutauerat mortalium faciem, cogebantur enim alienis à ſpetie ſua vti cibis (Ariſtoteles adfuiſſet, qui ait Hominem eſſe animal Omniuorum) quibus aliquo ſaltem pacto latrantium Viſcerum affectus immanes demulcerent, vt, non dixerim, externus alieno fuerit pene non hominis vice, ſed antea familiariter vſque cogniti homines Noui, & Alieni viderentur. hoc ego teſtor mihi obtigiſſe ingenuus, qui mortales mihi familiariſſimè pernotos prima facie ignorauerim omnino, mox difficulter ſingula contemplans acerrimis ſenſibus vix recordatus fuerim, vſqueadeo Fames, ſquallor, at alienus Victus hominum Faciem, Vocem indiuiduas notas diſturbauerat. huc reſpiciens fere Virgilius cecinit lepidiſſimè. B C

Virg.

Poſtera iamq; dies primo ſurgebat Eoo,
Humentemq; Aurora polo dimouerat Vmbram:
Cum ſubito è Syluis macie confecta ſuprema
Ignoti noua forma viri, miſerandaq; cultu
Procedit, Supplexq; manus ad Littora tendit. D
Reſpicimus, dira illuuies, immiſſaq; Barba:
Conſertum tegmen ſpinis, at cætera Graius:
Et quondam patrijs ad Troiam miſſus in armis.

Non deeſſent, qui in Virgilio deſiderarent Prudentiam acutiorem, quaſi hic homo non tam cito cognoſci debuerit, At non animaduertunt Numerum adſpicientium, illa verba *Ignoti noua Forma viri*. Et alia. Mox Virgilius opus recudere ſi potuiſſet, nullam fortaſſe calumniæ anſam, id generis ingenijs ſuſpitioſiſſimis reliquiſſet.

CAP.

CAP. XIII. Mulieres habent & ipſæ Teſtes, prætereà & Sanguinem Seminalem nec tamen BARBAM obtinuere ſecundum Naturam.

OBiectionum poſtrema hæc relinquitur. Mulieres habent, & ipſæ Teſtes, & ſemper, attamen Barbam raró eædem obtinent. Quapropter Barba non eſt Pars ad Teſtium, Genitaliumq; indicãdam Temperiem. *Obiectio.*

Non equidem ſatis mirari poſſum, quomodò homines aliqui
A interdum pueriliter adeò delirent, vel (vt mitius loquar) ineptè Ratiocinentur. *Reſponſio.* Omninò Fæminæ habent ſemper Teſtes, quos niſi obtineant mancæ ſunt, & Monſtra. Sed hi Teſtes ſunt ſui Generis, & Cenſus, ſcilicet Fæminei, Muliebres, non maſculi, & viriles. Quapropter non eſt neceſſe illas habere Barbam. Poſitis Maſculis Teſtibus, ponitur Barba, & ijſdem ablatis, etiam Barba aufertur. Quod non euenit datis, vel ademptis Teſtibus Fæmineis, aut Muliebribus. Prætcrea Mulieres habeant ſanguinem Genitalem, vel Seminalem, ſpiritibus morphœticis repletum ſuo tempore, niſi quid contingat præter naturam, eæ nihilominus nullam habent Barbam excepto Gynęcomiſtace (de quo tractauimus in Opere noſtro iam edito, publicato, cuius eſt Index Titulus VTERVS MV-
B LIEBRIS) ſecundum naturam. Quid tum? Habent Sanguinem Seminalem ſui Sexus, & Generis, liceat interim hac voce mihi abuti, cuiuſmodi Sanguis non eſt apta, nata materia Barbæ ſecundum naturam, ſed quare dixerint Aduerſarij? Lex fuit Naturę, aio ego, atq; Voluntas quam Plinius Hiſtoricus reſpiciens dixit. Neque omnium rerum afferri poſſe Cauſſas minus mirum eſt, quàm conſtare in aliquibus.

Peroratio.

ERunt fortaſſe, quibus Longitudo diſplicebit huius, quam induxi, Contemplationis. Nos vero, ſi inſtitutum meũ ſugillent, non offendemur: neq; enim pro-
C batum vnquam iri ſperauimus omnibus, aut vſui futurum. Nam cum admodum liquido, & certo ſcirem, prçter vnum Veritatis Amatorem, reliquos omnes prò Nugis habituros, quę doceo: attamen aggreſſus ſum ad hęc explicanda, ac Vnum illum multis prępoſui.

Non poteſt autem non prolixus eſſe, qui aliorum Opiniones recenſet, atq; redarguit. Cuiuſmodi ſi prętermittãtur, ab ijs, qui vel cognitionem illarum habeat, vel poſtea ſunt habituri, damnantur Poſteriores Scriptores, earumquè cenſentur aut ignari, aut inepti Contemptores.

Quod ſi ęgreferant Digreſſiones, condemnent ipſum Galenum Doctiorem, illis nimiopere indulgentem, & magis. Nouerintqś me coactum fuiſſe hunc docen-
D di caracterem tenere, cum nonnulli Suggeſtiſcientes hominem eſſe me Analphabętum alienis auribus ſecretò inſuſurrantes dixerint. Quapropter ad eorundem refrenandam immanem temeritatem, & Calumnię Falſitatem retegendam, indicandam hoc pacto dictaui.

Memento ò tu, qui iudicas, & Hominem eſſe, atq; de Homine iuditium ferre. Nec ipſe me Polycletum eſſe arbitror, nec te ſpero fore Neronẽ. Scitum, Prudens, Conſilium eſt hoc. *Demus alienis Erroribus veniam, vt noſtris impetremus.*

Gloria tibi Domine Chriſte Ieſu. Semperq; Virgo Maria.

FINIS.

BIBLIOTECA

Errata.	Corrige.	Errata.	Corrige.
3 *Conỹcientes*	*Cognoſcimus*	134 *Ariſtoteles ita*	*Ariſtoteles, cum ita*
8 *Rerum*	*rei*	*cuius*	*huius*
23 *incognitus*	*iocegnitum*	*Impatienr*	*Impotiens*
35 *de hic*	*dehinc*	159 *di Barba*	*dibarba*
36 *maſturbantem*	*maſtuprantem*	162 *Aſclepiadis*	*Eraſiſtrati*
38 *cochurnis*	*cothurnis*	183 *animaduertentes*	*cũ animaduerteremus*
ſupertranſuerſim	*ſuper tranſuerſam*	198 *conditioniſq́;*	*deſint iſta verba*
39 *ingenuum*	*ingenium*		*Diuina particeps eſt,*
partiuncula	*portiuncula*		*Aliud quidem magis,*
obtruidens	*obtrudens*		*Aliud autem minus*
68 *Sunſaca*	*ſunt Saca*		*permanetq́;*
87 *perſuuctiori*	*perſunctoriè*	205 *Nugaris puer ſo-*	*Nugaris ſolea puer*
99 *no*	*non*	*lea.*	
propere	*prodere*	236 *ſibi*	*tibi*
100 *qui immo*	*quinimmo*	253 *Deſiny*	*Deſiuuij*
104 *agunt*	*aguntur*	294 *quæ cum*	*qua cum*
dixiße	*Hæc dictio abundat*	298 *quidqui*	*quenquam*
132 *dicitur*	*dicetur*	301 *Auerſa Venerem*	*Auerſa Venerea*
mudo	*modo*	304 *cognitione*	*cognatione*
Intelligant	*intelligat*	313 *dicentis*	*dicente*
119 *præſcriptuſq́;*	*præſcriptoſq́;*	301 *exuſcitãt proliciũt*	*exuſcitat prolicit.*

INterpunctionum Errata Superfluarum, Deficientium, Ineptarum non fuere mihi adnotata, illa vero tot, quot lonij veniunt ad litorra Fluctus. Tu Ingenio, Sententia vtens Typographo illa cõdonato: quod & in cæteris erroribus oro ſupplex. Liber ſincerus, & mundus à mendis Typographicis rectè comparari poſſit homini eximio, conſummato, atq; cum Animi, tum Corporis, cuiuſmodi hominem ſi quis & fœtæ comparet Mulæ, is non inſaniat. Nemo tamen Homo alicubi, aliquãdo non errat. Demus itaque alienis erroribus veniam, vt noſtris impetremus, & homines, quod eſt humaniter agere.

REGESTVM.

† †† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ

Omnes ſunt Duerniones, præter † † qui eſt Tertio, Z eſt Semifolium, Sſ eſt Folium.

BONONIÆ,

Apud Ioannem Baptiſtam Bellagambam.
M. D C. III.

Impenſis Gaſparis Bindonis Ciuis Veneti, & Bibliopolæ Bononienſis.